TRACTATUS DE TESTAMENTARIIS SUCCESSIONIBUS, QUIBUS MODIS VLTIMA IUDICIA...

Hermann Meyrer, Giovanni Battista Coccini

TRACTATUS DE TESTAMENTARIIS SUCCESSIONIBUS, QUIBUS MODIS VLTIMA IUDICIA HOMINUM SOLENNITER

ordinentur, vt rata censenda sint vel solenniis prætermissis irrita habeantur,

ADIECTUS EST TITULUS,
Quomodo ex pacto hereditas acquiratur.

AUTORE HERMANNO MEYRER,
Iurisconsulto & Consule Embdano.

Cum Indice rerum ac verborum locupletissimo.

FRANCOFURTI
Typis Nicolai Hoffmanni, impensis Ionæ
Rhodij, Anno

M. DC. VIII.

TRACTATVS
DE TESTAMENTARIIS SVCCESSIONIBVS, QVIBVS MODIS

VLTIMA IVDICIA HOMINVM SOLENNITER ordinentur, vt rata cenſenda ſint vel ſolenniis prætermiſſis irrita habeantur,

ADIECTVS EST TITVLVS,
Quomodo ex pacto hereditas acquiratur.

AVTORE HERMANNO MEYRER,
Iuriſconſulto & Conſule Embdano.

Cum Indice rerum ac verborum locupletiſſimo.

FRANCOFVRTI
Typis Nicolai Hoffmanni, impenſis Ionæ Rhodij, Anno
M. DC. VIII.

TRACTATVS
DE TESTAMENTARIIS SVCCESSIONIBVS, QVIBVS MODIS VLTIMA IVDICIA HOMINVM SOLENNITER

ordinentur, vt rata cenſenda ſint vel ſolenniis prætermiſſis irrita habeantur.

ADIECTVS EST TITVLVS,
Quomodo ex pacto hereditas acquiratur.

AVTORE HERMANNO MEYRER,
Iuriſconſulto & Conſule Embdano.

Cum Indice rerum ac verborum locupletiſſimo.

FRANCOFVRTI
Typis Nicolai Hoffmanni, impenſis Ionæ Rhodij, Anno
M. DC. VIII.

TRACTATVS
DE TESTAMENTARIIS SVCCESSIONIBVS, QVIBVS MODIS VLTIMA IVDICIA HOMINVM SOLENNITER

ordinentur, vt rata censenda sint vel solenniis prætermissis irrita habeantur.

ADIECTVS EST TITVLVS,

Quomodo ex pacto hereditas acquiratur.

AVTORE HERMANNO MEYRER,
Iurisconsulto & Consule Embdano.

Cum Indice rerum ac verborum locupletissimo.

FRANCOFVRTI
Typis Nicolai Hoffmanni, impensis Ionæ Rhodij, Anno

M. DC. VIII.

TRACTATVS DE TESTAMENTARIIS SVCCESSIONIBVS, QVIBVS MODIS VLTIMA IVDICIA HOMINVM SOLENNITER

ordinentur, vt rata cenſenda ſint vel ſolenniis prætermiſſis irrita habeantur.

ADIECTVS EST TITVLVS, Quomodo ex pacto hereditas acquiratur.

AVTORE HERMANNO MEYRER, Iuriſconſulto & Conſule Embdano.

Cum Indice rerum ac verborum locupletiſſimo.

FRANCOFVRTI

Typis Nicolai Hoffmanni, impenſis Ionæ Rhodij, Anno

M. DC. VIII.

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI, ET RESPECTIVE COMITIBVS ILLVSTRIBVS DOminis Mauritio, principi Auraicæ, & Guilhelmo Ludouico, Comitibus de Nassau, Cattenelnbogen, Vianden & Dietz, &c. & Dominis in Beylstein, etiam Gubernatoribus Ducatus Geldriæ, Hollandiæ, Selandiæ, atque Frisiæ, Groningæ, eiusdemque circumiacentium agrorum, nec non & generosis, nobilibus, amplissimis Statibus atque Gubernatoribus Prouinciarum confœderatarum Belgicarum, S.P.

ILLVSTRISSIMI Principes ac Comites, nec non & nobilissimi, potentissimi ac amplissimi Domini Gubernatores, fœlicem & fortunatum populus se æstimare potest, cui ex diuina prouidentia huiusmodi Reges, Principes & Gubernatores cõtingit habere, qui tali rerum scientia & virtute præditi sunt, vt vtroque tempore pacis & belli gubernaculis Reipublic. ita

præesse possint, ne quid detrimẽti vno aut altero modo patiatur. Quod pacis tempore minorem difficultatẽ habet, quia ex pace omnis fœlicitas ac prosperitas fluit, estq; alumna iustitiæ & integritatis, exuperans omnem sensum hominis, annuente Dei gratia. Sed nostra tempora taliter rebus bellicis sunt obscurata, vt nomẽ dulcis pacis fere exulat, arma contra illos sumenda sint, cum quibus nulla causa rei hostilis nobis esse debet, sed potius defensio expectanda, quę per se nemini est deneganda. Quinimo nulla humana potestas efficere potest, quod defensio vitæ nostræ, religionis atq; rerum nostrarũ, imminente periculo, nobis inhibeatur, cum arma in armatos ius naturæ, q est immutabile, sumere permittat, scilicet, in illos, qui belligerando se iuri diuino & naturali faciunt obnoxios, sibiq; ipsis iustam causam resistendi præbent, vim vi repellere licet. Quo iure Vestr. Cels. & Ampl. ante plurimos annos veræ religionis conseruandæ causa atq; priuilegiorum edoctæ, spretis potentissimorum hostium copiis, arma defensoria arripere & sumere non veritę, quorum vires in primordio belli, tum pro-

pter

pter inferiorem potētiam, cum propter minorem peritiam rerum militariũ, visæ sunt haud durabiles, idq; tanto magis, quod fortuna bellica interdum se ostēderit variabilem, atq; ancipitem, tamen cursu temporis V. Cels. & Amplit. acumina ingeniorum tãtum progressum, solertiam atq; prouidentiam in armis exercuerunt & præstiterunt, vt nō solũ priscorum bellorum stratagematum rationē ac sciētiam habeant, verũ etiam in nouis inueniendis atq; excogitandis ipsum populũ Romanũ, olim gentem totius mundi bellicosissimã, orbem terrarum subigentē, superare videãtur. Atqui vt rerum humanarum sunt vicissitudines, illud Imperium Rom. suas habuit periodos & fines, sicuti & aliis Regnis diuinitus certi fines cõstituti sunt, quousq; progrediendi potestatem habere debeant. Quorũ mutationes plerunq; incidere solent, quando Reges ac Principes ius sibi vsurpare incipiunt, q̃ Deo altissimo debetur, honestarum legum obseruantiam postponunt. Quibus licet soluti sint: tamen illis viuendum est, vt animos subditorum magis ad se alliciant ad imperata facienda, iuxta illud Claud.

In commune iubes. si quid censesne tenendum
Iussa prius serua, tunc obseruantior æqui
Fit populus, nec ferre vetat, cum viderit ipsum
Autorem parere sibi, componitur orbis
Regis ad exemplum.

Vtique nulla potentia gubernandi ac regnandi firmior & stabilior esse potest, siue ad tempus belli, siue pacis respiciamus, quam vt inter Principem seu magistratum & populum subditosque religionis & legum obseruantiæ sit vnanimitas. Quo fit, vt populus imperata facere non detrectet, res paruæ crescant, vt in rebus à vestr. Cels. & Ampl. gestis præclarum est, eoque concordia & vnanimitate deductis, vt pristina gloria bellica aut sit conseruata, aut recuperata, Rexque totius Europę longe potentissimus, placabili animo commotus, prætermissis hostilibus armis, Vestr. Celsit. & Ampl. pacis conditiones offerre & accipere non dedignatus sit, idque non ex defectu armorum, sed quod terra marique tot præliis atque cladibus peractis, parum aut nihil aliud conficitur, quam quod victoria ancipite manente homines trucidentur, agrique depopulentur. Vnde

Reg.

Reg. Maiest. summa laus & gloria debetur, quod hoc detestabile bellum amicabili compositioni, transactioni, & iurisgentium definitioni commissum esse voluit. Quo iure Reges ac Principes adstringuntur, pactiones etiam cũ subditis initas seruare, prout docuit Aristoteles Alexandrum magnum, pacta esse seruanda, alioqui malum exitum sequi. Quod malum vt euitetur, sinceritas sibi locum vendicare debet, cui & numen Dei adsistat, qui bella componit per fines terræ, arcus confringit, arma dissipat, currusque igni comburit, vt Psalmo 46. clare testatum est. Quin etiam iuris ratio dictitat, & Cicero scriptum reliquit, tantũ ob causam esse bellum suscipiendum, vt in pace viuere queamus. Qua de re V. Cels. & Ampl. nomina æterna memoria digna habenda sunt, quod huius belli, cuius motus immortalis visus est, finem facere conentur, vtinamq; optatum finem consequatur, idq; non solum ad libertatem & ad prosperitatem rerum Belgicarũ conducit, sed etiam proximorum regnorum, atq; magnæ partis Europæ interest, vt compositio pacis astutia exclusa stabiliatur & confirmetur,

cui

cui etiam coniungenda est causa Embdanorũ, scilicet, vt pessimum dissidium, inter illustrem Ennonem Comitem, & Dominum Frisiæ Orientalis, & suam ciuitatem Embdanam, cæterosq; subditos exortum extinguatur, magnopere illorum necessitudo expostulat, quæ & V. Cels. & Ampl. commendata esse debet, tũ propter coniunctionẽ antiquæ vicinitatis, tũ propter vnitatem religionis, etiam veteris hospitij præstitũ beneficiũ, iuxta illud Virg. li. 4. Æneid.

Et bene apud memores veteris stat gatia facti

Item 2. de Ponto Ouid.

Turpe erit in miseris veteri tibi rebus amico
Auxilium nulla parte tulisse tuum.

Quinimo detrimentum, quod ex illa dissidentia Embdanis est metuẽdum, vel obuenire potest, statim in partẽ proximis Belgicis regionib. stat pro forib. ne id fiat, huius discordiæ cõpositio nõ postremã laudem & decus inter præclarissima facta à V. Cels. & Ampl. gesta meretur, quæ talia sunt vt omnibus bonis principib. & cordatioribus hominibus summæ sunt admirationi, & in posterum erũt, instar perpetui testamenti, præcipue ꝙ sub V. Cels. & Ampl. regimine nõ minus tempore belli, quã pacis cul-

tus

tus veræ Christianæ religionis atq; diuinarum & humanarũ legum obseruantia stat incõuulsis radicib. & optandũ est, vt in sempiternũ stet, cuius & intuitu hasce meas lucubrationes, successiuis temporib. de testamẽtariis successionibus conscriptas, V. C. & Ampl. deuotissime dedicatas, atq; consecratas esse volui, non ꝙ magni pretii illas æstimem, sed vt munus, vtcunq; sit exiguũ, exemplo Regis Persarũ Artaxercis, cui cũ quidã pauper operarius ex proximo flumine haustũ aquæ offeret, rex ridendo indicauit, se non tam ad munificentiam rei respicere, quam ad promptã voluntatẽ donatoris, nõ dedignentur benigno animo recipere. Quod superest, Deum altissimũ oro, vt V. Cels. & Ampl. diutissime conseruet, spiritu prudẽtiæ & fortitudinis gubernet, omniq; genere benedictionum locupletet, & contra omnem vim hostiũ defendat. Datum Embdæ feriis præcedaneis circumcisionis saluatoris nostri Christi, Anno 1608.

V. Celsit. & Amplit.

addictissimus & obsequentissimus

Hermannus Meyrer, I.C.

CLARISSIMO DOCTISSIMOQVE VIRO, DOMINO HERMANNO MEYRER, L. ET CONSVLI EMBDANO DIgnissimo, veteri suo, & ex condiscipulatu, charissimo amico Guilhelmus Moringhius, in Badbengen, salutem precatur.

OMnibus est, fateor, morituris magna voluptas,
De propriis recte disposuisse suis,
Atq; illum ex votis heredem habuisse bonorum,
Quem semper votis expetiuere suis,
Et bene pro meritis de se legata dedisse,
Aut etiam ad cultus applicuisse pios.
Hæc postrema modo, quo sit formanda voluntas
Infringi, vt nulla conditione queat,
Editus hic miro pertractat id ordine Codex,
Atq; admiranda dexteritate docet,
Quisquis es, o lector, si librum legeris ipsum,
Disperearn, si non ipse loquaris idem.
Dic memori insigni Meyrero pectore grates,
Atq; illi lætas sæpe precare dies.
Nestoreos etiam vitam vt producat in annos,
Plurimaq; ingenii, det monumenta sui.
Et tibi magnificam pariat Germania laudem
Embda sit haud tanto, sola superba viro
Sit satis Embdana Phrisiis quod Consul in vrbe
Perq; orbem ac totum, nomen honosq; volet.

AM-

AMPLISSIMIS ET PRVDENTISSIMIS VIRIS ET DOMINIS CONSVLIBVS, SENATORIBVS AT-que quatuordecemuiris ciuitatis Emdanæ,

S. P.

EX rerum testimoniis & scriptoribus, amplissimi viri, notum est, gentem Frisicam esse antiquissimam, quæ nomen sibi à primordio inditũ semper immutabile retinuit, cuius maiores seruitutem nunquam subierunt, atq; omni tempore libertate pristina freti, suarumq; rerum administrationem semper liberam habuerunt, qua de causa ius testandi ab antiquitate apud Frisios fuit in magna obseruatione, & adhuc habetur. Quo euenit, vt vix simplex operarius vita decedat, qui non de rebus suis, vtcunque sint exiguæ, dispositionem faciat, heredemq; instituat, per quem se mortuo in bonis ipsius voluntas adhuc aliquam regnandi habet delectationem. Verum vt ista delectatio regnandi heredi acquiratur, voluntatem testatoris solennitatibus à iure publico introductis munitam & stabilitam esse oportet, atqui non raro proximi successores ab intestato contra defuncti voluntatem & dispositionem insurgunt, excipientes, quod ex defectu solennitatum instituto heredi successio competere nequeat, & pro se stare & militare ius sanguinis, quod est immutabile. Nec desunt vtriq; parti opiniones Dd. quibus suam intentionem satigando stabilire conantur. Quod cum ante aliquot annos, successionibus testamentariis occupatus ad causas decidendas aduerti, quasdam quæstiones in vsum meum in locos communes congessi, quæ postea mihi visæ sunt, vt & aliis vsui esse queant, augendo in certos titulos redegi, typis committi curaui, non quod per illas aliorum Dd. glossematibus & opinionibus quicquam derogatum esse velim, sed retenta Imperatoris Iustiniani sententia, non esse respiciendum ad multitudinem autorum,

verum quod melius & æquius in iudicando sequendum, quum vnius forsitan sententia multos & maiores superare & vincere possit. Cui sententiæ & Senecæ dicterium accedit, nimirum, non esse respiciendũ ad authoritatem dicentis, sed quid dicatur attendendum. *Vtique licet communi Dd. opinioni magna reuerentia debeatur: tamen cum illa sit iuris incerti, imbecillior est, quam quod legẽ vincere queat, quæ est iuris certi. Atqui lege cessante, probabili communi opinioni locus esse potest, prout & docet Aristoteles* libro 6. Ethicor. *Quod prudentum virorum sententiæ tantum sine demonstratione valere possunt, quam demonstationes per se ipsæ, quibus propter varietatem & diuersitatem incidentium casuum, hodie sæpe acquiescendum est, iuxta vers.*

Cur crescant quæris tot vbique volumina iuris,
In promptu caussa est, crescit vbique dolus.

Verum quod multis, amplissimi viri & domini, hic meus labor, pro tenuitate ingenii mei conscriptus, sin aliquando vestr. amplit. vsui esse possit, est quod ex animi sententententia lætor, quod superest, Deum æternum oro, vt V. Ampl. diutissime in prosperitate & incolumitate conseruet, omnes actiones prosperet atq; fortunet, deniq; contra omnem vim hostium tueatur atque defendat. Datum Emdæ, ipso die circumcisionis Saluatoris nostri, Anno 1608.

Vestr. Amplit.

addictissimus

Hermannus Meyrer, I.C.

LIBER

LIBER PRIMVS, DE TESTAMENTIS ORDINANDIS.

TITVLVS I.

SVMMARIA.

1 *Iusta sententia quo ad essentiam testamenti habenda, cui inest heredis institutio.*

2 *Heredis institutio vim & effectum habet, vt per illam attribuatur ius succedendi heredi in locum defuncti.*

3 *Voluntas testatoris corpore extincto habet adhuc aliquam delectationem in bonis regnandi.*

4 *Nulla persona propius defuncto accedit, quam heres, cuius causa est iustissima.*

5 *Testamentum præ aliis speciebus vltimarum voluntatum primum locum obtinet.*

6 *Testamentum solennitatibus iuris est stabiliendum, vt ad omnem actum contradictionis sit æquipotens.*

7 *Facultas testandi cuique libera est, modo sui iuris sit, & decimum quartum annum impleuerit.*

8 *Homo est omnium actionum principium, consiliumque eius versatur in his, quæ ab ipso agi possunt.*

9 *Voluntas est deliberatio animi intelligentis, & est causa efficiens instrumenti condendi.*

10 *Nihil magis naturali æquitati est consentaneum, quam iusta voluntate rem suam in alium transferre.*

11 *Solennitas est duplex: alia est intrinseca, alia est extrinseca. Intrinseca præsumitur actui interuenisse, extrinseca non præsumitur interuenisse, nisi probetur.*

 12 *Solen-*

12 *Solennitas extrinseca est quædam qualitas rei accedens, qua fit actus solennis.*

13 *Testamentum, quod non est stabilitum solennitatibus iuris, infirmum est.*

14 *Ad substantiam testamenti non sufficit, quod voluntas sit vera, sed requiritur etiam solennitas.*

15 *Nemo sine solennitate iuris testamentum facere potest.*

16 *Voluntas testatoris ex non solenni testamento probari potest.*

17 *Probatio, quæ ex testamento non solenni resultat, non præstat causam heredi succedendi in locum defuncti.*

18 *Successoribus ab intestato non adimitur directo hereditas, nisi testator iure testamentum fecerit.*

19 *In foro conscientiæ non peccat, qui hereditatem iure sanguinis retinet, excluso eo, qui ex testamento vocatus est.*

20 *Institutus, qui testatori ab intestato succedere potest, à iuris solennitate aliquantulum receditur.*

21 *Fideicommissa & legata rata habentur, etiamsi solennitas iuris non interuenerit, modo quinque testes sint adhibiti.*

TESTAMENTVM definitur à Iurisconsulto, quod sit voluntatis nostræ iusta sententia de eo, quod quis post mortem suam fieri velit. Iusta sen-
1 tentia, quo † ad essentiam testamenti habenda est, cui inest heredis institutio. *l. hac consultissima. l. iubemus. C. de testament. l. heredes palam. ff. de testament.* erudite Alciatus *c. 7. lib. 2, paradox. Viglius in princ. Instit. dict. tit.* Didacus Couarr. *in rubr.*
2 *dict. tit.* Tobias Nonius & alii, cuius † heredis institutio vis & effectus est, vt per illam attribuatur ius heredi directo succedendi in locum defuncti, per *§. ante. Institut. tit. de legat. l. proxime. ff. de his quæ in testament. delent. l. vlt. ff. de iure codicillor.* Etenim semper suasit ratio humanitatis hominibus de sua immortalitate cordatioribus indulgeri, vt testando sibi heredem eligerent, per quem corpore extincto, in bonis testatoris aliqua regnandi

regnandi † delectatio voluntati superesset, quasi adhuc viuere quodammodo intelligatur is, qui mortalitatem iam expleuerit. *l. heres. ff. de vsucap. §. hac quidam. vers. nullus. §. vlt. auth. de hered. & falcid.* Et scribit Cicero, nullam † personam propius defuncto accedere, quam heredem, cuius causam esse iustissimam *lib. 2. de legibus.* & ista heredis institutione efficitur, quod testamentum † præ aliis specieb. vltimarum voluntatum primum locum obtinet, iusque directo succedendi heredi tribuit, qui dicitur ab hero, id est domino. *§. pro herede. Institut. de hered. qualitat. & differ. l. item Mela. §. legis ff. ad l. Aquil.* Estque testamentum solennitatibus † iuris stabiliendum, ne voluntas in aliquo minui vel labefactari queat, sed vt ad omnem actum contradictionis sit æquipotens. Bald. *in leg. quodam elogio. num. 11. C. de iure deliber. l. optio. ff. qui & à quib. man.* quod tribus interuenientibus fieri potest, vtpote:

3
4
5
6

1. *Potentia.*
2. *Voluntate.*
3. *Solennitate.*

Potentia nihil est aliud, quam facultas, per quam ingenuis hominibus à iure gentium, quod est vetustius iure ciuili, attribuitur, vt quid post mortẽ de suis rebus fieri velint disponere possint, eaque facultas disponendi cuique † est libera, modo sui iuris sit: masculus quando decimum quartum annum, fœmina quando duodecimum adimpleuerit, testamenti factionem habet. *l. qua ætate. ff. de testament. l. 4. C. eodem.* Quia ista ætate completa homines ad testandum habiles esse censentur. *d. l. qua ætate. l. filiusfam. ibi gloss. & Dd. ff. de testament.* Et ita sciendum est, quod prius de potentia testantis constare debeat, quam de actu ipsius contestationis quicquam agatur. *l. 2. ff. de statu homin. l. quidam referunt. ff. de iure codicill. §. vlt. Instit. de iure naturali gentium & ciuili.* scribitque Aristoteles, hominem esse omnium † actionum principium, consiliumque eius versari in his quæ ab eo agi possunt. *lib. 2. Ethicor.*

7
8

9 Voluntas autem † est deliberatio animi intelligentis, & causa efficiens testamenti conficiendi, & totam contestationem regit. *l. ex facto. §. rerum. ff. de hered. instituend. l. conquestio. in fin. Cod. de legat. l. in conditionibus. l. pater Seuerin. ff. de condit. & demonst.* vtique omnis legitimus actus à potestate & voluntate agentis pendet. *l. si genero.* vbi notat Bart. *in princ. C. de iure codicill.* qua de re voluntas à potestate, & potestas à voluntate separari nequit. Bald. *in l. 2. nu. 8. C. com. de legat.* Bald. *in l. qui aliena. §. nam &. ff. de acquir. hered.* Bald. *in l. 1. ff. de legib.* sunt sane voluntates hominum variæ. *l. qui poterat. ff. ad Trebell.* iuxta vers. Ouid.

Mille hominum species & rerum discolor vsus:
Velle suum cuique est, nec voto viuitur vno.

Item:

Pectoribus mores tot sunt quot in orbe figuræ,
Qui sapit innumeris moribus aptus erit.

In proposito voluntas hominis saltem pro actu ipsius vo-
10 luntatis accipitur, quod nihil magis † naturali æquitati sit consentaneum, quam iusta voluntate domini rem suam in alium transferre ratam haberi, *l. qua ætate. §. hæ quoque. ff. de acquir. rerum dom.* & dicitur huiusmodi translatio, quæ à testatore sua voluntate in alium fit, dispositio & pro lege habetur. *§. disponat. auth. de nupt. l. 2. C. com. de leg.*

11 Solennitas † vero est duplex. Alia est intrinseca, quam significatio verborum prælatorum apte comprehendit, vel comprehendere apta est: & illa præsumitur actui interuenisse. Salycet. *in rubric. num. 8. C. de vsur.* Bart. Alex. & copiose Ias. *in l. sciendum. ff. de verbor. obligat.* Alia est solennitas extrinseca, quæ actui extrinsece adhibetur, & illa non præsumitur interuenisse nisi appareat. *l. quæcunque. § vlt. ff. de public.* Salyc. *d. loco.* & Dd. *in d. l. sciendum.* Salycet. *in regul. solennitas, de regul. iur.* & Alciatus *lib. 5. paradox. cap. 15.* secutus Baldum *in l. si plures. C. de*
12 *condit. insert.* scribit solennitatem extrinsecam † quandam esse qua-

ſe qualitatem rei accedentem, qua fit actus ſolennis, formam eſſe ordinatam ſeriem, quæ ad ſubſtantiam rem deducit, & iſta ſubſtantia præcipue requirit heredis inſtitutionem & numerum ſolennem ſeptem teſtium in teſtamenti confectione. Vnde colligitur, quod inter ſolennitatem & formam quo ad eſſentiam alicuius actus conſtituendam parum aut nihil interſit, ſaltem ſciendum eſt, quod vtraque ſit iuris ciuilis poſitiui. Bart. Bald. & Iaſon *in l. interdum. ff. de cond. indebit.* Bald. *conſ 38. in fin. vol. 1.* à quo iure poſitiuo ſi teſtator in condendo teſtamento neceſſaria prætermiſerit, vtpote heredis inſtitutionem, vel ſolennem numerum ſeptem teſtium † non ad- 13
hibuerit, teſtamentum ratione omiſſę ſolennitatis infirmum eſt, & fit locus ſucceſſioni ab inteſtato. *§. ante. Inſtitut. de legat. l. ſi vnus. l. teſtandi cauſa. l. teſtamentum. C de teſtam. l. 1. ibi ſcribentes. ff. de iniuſto teſtament. §. ex eo. Inſtitut. quib. mod. teſtamen. infirment.* Ratio eſſe poteſt, quod ad ſubſtantiam teſtamenti † non ſuf- 14
ficit, voluntatem teſtatoris eſſe veram, ſed etiam requiritur ſolennitas, *l. veritas ibi.* Bald. *C. de fideicom.* Bald. *in l. alia cauſa. n. 4. C. de his quib. vt indig.* Bald. *conſ. 317. volum. 1. & conſ. 286. volum. 3.* Quo euenit † vt nemo ſine ſolennitate iuris teſtamentum 15
facere poſſit. *l. nemo poteſt.* & ibi Dd. *ff. de legat. 1. d. l. 1. ff. de iniuſto teſtament. & d. l. ſi vnus. & l. ambiguitates.* ibi gloſſ. Bald. Caſtrenſ. & Iaſon *C. de teſtament.* Alexand. *conſil. 119. volum. 6.* & conuenit illud Horat.

Eſt modus in rebus, ſunt certi denią; fines,
Quos vltra, citraą; nequit conſiſtere rectum.

Nec ad rem facit, quod voluntas teſtatoris † probari po- 16
teſt etiam ex non ſolenni teſtamento. *l. vlt. ff. de reb. cor. qui ſub tutel. l 2. § teſtamentum.* ibi Accurſ. & Bart. *ff. quemad. teſtam. aper.* quia huiuſmodi probatio, quæ ex teſtamento non ſolenni, vel iure non facto reſultat, non † præſtat cauſam directo ſuc- 17
cedendi heredi inſtituto. *d. l. 1. ff. de iniuſt. teſtament. d. §. ex eo. Inſtit. quib. mod. teſtam. infir. l. militis codicillos. § veteranus. ff. de teſtam.*

Qua de causa vt heredi instituto ex testamento ius directo succedendi in locum defuncti competere possit, tanta solennitate iuris publici testamentum munitum & stabilitum esse oportet, ne à prouisione legis deferentis successionem ab intestato legitimis heredibus vinci queat, quia successoribus
18 ab † intestato non adimitur directo hereditas, nisi testator secundum regulas iuris testamentum fecerit. *l. si quaramus.* ibi gloss. & Dd. *l. heredes palam. ff. de testament. l. hac consultissima. C. eodem.* Bald. *in l. quidam. C. de iure deliber.* Bald. *in l. vnic. ff. qui ante apert. tabul.* scribit, contra ius naturalis affectionis esse, legiti-
19 mis heredibus, quibus ius † sanguinis adsistat, hereditatem auferri, & refert Alexander, quod in foro conscientiæ non peccat, qui hereditatem iure sanguinis retinet, excluso eo, qui in testamento vocatus est, cum habeat legis authoritatem pro se, vti legitimum defensorem. Alexand. *consil. 119. nu. 23. volum. 6.* & Castrens. *in rubric. ff. de acquir. heredit.*

Quinetiam si institutus est, cui ab intestato competit suc-
20 cessio, obseruatio † solennitatis in testamento aliquam relaxationem admittit, scilicet, vt voluntas testatoris saltem numero quinque testium munita quasi ab intestato rata habeatur, textus singularis *in l. hac consultissima. §. si quis, ff. de testamen. & l 2. ibidem scribentes. ff. de iniust. testament.* Eadem iuris obseruatio in legatis & fideicommissis locum habet, quæ sine solennitate iuris rata habentur, modo quinque testes interuenerint, qui de voluntate testatoris testificari possint. *l. penult. ff. de legat. 1. l. heredes mei. ff. ad Trebell. l. cum virum.* ibi Dd. *C. de fideicomm. l. cum proponebatur. ff. de legat. 2.* Idem iuris est in codicillis, ex quibus testatori succeditur ab intestato. *text. in l. vlt. C. quando dies leg. ced.* in quibus non attenditur solennitas iuris ciuilis positiui, prout etiam in contestatione, quam fecerat pater inter liberos, vel etiã quæ fit ad pias causas, exclusa solennitate iuris positiui, ius gentium & diuinum solummodo con-

confideratur, cui fubfunt omnes nationes orbis terrarum, & huiufmodi vltima iudicia valida habentur, vt fuis locis dicetur.

Qui teftamenta facere poffunt vel non poffunt.

TITVLVS II.

SVMMARIA.

1 *Ius teftandi quo ad inuentionem eft iuris gentium, quo ad folennitatem iuris ciuilis pofitiui.*
2 *Facultas teftandi cuilibet libera eft, nifi iure prohibeatur.*
3 *Perfonæ enumerantur, quæ teftari nequeunt.*
4 *Impuberes, furiofi, ferui. filiifam. teftari nequeunt.*
5 *Impubes cum pubertati eft proximus mortis caufa donare poteft, accedente iuramento.*
6 *Impubes per illecebres ad donandum fi inducatur, fucceffloribus ab inteftato fuccurritur.*
7 *Pubertati pupillus dicitur proximus, quando fex menfes tantum à pubertate abeft.*
8 *Pubertati mafculus dicitur proximus, quando decimum annum cum dimidio: fœmina nouem annos cum dimidio impleuerit.*
9 *Captiui, obfides, ferui & monachi teftamentum facere nequeunt.*
10 *Captiui & obfides hodie teftari poffunt.*
11 *Prodigus & ob carmen famofum damnatus teftari nequit.*
12 *Mente captus ex dilucidis interuallis teftari poteft.*
13 *Mutus & furdus teftari nequit.*
14 *Filiusfamilias neque teftamentum neque codicillos facere poteft.*
15 *Patria poteftas iure Romano dicitur effe inæftimabilis.*
16 *Filiusfamilias in bonis caftrenfibus vel quafi caftrenfibus teftari poteft.*
17 *Caftrenfibus in bonis rata habetur conteftatio iure militari facta.*

18 *Caftren-*

18 *Castrensibus quasi in bonis tenetur testator ordinem testandi sequi à iure communi introductum.*

19 *Castrensium loco habetur quod filiusfam. ex publico munere acquisierit.*

20 *Castrensium loco habetur quod aduocati à suis clientulis accipiunt.*

21 *Filiusfam. in bonis sibi à principe datis ius testandi habet.*

22 *Clericus & presbyter in iis, quæ sibi donantur, habent ius testandi vel in iis quæ suis laboribus acquisierint.*

23 *Filiusfam. consensu patris potest pro sua anima testari.*

24 *Filiusfam. potest ad piam causam consensu patris testari.*

25 *Iure canonico contestatio filiifamil. ad pias causas patris consensu rata habetur.*

26 *Iure canonico & sine consensu patris ad piam causam contestatio filiifam. valere potest.*

27 *Filiusfam. si plenum ius proprietatis & vsusfructus habet in suis bonis potest sine consensu in illis testari.*

28 *Patria potestas non impedit filiusfam. ius testandi in locis, vbi patria potestas non attenditur secundum ius Romanum.*

29 *Patria potestas contracto matrimonio simulate soluitur.*

30 *Filiusfam. testari potest de lucro, quod pater illi restituat acquisitum in priori matrimonio.*

31 *Donatio causa mortis vltimæ voluntati annumeratur.*

32 *Filiusfam. consensu patris mortis causa donare potest.*

33 *Donatio causa mortis quo ad initium contractui comparatur, quo ad effectum vltimæ voluntati innititur.*

IVs testandi originem à iure gentium, quod est antiquius iure ciuili, habere tam ex sacris literis, quam aliis rerum scriptoribus palam est, nimirum ex quo tempore gentes esse cæperunt, vsæ sunt facultate testandi, vnde communis Doct.
1 sententia stabilitur, ius testandi quo ad † inuentionem esse iuris gentium, quoad solennitatem & formam esse iuris ciuilis positiui. Bart. Bald. & Iason *in l. interdum. ff. de condict. indeb. l. testamentum. ff. de testament.* copiose Iason *in l. nemo potest. nu. 76. ff. de*

ff. de legat. 1. Alexand. *consil.* 209. *volum.* 2. & Fulgos. apte *cons.* 61. *nu.* 4. Qua de causa cuilibet libera est facultas testandi, † nisi 2
vel ætate prohibeatur, vel inhabilis alias sit ad testandum: vel iure ciuili ex causa impediatur, ne testamentum faciat, quas personas enumerat gl. *in l.* 4. ibid. Bart. & reliqui *ff. de testam.* Bald. *in l.* 1. *C. de sacrosanct. eccles.* Speculator *tit. de instrum. edit.* §. *compendiose. in princip.* quæ sequentibus versib. comprehenduntur.

Testari nequeunt † impubes, religiosus, 3
Prodigus & stultus dubius, furiosus,
Filius in sacris mortis damnatus, & obses,
Crimine damnatus cum muto, surdus, & ipse,
Qui maiestatem læsit, sic cæcus & ipse.

Impubes vero † & pupillus ob fragilem & instabilem ætatem ad testamenti factionem actiuam non sunt idonei, antequam masculi 14. annum, fœminæ 12. adimpleuerint. *l.* 4. *C. de testament.* & *l.* 5. *ff. eodem.* quod iuris incunctabilis est, quo ad testamentariam dispositionem, sed quo ad donationem causa mortis Doctores opinantur, quando impubes † pubertati 5 est proximus & doli capax, donationem causa mortis, ab impubere factam, addito iuramento & conditione, si in pupillari ætate decesserit, ratam esse habendam. Bart. & Alexand. *in l. qui iurasse. ff. de iureiur.* clare Corn. *consil.* 240. *in fin. vol.* 1. Bart. & Iason *in auth. sacramenta puberum. C. si aduers. vendit.* Ioan. Dilectus *lib.* 1. *caut.* 5. *de arte testandi.* & Francisc. Viuius *in verbo pupillus, lib.* 1. *num.* 8. *in tract. comm. opin.* ibi ait, communem esse opinionem, quia impuberes religioni iuramenti adstringuntur, *per d. auth. sacramenta puberum.* & *l. vlt. ff. liberal. caus. c. paruuli.* 22. *quæst.* 5. Panormitan. *consil.* 18. *lib.* 2. Dec. *in l. pupillum. ff. de reg. iur.* Quę opinio etsi communis esse possit, tamen respectu puncti iuris infirmitati subiicitur, quum impubes per illecebres dolose ad donandum potuit induci, per Bald. & Dd. *in l. captatorias. C. de testam. milit.* Iason *in l.* 1. §. *fuit quæsitum ff. ad Tre-*

6 *bell.* qua de causa † successoribus ab intestato non immerito succurrendum erit. *l. Lucius. §. Sempronia. cum gloss. in verb. actione. ff. de leg. 2.* Bald. *in l. frater. ff. de testament.* Et scribit Bart. pupil-
7 lum proximum † esse pubertati, quando sex menses tantũ ab illa abest. *in l. properandum. §. sed etsi. C. de iudic.* alias tamen est communis opinio, quod masculus dicatur pubertati proxi-
8 mus † quando decimum annum cum dimidio adimpleuerit, fœmina quando nouem annos cum dimidio excesserit. gloss. *in l. pupillus. Instit. de inutilib. stipulat.* gloss. *in l. pupillum. ff. de regul. iur.* gloss. *in l. 1.* & Bart. *ff. de nouat.* Faber *in §. sin autem. Institut. de pupill. substit.* Iason *in dict. auth. sacramenta puberum.* Corn. *consil. 240. volum. 1.* Est & ius testandi interdictum, qui alieno iuri
9 subiecti † sunt, obsidibus, seruis, monachis, captiuis, de statu suo dubitantibus. *l. obsides. l. de statu. l. filiusfam. ff. de testam. l. vlt. C. eod. l. 1. ff. de legat. 3.* Cuius iuris obseruantia intelligitur de captiuis & obsidibus procedere, qui à Turcis & Saracenis capiuntur, vt ciues Romani esse desinant, seruique vt fiant. Di-
10 uersum est in iis, qui hodie in † ciuilibus bellis capiuntur: ii enim non amittunt testamẽti factionem. *l. si quis ingenua. §. vlt. ff. de capt. & postlim. reuers.* Bald. *in dict. l. obsides.* Bald. *in l. 1. C. de caduc. tollend.* Alciatus *in l. hostes. ff. de verb. significat.* Pari ratione declarato prodigo, vel ob carmen famosum damnato, ius te-
11 standi † interdictum est, *per §. item prodigus. Institut. quib. non est permiss. test. facer. & l. is cui. ff. qui testam. facer. poss.* Similiter, qui iudicio carent, vt sunt furiosi, mente capti, testamentum facere nequeunt. *§. præterea. Institut. quib. non est permiss. testam. facer. l. filiusfam. ff. eodem. l. in aduersa. d. tit.* sin tamen huiusmodi perso-
12 næ, vtpote furiosus &c. ex † dilucidis interuallis, vel ante furorem testamẽtum fecerint, vel prodigus ante interdictam administrationem condiderit, rata habetur contestatio. *dict. §. prodigus. l. furiosorum. C. de testament. l. qui testamento. §. ne furiosus.*
13 *ff. eodem.* Quinetiam mutis † & surdis, qui omnino loqui vel scribere nequeunt, adempta est actiua testamenti factio, qui

tamen

tamen si testamentum antequam in illud vitium inciderint, fecerint, ratum habetur, *l. qui in potestate, §. surdus. ff. de testam.* ibi Accurs. & Bart. notant. & *l. discretis. C. d. tit.* ibi traditur, quomodo huiusmodi personæ testari possint. Enumerat Bald. alios homines, quos leges intestabiles esse volunt. *l. 1. C. de sacrosanct. eccles.*

Cæterum iure Romano patria potestas inter cætera habet vim & effectum, vt † filiisfam. inhibitum sit, ne testamen- 14
tum, vel codicillos (etiam patre consentiente) facere possint. *l. qui in potestate. l. si filiusfam. ff. de testam. l. seruum. in fin. l. penult. C. eodem.* Imo respectu patriæ potestatis filiifam. ad testandum plane habentur inhabiles, *dict. l. seruum. & l. penult.* ibidem Dd. Iason copiose, Bald. *in l. 1. C. qui admit. ad bonor. poss. & text. in l. 1. §. filius. ff. de legat. 1.* Iure enim Romano † patria potestas dici- 15
tur inæstimabilis *l. filiusfam. §. si liberos. ff. de legat. 1.*

Quæ inęstimabilitas tamen viribus & effectu caret, quando filiusfam. in bonis † castrensibus vel quasi castrensibus te- 16
statur, valet ipsius testamentum, non obstante patria potestate. *l. vlt. C. qui testament. facer. poss. §. vlt. Institut. de militar. testament. l. filiusfam. ff. de donat.* saltem est differentia notanda, quo ad ordinationem testamenti, quæ fit in bonis castrensibus, vel quasi in castrensibus. Nam in illis rata habetur † contesta- 17
tio iure militari, vel communi facta. In hisce quasi † castrensi- 18
bus tenetur filiusfam. ordinationem testando iuris communis sequi. *dict. l. vlt.* Corn. *cons. 87. iura dubia. volum. 3.* Alexand. *consil. 2. in consultatione, volum. 6.* Afflictus *decis. 183. nu. 4.*

Ad quasi castrense peculium pertinet, quod † filius ex pu- 19
blico munere seu functione consequitur, eadem ratione etiam quod Aduocati † à suis clientulis accipiũt quasi castren- 20
sium loco haberi potest, & de eo testari possunt, vt magis est communis opinio contra Speculatorem *in tit. de actore.* Bald. & Ias. *in l. vlt. C. de inoffic. testam. gl. in §. 1. Institut. per quas personas*

nob.acquir. & gloss. approbat Faber & Aretin: & communiter Dd. *in l.fori.C.de aduocat.diuers.iud.*

21 Secundo in bonis à principe † filiofam.donatis, habet eandem facultatem testandi, quam habet in peculio castrensi, communiter Dd. *in l.cum multa.C.de bonis liberor.* Fulgos. *consil.* *225.* Socin. *in fallent.regul.154.* & Ioan. Crottus *in l.frater à fratre.* *nu. 12 ff.de condit.indebit.*

22 Tertio, quod clericus seu presbyter filiusfam. suis † laboribus acquisierit, vel ex redditibus sui beneficii superlucratus fuerit, vel contemplatione suæ personæ ei donatum est, habetur instar castrensium, & filiusfam. de eo libere testari poterit *per auth.presbyteros.C.de episc.& cleric.* Panorm. *in c. cum esses.de testament.* Iason *in l.filia licet.n.5. C.de collat.* Innoc. *in c. quia nos.de testament.* Alexand. *consil.15.volum.2.* Roland. à Valle *consil.11.num.16.volum.2.* Cæpoll. *caut, 113, & sequent. in tractat. cautel.*

23 Quarto potest pater † consentire filiof. vt pro sua anima testetur. *c.licet.§.quamuis.de sepult.in 6.* Speculator *in titul.de instrument.edit.§.pono.in fin. & §.compendiose, versic.7.* Panorm. *in c.præsentia.de probat.* Pari ratione consensu patris filius ad piã
24 causam † testari potest. Angel. Bald. Salycet. Corne. & Iason *in d.l.senium.C.qui testam.facer.poss.per dict.c.licet.* Bart. & Bald. *in l.qui in potestate.ff.de testament.* Socin. *regul.154.in fallent.* & Emanuel Suaretz *in verb.filiusfam.in thesaur.receptar.sentent.* Et quãuis nõnulli contrarium sentiant, *c.licet*, loqui de dispositione quæ fit inter viuos: tamen illorum argumentis respondit Iohan. Crotus *in l.frater à fratre.ff.de condict. indebit.* vt attestatur Francisc. Viuius *in verb.filiusfam.lib.1.in tract.comm.opin.* & Couarru. *in rubric.3. in fin.de testament.* Alexand. *in l.1. §. hoc autem Senatusconsultum.ff.ad Trebellian.* Et vtcunque ex iure ciuili defendi potest, filiumfamil. ad pias causas consensu patris non posse testari, *l.qui in potestate.ff.de testament.& l.vlt.C.eod.* tamen
25 iuris canonici † interpretatio magis humanitati & æquitati est con-

consentanea, vt testatio consensu patris ad pias causas valeat. Canonistæ *per c. cum esses. c. relatum. de testament.* Quod † & 26
ne patris consensu procedere posse existimat Bart. quando pater in bonis aduentitiis filii nō habet vsumfructum, contestationem ad piam causam valere *l. 1. num. 24. in verb. sed in proposito. C. de sacrosanct. eccles.* Iason *in dict. l. senium. n. 5.* ibidem Castrens. *n. 6.* Alex. *in l. vlt. C. qui testam. facer. poss.*

Quinetiam, si filiusfam. † plenum ius proprietatis & vsus- 27
fructus in bonis habet, veluti in dote, vel in donatione propter nuptias, seu alias, potest sine consensu patris testari, & ipsius contestatio valida habenda erit. Dec. & Castrens. *in d. l. senium.* quæ interpretatio innititur rationi exemplo castrensis peculii, vel quasi, in quo cum pater vsumfructum non habet, filio liberum est de eo testari. gloss. *in l. cum non solum. §. non autem. C. de bonis quæ liber.* & ista conclusio minus dubitationis habere potest in regnis & locis, in quibus stricte obseruantia patriæ † potestatis secundum ius Romanum non attenditur. 28
Imo matrimonio à liberis contracto † simulate soluitur pa- 29
tria potestas, vt postea latius dicetur. Bald. *in l. fraus. ff. de leg.* Quo spectat etiā, marito transeunte ad secunda vota, si quid ab vxore defuncta lucratus fuerit, quod restituat liberis, de eo liberos † testari posse, scribit Ang. *in §. quoniam infirmus. auth. de nupt.* & Ascanius Clemens *in tractat. de patria potestat. effect. 9. num. 5.* 30

Porro cum constat, donationem causæ † mortis etiam vl- 31
timis voluntatibus annumerari, *§. 1. Instit. de donat. l. vlt. C. de codicill. l. vlt. C. de donat. causa mort.* tunc sciendum est, quod donatio à filiofam. mortis causa consensu † patris facta, in bonis 32
in quibus pater etiam habet vsumfructum, rata sit habenda, per textum *in l. tam is.* ibi communiter Dd. *ff. de donation. caus. mort. l. filiusfam. §. patri. ff. de donat. l. vlt. C. de donat. caus. mort.* vtiq; donatio causa mortis, quo ad initium contractui comparatur, quo ad efficaciam naturam vltimæ voluntatis imitatur,

 hoc

33 hoc eſt, quando in eſſe producta eſt vltimæ † voluntati æquiparatur, Iaſon erudite *in l. cum antiquitas. num. 2. C. de teſtament.* & Iaſon *in l. ſeruum. C. qui teſtam. facer. poſſ.* & ſcite Chaſſan. *in rubric. 7. §. quint le teſtam. num. 3. in conſuetud. Burgund.* Roman. *conſ. 75.* ſcribit, donationem cauſæ mortis, quo ad ſuam eſſentiam per omnia vltimæ voluntati comparari, & Alciatus *in l. verba gesſerunt. ff. de verb. ſignif.* Couarru. *in rubric 3. c. 1. num. 8. de donat. cauſ. mort.* Vnde intelligi poteſt, donationem cauſæ mortis nō eſſe ſimplicem contractum, neque ſimplicem vltimam voluntatem, ſed de vtroque conſiſtere. *dict. l. vlt. C. de donat. cauſa mortis.*

De patria poteſtate, quod vbique non impediat confectionem teſtamenti.

Titvlvs III.

Svmmaria.

1 *Patriæ poteſtatis ius à iure Quirito originem habet, tribuenſq. olim patribus vitæ neciſq. poteſtatem in liberos exercere.*

2 *Ius patriæ poteſtatis ſuos habet effectus.*

3 *Patriæ poteſtatis ius ad omnes pertinere volunt, qui armis Romanorum domiti ſunt.*

4 *Patria in poteſtate Galli liberos non habent.*

5 *Patriæ poteſtatis ius ab omnibus nationibus non eſt receptum.*

6 *Tiraquellus homo magnæ eruditionis & lectionis.*

7 *Liberi apud Gallos non parentibus, ſed ſibi acquirunt.*

8 *Galli patriam poteſtatem non habent, vel modicam.*

9 *Apud Gallos pater non habet vſumfructum in bonis liberorum.*

10 *Filiifam. in Hiſpania libere teſtari poſſunt.*

11 *Ius patriæ poteſtatis, quod eſt proprie ciuium Romanorum, à Germanis non eſt receptum.*

12 *Liberi Germanorum habentur habiles ad teſtandum, quando ad illam ætatem peruenerunt vt teſtari poſſint.*

13 *Lon-*

13 *Longobardi ortum habent à Germanis & olim fuerunt puri puti Germani.*

14 *Patriæ potestatis ius Quiritum nunquam fuit apud Germanos in vsu.*

15 *Emancipatio nihil aliud est quam voluntaria liberatio à patria potestate.*

16 *Emancipatio fit cum solennitate.*

17 *Liberi Germanorum à patria potestate simulate liberantur, quando nuptias contrahunt, vel propriam familiam habere cœperunt.*

18 *Liberi Germanorum de rebus suis testari possunt, non obstante patria potestate.*

19 *Dignitas liberat liberos à patria potestate, item seruum, si ad ordinem sacerdotalem peruenerit.*

20 *Liberi naturales cum non sunt sub patria potestate libere de suis rebus testari possunt.*

IVs patriæ † potestatis originem à iure Quirito habet, tan- 1
tæq; olim erat potentiæ, vt patri concederet in liberos vitæ, necisque potestatem exercere. *l. in suis. in fin. ff. de liber. & posthum. l. vlt. C. de patria potestat.* quod ius potestatis ab Imperatoribus Romanis postea in melius reformatum est, ne quis sua re abutatur. *§. in potestate. Institut. de his qui sui vel alien. iur.* nihilominus tamen ius illud patriæ potestatis † suos habet ef- 2
fectus, quos gloss. enumerat. *Institut. quib. mod. patr. potestas soluitur.* & explicat Ascanius Clementinus *in tractat. de patria potest.* & gloss. *in l. 3. ff. de his qui sui vel alien. iur. sunt.* scribit, quod ius patriæ potestatis ad † omnes pertinere possit, qui Roma- 3
norum armis domiti & Imperio Romano subiecti sunt, per constitutionem Antonin. *l. in orbe Roman. ff. de statu homin.* verum gloss. in contrarium determinat, *in §. ius autem. Institut. de patr. potest.* referens quod Galli † liberos non habeant in pote- 4
state, quam gloss. sequitur Alexan. *in l. penul. C. qui testamen. fac. poss.* Iason. *in l. 2. num. 19. ff. de vulg. & pupill.* Bald. *in cap. 1. §. si duo fratres.*

fratres. titul. de fra. de nou. benefic. inueſtit. ſed alii, quos commemorat Arius Pinel. *in rubric. de bonis matern. in 2. part. num. 9. & ſequent.* inſurgunt contra gloſſ. Et licet ipſe in vtramque partem diſputet: tamen cõſtitutionem Antonini extollit ſed nimis inſcite. Quia licet quoq; ciues Romani dici poſſunt, quo ad ſtatum dignitatis, qui ſunt in orbe Romano, tamen ex eo
5 non ſequitur ius patriæ poteſtatis † ab omnibus nationibus eſſe receptum, quæ Romanis armis ſunt domitæ, vt ſentit Alciatus *in c. 22. lib. 2. diſpunct.* & ipſe Imperator Iuſtinianus affirmat, quod alii homines in liberos non habeãt talem poteſtatem, qualem habent ciues Romani. *dict. §. ius autem.* & ſcribit
6 Tiraquellus, homo † magnæ lectionis & eruditionis, longa conſuetudine eſſe apud Gallos receptum, quod liberi ſibi &
7 non † parentibus acquirant: idcirco apud illos patriam po-
8 teſtatem non habere † locum, vel modicam, §. 1. *gloſſ. 9. num. 6. in tract. de vtroq. retractu. & in addit. Bart. in l. plures. ff. de acquiren. hered.* Et quod Galli liberos non habeant in patria poteſtate
9 iure Romano, ex eo ſequitur, quod non † competit vſusfructus in bonis liberorum patri, qui gerens tutelam liberorum, non ſecus ac alius tutor ad rationes reddẽdas tenetur. Chaſſanæus §. ... *fol. 219. in conſuetud. Burg. & §. quinto. fol. 218.*

Eiuſdem iuris obſeruantiam apud Hiſpanos in vſu eſſe, manifeſtum facit Didacus Couarru. referens, quod in regnis
10 Hiſpaniarum filiifam. libere † teſtari poſſint, modo fiat conteſtatio ſecundum ſolennitates iuris, *rubric. 3. cap. 1. de mort. cauſa. donat.* per Bart. *l. quæſtio principalis. C. de ſacroſan. eccleſ.* Alexan. *in l. ſi quis prior. ff. ad Trebell.* Socin. *in fallent. 114.*

Germani vero ſuis ſtatutis & conſuetudinibus à maioribus introductis vtuntur, quibus deficientibus licet ad leges
11 Romanas recurrant, tamen ius illud † patriæ poteſtatis, quod eſt proprium ciuium Romanorum, nuſquam reperitur ab illis eſſe receptum, quo minus liberi eorum teſtamentum fa-
12 cere queant: cum ad ætatem illam peruenerint †, qua ſunt

habiles

pabiles ad testandum, quod ex eo probari videtur, Longobardos habere ortum à Germanis: vt scribit Cornelius Tacitus *lib. 2.* & subscribit Alciatus in eiusdem annotationibus inquiens, Longobardos olim † putos puros fuisse Germanos, 13
reiecta aliorum opinione, videlicet illos ex insula Scandama venisse, proinde refert Ascanius Clemētinus, quod Longobardorum liberi non sint in potestate parentum. *cap. 5. nu. 75. in tract. de patria potestat.* & sentit Rolandinus *in rubr. 14. n. 4. in tract. de testament.*

Vnde intelligi potest, quod illud ius Quiritum patriæ potestatis apud Germanos † nunquam fuerit in vsu, nedum e- 14
mancipatio iuris Romani, quæ nihil aliud est † quam volun- 15
taria liberatio à patria potestate. Bald. *in l. manumissiones. nu.* 4. *ff. de iustitia & iur.* Bald. *in l. cum oportet.* ibidem & Iason *C. de bonis quæ liber.* Fit enim † emancipatio iure Romano cum ali 16
qua solennitate. *l. nudo. l. vlt. C. de emancipat. liberor.* secus est apud Germanos: quorum † liberi sine vlla solennitate, & sine 17
vllo decreto iudicis à patria potestate liberantur, vtpote quando propriam familiam habere cæperint, vel nuptias contraxerint, statim ex consensu patris sui iuris efficiuntur. Zasius *in l. vtrum. num. 4 ff. de verb. oblig. arg. l. filiusfam. ff. de leg. 1.* & dicit Bald. quod huiusmodi emancipatio fit simulate *in leg. fraus ff. de leg.* vnde concluditur, cum liberi Germanorum, secundum ius Romanum, quod inhibet testamenti factionem, non sint in potestate, illis liberum † esse de rebus suis, non 18
obstāte patria potestate, disponere. Quinetiam scribit Boer. *decis. 197.* in Gallia statim cum liberi sunt vxorati, quod dicantur à patria potestate esse liberati.

Sunt etiam alii speciales casus, in quibus lex ipsa patri ius suum potestatis adimit, nimirum si filiusfam. † dignitatem 19
consulatus, vel magistratus, seu episcopatus intret, ipso iure liberatur à patria potestate. *l. ille à quo. in fin. cum l. seq. ff. ad Treb. l. filiusfam. ff. quib. mod. patr. potest. soluit. auth. episcopalis, & authen.*

presbyteros.C.de epiſc.& cleric. item ingreſſus religionis eximit filium à patria poteſtate: gloſſ.& Bald. *in l.ſi ex cauſa. §. Papinianus ff.de minoribus.* Similiter ordo ſacerdotalis filium & ſeruum à domini poteſtate facit exemptum. *cap.indecorum.* ibi gloſſ.& Hoſtienſ. *de ætat. & qualit.* Angel. *de Pergelis. in l.in ſuis. quæſt.5.num.14.ff.de liber.& poſthum.* Bart.& Iaſon *in l.pater furioſo.ff.de his qui ſui vel alien. iur.* ſunt tamen quibus in filiofam. contrarium placet.

Proinde ſciendum eſt, quod emancipatio ſeu liberatio à iure patriæ poteſtatis liberis tribuat cauſam adminiſtrandi res ſuas, in quibus pro libitu teſtari & diſponere queant, quo
20 iure libere vti poſſunt † liberi naturales, qui in poteſtate patris non exiſtunt, qui ſibi non patri acquirunt. *Inſtitut. de patria poteſt.l.1.ff.de his qui ſui vel alien.iur.* Similiter mater cum liberos non habet in poteſtate, non impedit quo minus teſtamentũ faciant. Bald. *in l.cum oportet.§.ſed cum.C.de bonis quæ lib.§.mater. Inſtit.de exhered.liber. l.illud notandum. §.ad teſtamenta.ff.de bonor. poſſ.ſecundum tab.*

De Liberorum Inſtitutionē.

Titvlvs IV.

SVMMARIA.

1 *Liberi iure Romano alij dicuntur ſui, alij emancipati, à patria poteſtate dimiſſi.*

2 *Liberi ſui viuente patre loco domini habentur, ſtatim mortuo patre immiſſi eſſe cenſentur.*

3 *Liberi heredes in teſtamento patris inſtituendi ſunt: nam ſi prætereuntur ſtatim teſtamentum nullum eſt.*

4 *Emancipati olim habebantur pro heredibus extraneis, ideo non erat neceſſe illos heredes inſtituere, æque teſtamentum habebatur firmum.*

5 *Prætores Romani iure ſanguinis moti dabant emancipatis bonorum*

rum possessionem contra tabulas.

6 *Different a patriæ potestatis & emancipationis est sublata.*

7 *Emancipati hodie habentur suorum similes.*

8 *Emancipati hodie non minus quam sui heredes sunt heredes instituendi.*

9 *Emancipati hodie à suis nihil differunt quo ad ius succedendi ab intestato.*

10 *Emancipato prætérito sine causa testamentum est nullum.*

11 *Pater inter liberos si æqualitatem seruauerit, voluntas sua sine omni solennitate iuris habetur rata.*

12 *Liberi si aliqua portione accepta debent esse contenti, portio honorabili titulo institutionis illis est assignanda.*

13 *Dignior & vtilior est titulus institutionis quam legati.*

14 *Filius ergo heres.*

15 *Titulus directus institutionis tribuit heredi ius directo succedendi in portionem sibi asignatam.*

16 *Legatarius ab herede consequitur legatum.*

17 *Filij coheres si hereditatem prætermittit filius iure accrescendi totam hereditatem consequitur.*

18 *Legatario non accrescit hereditas.*

19 *Institutio in vno nummo facta rata habetur.*

20 *Liberi quando legitima contenti esse debent, plane requiritur honorabilis titulus institutionis.*

21 *Æqualitate inter liberos obseruata titulus institutionis non est necessarius.*

22 *Æqualitas omnem suspicionem falsitatis facit cessare.*

23 *Æqualitatis respectu omnis solennitas iuris ciuilis positiui cessat.*

24 *Æqualitate obseruata titulus institutionis non magis consideratur in vno quam in alio.*

25 *Liberi heredes nominatim instituendi vel rite exheredandi sunt.*

26 *Formula instituendi per æquipollens non potest impleri.*

27 *Discrepantes sunt Doctorum sententiæ de formula institutionis Galli. Aliter Accursius, aliter Bart. sentit.*

28 *Nulla est præsumptio, quod pater filium in gradu præcedentem alio modo velit esse heredem quam nepotem.*

29 *Duo sunt gradus, si dictum sit*, si filius me viuo morietur, nepos ex eo heres esto.

30 *Voluntas testatoris in institutionibus spectanda est.*

31 *Filio in suo iure vocato illi non fit iniuria.*

32 *Filio semel herede existente substitutio euanescit.*

33 *Hodie omnis solennitas institutionis est sublata.*

34 *Substitutus ad successionem admittitur, si testamentum ex substitutione vires acquirere possit.*

35 *Substitutus posthumo succedit, etsi posthumus non nascatur.*

36 *Testamentum si viribus est destitutum, ex eo neq; institutus neque substitutus succedere potest.*

37 *Solennitas institutionis an sit tacita, aut expressa, in extraneis non curatur.*

38 *Institutus si noluerit parere conditioni, substitutus succedat.*

IVRE Romano diuersa conditio liberorum est: alii dicun-
1 tur † sui, qui in potestate existunt patris, alii emancipati à
2 potestate patria dimissi. Sui liberi † autem quodammodo viuo patre loco domini habentur, propterea eis nomen *suorum heredum*, est inditum, statimque patre mortuo, sine aditione domini immissi esse censentur, adeo vt nulla hereditas videatur fuisse. *l. in suis. ff. de liber. & posthum. l. cum ratio. ff. de bonis dam. l scripto. in fin. ff. vnde liber.* Cuius dominii continuationem pater testamentum condendo, in testamẽtariam successionem transferre potest, vtpote quod illos heredes instituat. Nam
3 liberis † suis præteritis statim testamentum ab initio nullum est. *§. antequam sui dicunt nullum, in princ. Instit. de exheredat. liberorum. l. filio præterito.* ibi Accurs. Bart. & Dd. *ff. de iniust. testamen.*
4 Quantum ad emancipatos liberos † attinet, olim legibus 12. tabularum cautum erat: quod habebantur pro heredibus extraneis erantque incogniti. *§. emancipatos, Instit. de hered. qualit. & dif-*

& differ. Bald. late *consil. 320. volum 3.* & per consequens non erat
necesse, eos vel heredes instituere, vel exheredare: æque te-
stamentum patris habebatur ratum emancipatis exclusis, *d.
§. emancipatos. & §. cæteri. Instit. d. tit.* Bart. *in l. certum. §. filia. ff. de
iniust. testam.* Cuius iuris definitio cum aduersabatur iuri san-
guinis, quod est immutabile, prætores Romani † æquitate 5
moti subueniebant liberis emancipatis, dabantque illis bo-
norum possessionem contra tabulas testamenti. *§. emancipa-
tos. Institut. de exhered. liber. §. sui autem. Institut. de bonor. possess. &
per totum. ff. de bonor. poss. contra tab.* Quod ius pleniorem inter-
pretationem hodie recepit, scilicet † differentia patriæ pote- 6
statis & emancipationis sublata, quo ad parentum successio-
nem ab intestato emancipati † suorum habeantur similes. *Au-* 7
then. in successione, ibi Bartol. & Bald. *C. de suis & legit. hered. §. nul-
lam. authent. de hered. ab intestat. collat. 9.* Quo euenit, vt hodie e-
mancipati † non minus, quam sui heredes sint instituendi: 8
nam illis præteritis non secus ac sui testamentum dicere nul-
lum possunt, cum hodie quo ad successionem † à suis nihil 9
differant. Bart. Bald. & Castrens. *in l. si proponas. C. de inoffic. testa-
ment.* estque comm. Dd. suffragatio, Alexand. *consil. 142. vol. 2.*
Bartol. *in l. Gallus. §. in omnibus ff. de liber. & posthum.* scribit, si e-
mancipatus sine causæ insertione † prętereatur, q; testamen- 10
tum ipso iure sit nullum. Ad quã nullitatem euitandã sufficit,
patrem inter liberos contestationem per æqualem diuisionẽ
facere, ipsiusque † voluntas sine omni solennitate iuris inter 11
liberos, quasi ab intestato rata habetur, *l. vlt.* ibi Castrensis &
communiter Dd. *C. famil. ercisc.* gloss. Bald. & Salycet. *in authen.
nouissima. C. de inoff. testam.* & ita procedere potest Iasonis opi-
nio, quam putat tam veram esse quam sacrosanctum euan-
gelium.

Quod diuersitatem rationis habet, si pater inter liberos
inæqualitatem velit seruare, scilicet, vt † aliqua portione ac- 12
cepta, vel legitima liberi debeant esse contenti, requiritur vt

C 3 in te-

in testamento iure confecto, pater portionem honorabili titulo institutionis in honorem sanguinis liberis assignet, nullo respectu suitatis & emancipationis. *per textum in §. aliud quoque. auth. vt cum de appellat. cognos.* Bart. Bald. copiose Iason *in authen. nouissima. & in l. omnimodo. C. de inoff. testament.* Bart. Bald. & Castrens. *in auth. ex causa. & auth. non licet. C. de liber. præter.* & est catholica Dd. sententia, quando liberi aliqua portione hereditatis sibi relicta contenti esse debent, quod honorabilis titulus institutionis omitti non possit. Panorm. Couarru. & alii *in cap. Raynutius. de testament.* Faber, Platea & Viglius *in §. in quartam. Instit. de exhered. liber.* & Iohan. Dilectus *caut. 1. tit. 3. de arte testand* Iulius Clarus *quæst. 8. de testament.* Viuius *in libr. 1. in verb. filiusfam. in tractat. comm. opinion.* est communis Dd. conclusio.

13 Estque titulus † institutionis dignior & vtilior titulo legati vel alterius donationis. Vlpianus *in l. filium quis. §. etsi. ff de legat. præstand.* ait, quod cum hereditate non modo honestior, sed etiam plenior titulus heredi tribuatur. Docet & Paulus
14 Apostolus, Si filius † ergo heres, qua ratione filium esse & non esse heredem, est ignominiosum.

15 Secundo titulus † institutionis tantam vtilitatem heredi præstat, vt habeat facultatem directo succedendi in portionem sibi relictam, quam propria authoritate consequi potest. Secus est in legatario, cui in legato occupando sibi ius
16 dicere vetitum est; tenetur legatum ab herede † expectare. *l. 1. in princip. ff. quor. legat. l. 1. Cod. eodem. & §. legatum. Institut. de legat.* & hoc in legatario procedit, nisi à testatore ei concessum sit tacite vel expresse, vt propria authoritate legatum consequi possit, *l. Titia cum testamento. §. 2. ff. de legat. 2.* Bartol. *in leg. legitimos. in princip. ff. de legit. tutor.* & Gozadin. *consilio 0[illegible] num. 10.* Idem iuris est, si legatarius legatum habet possessione.

17 Tertio † si coheres hereditatem prætermittat vel renunciet,

ciet, institutus filius totam hereditatem iure accrescendi consequitur. *l. vnic. §. nouissime. Cod. de caduc. tollend. l. quotiens. Cod. de hered. instit.* Bald. *in l. filius emancipatus. ff. de minor.* & Bald. *in dict. authent. nouissima. C. de inoff. testament.* Cuius iuris obseruantia cessat quo ad legatarium, cui † vniuersa heredi- 18
tas accrescere nequit. Bartol. *in l. ex facto. in princip. ff. de hered. instit.* Cyn. Bald. Salycet. & Castrensis *in dict. authentic. nouissima.*

Habet & titulus institutionis tantam vim & efficaciam, vt voluntatem patris tueatur, etiamsi in † vno nummo in- 19
stitutio fiat, rata est contestatio habenda, & quod deest legitimæ hodie iure supplementi additur. Bald. Castrens. & Salycet: *in dict. authent. nouissima.* Bart. clare *in l. 3. §. vtrum. ff. de minor.* Castrens. *in l. sicut certi. nu. 5. C. de testam. milit.* text. *in l. omnimodo. C. de inoff. test.* Bald. *cons. 61. n. 2. vol. 1.*

Et ista institutio de nummo, vt dicitur, seu aliqua portione procedere potest, si portio † filio honorabili titulo heredis 20
assignata est, alias forte extraneo instituto vel iniuriosa diuisione inter liberos facta filius totum testamentum patris perturbare potest, vt supra est demonstratum. Quod diuersam rationem habet, si pater modicam disparitatem seu potius æqualitatem inter liberos obseruauerit: titulus institutionis non est † necessarius, & prætermissus non vitiat patris dispo- 21
sitionem, quia æqualitas omnem suspicionem † falsitatis facit 22
cessare, & per consequens omnis solennitas iuris † ciuilis po- 23
sitiui respectu æqualitatis potest omitti. *l. vlt.* ibi Castrens. & Dd. *C. famil. ercisc.* Faber, Bald. & Salyc. *in d. auth. nouissima. C. de inoff. testam.* & est comm. Dd. sententia, Coras. *in l. filium quem. num. 82. C. famil. erciscund.* Vtique æqualitate inter liberos obseruata titulus in vno non magis † habet considerationem 24
quam in alio, saltem diuisio patris inter liberos quasi ab intestato custoditur. Salyc. *in auth. quod sine. num. 3. versic. sed ex præcedentibus*, ibidem & Bald. *C. de testamen. l. vltim. & l. quotiens. C. famil.*

C.famil.erciſc. ibi notat Bald. verbum, *diuiſionis*, ibidem & Caſtrenſ. quod ſecus eſt, quando liberi duntaxat accipienda legitima ab hereditate remouentur, formula inſtitutionis non eſt prætermittenda, præcipue in liberis exiſtentibus in primo gradu requirenti, quod filius nominatim heres inſtituatur,
25 vel † nominatim rite exheredetur, quæ formula per æquipol-
26 lens † impleri nequit. gloſſ. Cyn. Alber. Bald. & Iaſon, qui dicit communem eſſe opinionem *in l. Gallus. in princip. ff. de liber. & poſthum.* Alexand. *conſil. 118. & conſ. 109. volum. 2.* dicit, quod ab illa opinione in iudicando non ſit recedendum, & *conſil. 185. num. 17. volum. 7.* ſecutus eſt Iulius Clarus *quæſt 35. in fin. & quæſt. 77. de teſtament.* Vaſquius *lib. 3. §. 21. limit. 7. num. 49. de ſucceſſ. vltimar. volunt.*

Qua de cauſa ſi teſtator in ſuo teſtamento cauet, ſi filius ſe
27 viuo morietur, quod nepotem † inſtituat vel ſubſtituat, filius ſecundum formulam Galli non eſt rite inſtitutus. Vnde Accurſius opinatur, quod teſtator filium ab inteſtato nepoti ſaltem præferre voluerit, & ita ius legitimæ ſucceſſionis filio ab inteſtato eſſe reſeruatum. *l. Lucius Titius.* ibi gloſſella *in fin. ff. de hered. inſtit.* quę ad hoc ſemper allegatur, & eſt communiter à Doctoribus recepta. Corn. *conſ. 118. num. 7. vol. 2.* ibi plures Dd. authoritates commemorat, Iulius Clarus adhuc plures, qui hanc opinionem dicunt communem, à qua ille in iudicando & conſulendo non putat eſſe recedendum. *quæſt. 77. in tract. de teſtament.* & Michael Graſſus *in tractatu receptarum ſentent. §. fideicommiſſum. q. 7.*

Cui opinioni Bart. videtur pleniorem interpretationem & clariorem addere, ſcribens, quod filius poſitus in cōditione à teſtatore tacite ſit vocatus & inſtitutus, ex eo quod teſtator vult filium nepoti præferre. Bart. *in dict. l. Gallus in princ. p. n. 6.* & ibidem Caſtrenſ. & Iaſon dicit communem eſſe opinionem *ff. de liber. & poſthum.* Oldrad. *conſil. 21. in fin.* Cuius Bart. & Oldradi opinioni plurimi Dd. ſubſcribunt, quos refert Afflictus

lictus *decis.155.* dicit communem, & Iulius Clarus *com. in verb. ontrarium. d. quæst. 77.*

Verum ista diuersitas opinionum & interpretatio Dd. videtur absonans esse à mente testatoris & legis dispositione, scilicet, quod nulla præsumptio sit, quod pater alio modo vel minus filium † in gradu præcedenti voluerit sibi esse here 28 dem, quam nepotem in gradu sequenti, inanis est speculatio filium in conditione esse positum, cui interpretationi ipse cōtextus iuris aduersatur; docente Iurisconsulto Iuliano duos esse gradus † heredum, si dictum sit, *si filius meus me viuo morie-* 29 *tur, tunc nepos ex eo heres esto. l. cum in testamento. ff. de hered. inst.* Ex quo textu clarum est, quod vterque simul non admittitur, sed gradatim, vt filius dicatur institutus, nepos substitutus, vt Accursius ibidem aduertit: vtique in institutionibus † & substi- 30 tutionibus voluntas testatoris spectanda est. *l. cum virum. C. de fideicom. l. ex facto. 2. §. rerum. ff. d. hered. instit. l. in conditionibus. ff. de condit. & demonstrat. l. cum quæstio. in fin. C. de legat.* Certe intelligi potest, filii in primo gradu existentis parum interesse, an ex tacita mente testatoris seu expressa idipsum consequatur, quod sibi debetur. Vtique † filio in suo iure vocato illi nulla fit 31 iniuria, ideoq; testamentum dicere nullum nequit. Alexand. erudite *cons. 185. num. 17. in verb. vel aliter. volum. 2.* per gl. communiter approbatam. *in l. si quis ita heres instituatur. ff. de hered. instit.* & per consequens filio patri semel herede existēte, substitutio † euanescit, textus clarus *in d. l. cum ex testamento. ff. de* 32 *hered. instit.* Et ita ad sensualem & intellectualem institutionem filii sufficere, etiam nepote substituto, colligit Emanuel à Costa *in d. l. Gallus.* posthabita opinione Vasquii & aliorum, & erudite Didacus Couarru. *in c. Raynutius. § 3. in fin. de testam.* & scribit Alciat. *in c. 6. lib. 3. paradox. arg. l. vnum. in fin. ff. de legat. 2.* & sentit Iason post relatam communem opinionem *in dict. l. Gallus. num. 24* quibus accedit quod hodie † omnis solennitas 33 institutionis est sublata *per l. quoniam indigni. C. de hered. institut.*

D Verum

Verum quid si à primo gradu hereditas non adeatur, vtpote filius non extiterit heres, nihilominus tamen secundus
34 gradus vt est substitutus ad successionem admittitur, si † testamentum ex substitutione vires acquirere possit. *l. 3. §. vlt.* ibi Bart. *ff. de vulg. & pupill.* Iason *in l. 1. num. 14. ff. de legat. 1.* Alex. *consil. 188. num. 5.* dicit magis communem *volum. 2.* per glossam *in leg. lex Cornelia.* & gloss. clare *in l. si pater captus. in verbo, substitutus.* gloss. *in l. si pater impuber. in verbo, substituerit, ff. de vulgar. & pupill. l. penult.* ibidem gloss. *C. de impub. & aliis substit.* erudite Carol. Molinæus *ad dict. consi. 188.* ibidem corrigit sententiam
35 Alexand. vtpote quod † substitutus posthumo, etiam si non nascatur posthumus, ex substitutione succedere possit, idem sentit Iason *in l. 1. n. 59.* & Bart. *ff. de vulgar. & pupill.* Rolandus Bononiens. *rubric. 23. num. 27. parte 1. de testament.* per gloss. & text. *in l. penult. ff. de vent. inspiciend.* & hoc locum habet in testamento si substitutus ex illo succedere potest. *l. coheredi. §. cum filiæ, ff. de vulg. & pupill.*

36 Sin vero testamentum † viribus est destitutum, neque institutio, neque substitutio ex eo effectum habere potest. *dict. §. cum filiæ.* ibi & Bart. *& §. ex eo. Institut. quib. mod. testamen. infir.* Quinetiam nullo herede in testamento instituto & substitutio corruit. *l. 1. in fin.* ibi gloss. & Bart. *§. substituere. num. 3. ff. de vulg. & pupill.* & gl. *vlt. in l. humanitatis, cum l. seq.* ibidem & elegans gloss. *C. de impuber. & aliis substit.* Et hæc in liberorum institutione & substitutione considerationem habent.

Quod diuersam causam habet in fratribus & aliis extra-
37 neis, in quibus ista expressa † formula instituendi non curatur, sed si tacita institutio concipiatur rata habetur, veluti si testator in testamento cauet, si legitimus heres, vel frater noluerit esse heres, vel antequam hereditatẽ adierit vita decesserit, quod alius sit heres, tũc is alius heres substitutus succedere potest: excluso fratre nolẽte succedere, vel substituto nolente adire hereditatem, textus *in l. Lucius Titius. 2. & l. si quis ita*

heres

heres instituatur.ff.de hered.instit.& est com.Dd.sententia.Iulius Clar.*q.35.de testam.* Idem iuris est, si institutus noluit † parere 38
conditioni, sub qua institutus est, substitutus admittitur, *per l. 2.C.de instit.& subst.*Bart.*in l.1.n.54.ff.de vulg.& pupill.*

Institutio Liberorum quibus verbis fieri potest.

TITVLVS V.

SVMMARIA.

1 *Heredis institutio hodie in quolibet genere loquendi confici potest.*
2 *Homines plebei nesciunt proferre verbum*, instituo, *vel*, heres esto, *vel*, heredem facio.
3 *Homines plebei si per verba communia institutionem faciunt*, succedat, habeat, *valet institutio.*
4 *Verba communia quando possunt institutioni adaptari, rata habetur institutio.*
5 *Verbum, Diuisionis, inter liberos habetur loco institutionis.*
6 *Verbum*, distribuo, *refertur ad institutionem.*
7 *Verbum*, lego, *ad institutionem trahitur, si vniuersitati bonorum adiiciatur.*
8 *Verbum*, lego, *ex mente testatoris certa quantitati adiectum legatum designat.*
9 *Verbum*, relinquo, *vniuersitati bonorũ adiectum benigna interpretatione alio herede non instituto ad institutionem refertur.*
10 *Verbum*, relinquo, *legatum designat.*
11 *Verbum*, volo, *ad institutionem refertur.*
12 *Testatoris de sensu quando constiterit frustra fit disputatio de apicibus verborum.*
13 *Voluntas testatoris ex consuetudine ipsius loquendi colligitur.*
14 *Verbum*, dono, *adaptari potest institutioni.*
15 *Verba potius improprie sumuntur, quam vt pereat voluntas hominis.*

16 *Homines plerunque abusiue loquuntur.*

17 *Verbum*, assigno, *ex mente testatoris vim institutionis habere potest.*

18 *Assignatio portionis efficit heredis institutionem.*

19 *Certa portio filio assignata seu dicto pro parte heredis institutionem designat.*

20 *Portio in dubio censetur relicta pro legitima.*

21 *Quantitas si expressis verbis relinquitur pro legitima, institutio rata habetur.*

22 *Dos à patre adsignata dicitur iure institutionis relicta.*

23 *Dos censetur ius aliquod esse vniuersale.*

24 *Dotis completio vsque ad mensuram legitimæ debet se habere.*

QVanquam heredis institutio olim aliquam solennitatem desiderabat, hodie nihil interest (nisi specialitatem
1 requirat) quo † genere loquendi conficiatur, modo de intentione testatoris constiterit, per textum *in l. quoniam indignum.* ibi Bart. & Bald. *C. de testament.* per quam legem omnes solennitates, quo ad heredis institutionem, sunt sublatæ. Qua de
2 causa cum plebei † homines nesciunt proferre verbum, *instituo*, vel, *heres esto*, vel, *heredem facio*, disponunt per verba communia, veluti, *succedat, habeat, perueniat*, vel *deuoluatur hereditas*;
3 & rata † habetur institutio & substitutio per huiusmodi verba distributiua communia facta. Bart. scriptum reliquit, *in leg. centurio. num. 43.* & sequenter Bald. *in ead. l. num. 7.* ibidem & Iason *num. 63.* & alii *ff. de vulg. & pupill.* Bart. *in l. tale pactum. §. pater. ff. de pact.* Bart. *cons. incip. pater filio. libr. 1.* Bald. *in l. 1. C. de sacrosanct. eccles.* Quinimo quoties huiusmodi verba communia, vtpote
4 habebit, dispositioni vniuersitatis † possunt adaptari, censentur vim institutionis habere. Alex. *cons. 140. volum. 1.* Alexan. *consil. 17. vol. 3.* Bald. *cons. 122. num. 4. vol. 4.* Schurff. erudite *cons. 92. cent. 2.* per textum iuris canonici *in c. Raynaldus. in verb. porro. de testament.* Bart. & Bald. *in l. his verbis. ff. de hered. instit.* gloss.

&

& Bald. *in l. quotiens. C. de famil. ercisc.* ibi notat eleganter, quod *diuisionis*, † verbum habetur inter liberos loco institutionis 5 in casu æqualitatis, & facit §. *nos igitur. auth. de testament. imperfect. l. si filia. § si pater. ff. famil. ercisc.* & conuenienter gloss. *in leg. quid ergo. ff. de legat. 1.* ait, quando pater inter liberos bona diuiserit, vel maiorem partem, verisimile esse, quod non aliter velit haberi assignata, nisi sint heredes. *arg. l. 1. §. diuus. ff. de hered. instituend.* ibi habetur, quod † verbum, *distribuo*, portionibus 6 adiectum referatur ad institutionem. *d. §. diuus.*

Quin etiam † verbum, *Lego*, etsi sui natura singularem ti- 7 tulum producit, vt per totum de legat. *1. 2. & 3.* tamen si testator verbũ, *Lego*, adiecerit vniuersitati bonorũ, veluti, Lego Titio omnia mea bona, vel lego partem bonorum meorum Titio & aliam partem Sempronio, verbum, *Lego*, quatenus est vniuersitati bonorum adiectum, trahitur ad vim institutionis, per notabilem text. iuris canonici *in cap. Raynaldus. in verb. porro legauit. de testam.* ibi glos. & Canonistæ, Gulielm. Benedict. & Hieron. Schurff. *consil. 73. cent. 1.* & Alciatus *in l. verbis legis. ff. de verb. signif.* vtique verbum, *lego*, lege 12. tabularum late extendebatur, sed postea interpretatione coangustatum est: Quo euenit, alio herede instituto, si † verbum, *lego*, certæ rei vel 8 quantitati sit adiectum, non trahitur ad institutionem, sed manet legatum ex mente testatoris apparente, *l. his verbis*, ibi Bart. Bald. & alii *ff. de hered. instit. l. mulier. §. vlt. ff. ad Trebell.* estq; communis Dd. conclusio.

Similiter † verbum, *relinquo*, vniuersitati bonorum adie- 9 ctum, alio herede non instituto, benigna interpretatione ad institutionem referri potest. Bart. Bald. *in d. l. his verbis.* Bald. *consil. 136. vol 3.* estque communis Dd. suffragatio. Rom. *consil. 189.* Bald. *consil. 122. num. 4. volum. 4.* Corn. *consil. 162. in princ. vol. 1.* Alexand. *consil. 50. volum. 7.* Iason *in auth. nouissima, num 33.* dicit com. *C. de inoffi. testam.* Schurff. *consil. 92. cent. 2.*

Secus est quando † verbum, *relinquo*, separatim nullo re- 10

D 3 spectu

ſpectu hereditatis certę rei vel quantitati eſt adiectum, ſaltem dictum relinquo filio meo centum, non cenſentur centum titulo inſtitutionis relicti, ſed legatum tantum & teſtamentum corruit. Alexand. *in l. humanitatis. poſt num. 2. C. de impuber.* Alexand. *conſil. 177. num. 10. volum. 2.* Bart. Bald. & Interpretes *in dict. l. his verbis.* gloſſ. *in l. 3. §. vtrum. ff. de minor. l. cogi. §. generaliter. ff. ad Trebell.* Alex. *conſil. 221. volum. 2.* Canoniſtæ *in c. Raynaldus. de teſtament.* Corn. *conſ. 161. volum. 1.* Bald. *conſil. 409. vol. 5.* eſtque communis Dd. concluſio. Viuius *in verbo, relinquo, libr. 1.* Iulius Clarus *quæſt. 38. de teſtament.* eſtque communis magis concluſio.

11 Verbum, *volo*, in † vltima voluntate à teſtatore prolatum, ſi inſtitutioni conueniat, rata erit habenda teſtatoris voluntas, per textum *in l. Pamphilo. §. propoſitum.* ibi notat Bart. *ff. de legat. 3.* Alexand. *conſ.... num. 30. volum. 6.* ſcribit verbum, *volo*, eſſe fontem & radicem omnium diſpoſitionum, & Corn. *conſ. 309. num. 9. vol. 4.* per gloſſ. Bart. *in l. ſerui electione. ff. de legat. 1.* ibidem Iaſon *num. 44. & n. 45.* ait Bart. opinionem eſſe ſequendam. V-
12 tique vbi de ſenſu teſtatoris † conſtat, fruſtra fit diſputatio de apicibus verborum. *l. 3. C. de liber. præterit.* ibi Dd. *l. pater Seuerinam. l. in conditionibus. ff. de condit. & demonſtrat.* & facit *l. vltim.*
13 *C. quæ res pignor. obligar. poſſ.* Quinetiam voluntas † teſtatoris ex conſuetudine ipſius loquendi colligitur. Bartol. *in l. cum de lanionis. §. aſinum. ff. de fundo inſtructo leg.* Bart. *in l. Labeo. in fin. ff. de ſupell. legat.* Alex. *conſ. 5. vol. 3.*

14 Verbum, *dono*, quando † reſpectu voluntatis teſtatoris ad inſtitutionem adaptatur, inſtitutio valida habetur. Iaſon *in l. cum filiusfam. num. 7. ff. de legat. 1. per l. indignum. C. de teſtamen.* quia
15 verba improprie † potius ſumuntur, quam vt pereat vltima voluntas hominis. Iaſon *in l. 1. ibi & ſcribentes. ff. de leg. 1. & in l. centurio. ff. de vulgar. & pupillar.* & facit text. *in l. non aliter. in fin. ff. de legat. 3.* ibi ait Papinianus, quod in cauſa teſtamentorum ad verborum definitionem non ſemper ſit deſcendendum,

cum

cum homines plerunque † abusiue loquantur, nec propriis 16
vocabulis vtantur: nec oportet quæri cum quo de supremis quis loquatur, sed quo voluntatis intentio dirigatur. *l. cum pater. §. donationis. in fin. ff. de leg. 2.*

Verbum, *assigno*, pari † ratione ex mēte testatoris vim insti- 17
tutionis habere potest, quo euenit etiam, quod assignatio
certæ portionis bonorum efficit heredis † institutionem, li- 18
cet non exprimatur. Bart. *consil. 67. volum. 2. incipient. Nicolaus.* & facit textus *in l. si quis ita. ibi inquit Vlpian. ex qua parte heredem scripsero. ff. de hered. instituend. & argum. l. vnum ex familia. §. penult. ff. de legat. 2.* ibi scribit Papinianus, si omissa fideicommiss. verba sint, & cætera quæ leguntur cum his, quæ scribi debuerant, congruant, recte datum & minus scriptum exemplo in-
stitutionis legatorumque intelligitur. Vnde si filio † seu filiæ 19
pro sua portione certa res seu quantitas assignatur vel relinquitur, intelligitur iure institutionis esse assignata, testamentumque firmum habetur. *dict. l. si quis ita, ibi notandum verbum ex parte.* Bart. Bald. & Salycet. *in l. scimus. in princip. num. 3. C. de inoffic. testament.* & textus *in l. quotiens.* ibi dictio, *pro parte heredis*, institutionem designat, *Cod. de hered. instit.* Bartol. Bald. & Salycet. *in Authent. vnde si parens. C. de inoffic. testament.* Bald. *in l. humanitatis. nu. 20. Cod. de impuber. & aliis subst.* Alexand. *consil. 105. num. 18. volum. 4.* & Alex. *cons. 50. in fin. volum. 7.* dicit indubitanter esse verum. Castrens. *in l. peto. ff. de legat. 2.* Corn. *cons. eleganter 298. vol. 3.* Bald. *cons. 122. n. 4. vol. 4.* & secuti sunt neoterici Ioan. Dilect. *tit. 5. caut. 20. de arte testan.* Iul. Clar. *q. 38. receptar. sent. de testam.* Vtiq; scribit Bald. quod in dubio † portio videa- 20
tur relicta pro legitima *in l. quem filium. n. 30. C. famil. ercisc.*

Vnde etiam si pater aliquam † quantitatem filio pro sua le- 21
gitima expressis verbis assignet seu relinquat, rata habetur institutio, scil. mentione legitimæ facta. Bald. & Saly. *in l. quotiēs. C. de hered. instit.* Alex. & Dec. *in l. humanitatis. C. de impub. & aliis subst.* Bart. *in auth. vnde si parens. C. de inoff. testam.* Corn. *cons. 53.*

vol. 3.

volum.3. & Corn. *consil. 198. volum.1.* Alexand. *cons.17. volum.3.* est communis Dd. conclusio, posthabita opinione Salyc. *in d. auth. vnde si parent.* Ioan. Dilect. *titulo 5. caut. 20. in tract. de arte testandi,* Vasquius *in repetit. auth. nouissima num. 254. C. de inoffic. testament.* Qui ibidem, dum diuersas Doctorum opiniones & responsa, cum in partem affirmatiuam, tum in partem negatiuam accumulat, nouasque opiniones adducit, magis legentem confundit, quam instruit. Vtique sacra iurisprudentia violatur, quando magis respicitur ad Dd. opiniones quam ad simplicem & genuinum contextum iuris.

22 Cæterum dotis † assignatio à patre ad institutionem trahitur, Alexand. *consil. 125. in fin. volum. 6. & cons. 17. num. 20. volum. 3. & cons. 176. volum. 5.* & dicit Francisc. Turzan. *opin. 38.* quod sit communis conclusio. Reddunt Doctores rationem, quod
23 dos censeatur ius esse † aliquod vniuersale *l. quod dicitur.* ibi gloss. & Dd. *ff. de impens. in reb. dotalib. fact. l. si marito. §. vlt. ff. sol. matrimon.* & scribit Ioan. Dilectus *tit. 5. caut. 20. in princip. de arte*
24 *testan.* quod sit communis opinio. Debet etiam † dotis quantitas vsque ad mensuram legitimæ suam completionem habere. *l. si quando. §. illud. ff de inoff. testam.* estque communis conclusio, quam probat Corn. *cons. 91. num. 8. volum. 2.* Dec. *cõsil. 180.* Cuius iuris obseruantia etiam locum sibi vendicat in dote, in qua matri successerit nepos, dotem tenetur in legitimã computare, consuluit Raph. Cuman. *cons. 88. circa princ.*

De Legitima Liberis assignanda.

TITVLVS VI.

SVMMARIA.

1 *Parentes possunt successionem, quæ liberis debetur, in totum ad legitimam minuere.*

2 *Legitima ex substantia parentum liberis debetur.*

3 *Le-*

3 *Legitima competit liberis loco alimentorum.*

4 *Alimentorum ius nulla ciuili ratione tolli potest.*

5 *Alimentorum ius per statutum vel consuetudinem liberis auferri nequit.*

6 *Legitima non tam ex iudicio testatoris quam prouisione iuris naturalis liberis debetur.*

7 *Authoritate iuris parentes adstringuntur vt liberis legitimam adsignent.*

8 *Legitima relinquenda est liberis honorabili titulo institutionis.*

9 *Legitima hodie est triens, si quatuor sunt liberi, si vero quinq; & plures sunt liberi est semis.*

10 *Legitima liberis debetur sine omni conditione & grauamine.*

11 *Legitimæ vsumfructum à tempore mortis patris filius consequi potest.*

12 *Legitimæ si dilatio est adiecta ad prouisionem in commodum filij, vtpote ad tempus pubertatis, dilatio non est reiicienda.*

13 *Dilatio quando filio est fauorabilis querela cessat.*

14 *Legitima non est pars hereditatis sed bonorum.*

15 *Filius in legitimam succedit iure singulari, vt sunt bona tempore mortis patris, ære alieno deducto & impensa funeris.*

16 *Filius duas quartas detrahere potest, vnam legitimam, alteram Trebellianicam.*

17 *Filius potest de duabus quartis disponere.*

18 *Filius, vel filia si tempore contracti matrimonii promiserit, quod amplius nihil petere velit, tenetur pacto stare, etsi bona aucta sint.*

19 *Filius pacto stare tenetur, si iuramentum præstiterit.*

20 *Filius si approbat in omnibus testamentum patris, non respicitur ad legitimam.*

21 *Filia si integram legitimam non acceperit, vti se tempore mortis bona patris habuerint, non obstante simplici renunciatione, ad supplementum agere potest.*

22 *Liberis integram legitimam assignare hodie non est necessarium.*

23 *Liberis portio aliqua titulo institutionis adsignanda est.*

24 *Liberis ius agendi ad supplementum legitimæ competit vsque ad 30. annos.*

25 *Ius petendi supplementum ad heredes transfertur.*

26 *Liberis in monasterium ingressis nō minus legitima debetur, quam nuptias contrahentibus.*

27 *Filius per consuetudinem vel per statutum à iure petēdi legitimam vel eius supplementum repelli potest.*

28 *Statuta quibusdam in locis habent, quod liberi in monasterium ingressi nihil amplius petere possint.*

29 *Legitima statuto minui potest, sed non in totum tolli.*

30 *Filio non obstat prohibitio patris, quin ad supplementum agere possit.*

31 *Filius licet sine protestatione minus legitima acceperit, nihilominus ad supplementum agere potest.*

32 *Legitima iure naturæ & ciuili liberis debetur.*

33 *Donatio propter nuptias, dos & qualibet alia donatio simplex in legitimam confertur.*

34 *Alienata & dissipata à filio computantur ei in legitimam.*

35 *Legitima in vita patris non debetur liberis.*

36 *Patre sponte dilapidante bona, iudicis officio compelli potest, vt legitimam filio assignet.*

RAtio iuris naturalis atque diuini dictitat, parentum successionem liberis deberi, cui iuris ciuilis ordinatio accessit, qua parentibus attributum est, quod possunt liberorum
1 successionem ad certam † aliquam portionem diminuere, quæ legitima vocatur, eaque iure naturæ persuadente ciuili
2 debetur liberis naturali coniunctione † ex substantia parentum. *l. cum ratio. ff. de bonis damnat. §. nos. §. primum. Authent. de trient. & semiss. §. cæterum. Authen. vt cum de appellat. cog. l. si arrogator. ff. de adopt.* Iason copiose & communiter Dd. *in Authen. nouissima. C. de inoffic. testament.* & eleganter Alexand. *consil. 75. num. 5.*

num.5.volum.1. Et hæc portio legitimæ intuitu iuris naturalis † competit loco alimentorum. *Institut.de iure natur.gentium & ciuili.l.1.§.ius naturale.ff.de iustit.& iure.* & Iason *in dict. auth. nouissima.* Et hoc ius alimentorum † nulla ciuili ratione tolli 4
potest.*per §.sed iura naturalia.Instit.de iure naturali gentiũ & ciuil. l.eas.ff.de capit. minut.& d. §.ius naturale.* multo minus per statutum † vel consuetudinem ius alimentorum liberis auferri 5
debet, VVurmserus *tit.39.obs.10.lib.1.*

Vnde intelligi oportet, quod legitima non tam † ex iudi- 6
cio testatoris, quam ipsius iuris naturalis prouisione sit liberis præstanda. Modum autem præstationis ius ciuile addit, quo fit vt iuris authoritate parentes adstringantur † & com- 7
pellantur liberis relinquere legitimam. *dict. Auth. nouissima.* ibi Dd. *& §.1. Auth.de hered.& falcid.* Idque titulo † honorabili 8
institutionis in honorem sanguinis, quo iure hodie vtimur, alias testamentum non consistit. *§.aliud quoque. Authent. vt cum de appellation.cognos.* & est communis Dd. conclusio. Bald. Angel. Imol. Castrens. Alexand. & Iason eleganter *in dict. Auth. nouissima.* iidem Dd. *in l.inter cætera.ff.de liber.& posthum.* Canonistæ *in c. Raynutius.de testam.*

Estque hodie legitima, si quatuor sunt liberi, triens † seu 9
tertia pars eius, quod in totum liberi ab intestato habituri forent: Si vero quinque & plures sunt liberi, est semis seu dimidia pars bonorum, ex æquo inter eos diuidenda. *dict.auth.nouissima.* ibi Dd. *l.Papinianus. §.quoniam.* ibi legaliter Bald. *& l. parentibus.ff.de inoffic.testament.* Alexander *cons.168.vol.7.*

Debetur & liberis † legitima remota & reiecta omni con- 10
ditione & grauamine pleno iure cum vsufructu. *l. quoniam prioribus. C.de inoff.testament.* Bald. *consilio octuagesimo quarto.volum.4.* ibi scribit, quod omnis dilatio etiam reiiciatur. Dd. *in auth.nouissima. C. d.tit. l.Papinianus. §.quoniam.ff.eod.* & text. *in l. scimus §.cum autem.C.de inoff.testam.*

Et per consequens, Filius testatoris à tempore mortis pa-
11 tris † vsumfructum legitimę consequi potest, quam etiam ante legata deducit. Iason *in l.1. §. si is qui. num.5. ff. ad Trebell.* & *per*
12 *d. auth. nouissima.* Si tamen dilatio † ad prouisionem in commodum filii est adiecta legitimæ, vtpote ad tempus pubertatis, dilatio non reiicitur. clare Iason *in l. multi.* ibi & Alexand. *ff de liber. & posthum.* alleg. Bald. *in l. si pater. C. de instit. & subst.* & Bald. *in auth. ex cau. C. de liber. præter.* Bart. & alii *in l. cum ex filio.*
13 *in princip. ff. de pupillar. & vulg.* Vtique dilatio quando † filio est fauorabilis, querela cessat. Quo fauore non attento, si filius vult legitimam statim habere, audiẽdus est: existimat tamen præcedentem opinionem Iason veriorem & tenendam. *in d. l. multi.* ibi est text. singularis de fauore exheredationis. Dein-
14 de sciendum est, quod legitima non † est pars hereditatis, sed bonorum, ideoque in illam non iure vniuersali, sed titulo
15 singulari † succedit filius, vti facultates bonorum tempore mortis patris, ære alieno & impensa funeris deducta, se se habent. *d. auth. nouissima.* ibi Iason *in princip. l. Papinianus. §. quarta. ff. de inoff. testam. l. cum patronus. ff. de legat. 2.* Gozadin. *cons. 43. n. 17.* copiose Simon de Prætis *solut. 6. num. 11. de interpret. vlt. volunt.* Corn. *cons. 60. in princip. volum. 4. & cons. 264. eod. volum.* & secutus est VVurmser *tit. 39. obseru. 8. Spirens. lib. 1.* Est & iure canonico cautum, si dispositio patris habet, quod filius hereditatem restituat alteri, si sine liberis decesserit, potest filius duas
16 quartas † detrahere, vnam statim legitimam, quæ sibi iure naturæ debetur, alteram Trebellianicam, conditione existente, vt quilibet alius extraneus heres restitutione grauatus accipere potest. Canonistæ *in cap. Raynutius.* ibi gloss. & Panorm. & alii, *cap. Raynaldus. de testament.* & est communis receptaque conclusio, copiose Gail. *obser. 121. lib. pract. obseruat.* po-
17 testque † filius de duabus quartis disponere. Gail. ad longum *d. obs. 121. & obs. 119.*

Cæterum quod dictũ est de legitima persoluenda, vt bona tem-

tempore mortis testatoris se habuerint, si bona aucta sunt, tũc filius vel filia dote accepta, si pro sua legitima est cõtenta tempore matrimonii cõtracti; & specialiter per transactionẽ vel pactum repromiserit, quod nihil amplius petere velit, suo pacto & promissioni stare tenetur, etsi † bona aucta fue- 18
rint. *l. si quando. §. vltim. C. de inoffic. testamen.* Ruin. *consil. 51. num. 13. volum. 3. & consil. 52. volum. 2.* Paris. *consil. 92. num. 20. volum. 3.* Quod procedit multo magis, si pacto seu renunciationi † iuramen- 19
tum accedat. Bald. Alberic de Rosat. *l. de his. ff. de transact.* Roland. à Vall. *consil. 69. num. 56. vol. 3.*

Similiter si filius approbat testamentum patris per verba, *in omnibus † & per omnia*, non respicitur ad legitimam, etiamsi 20
quid minus consequatur filius, suæ approbationi cõtrauenire nequit, consuluit Ruin. *consil. 56. vol. 1.* quem secutus est Roland. *consil. 60. n. 29. vol. 1.*

Quod secus est in simplici renunciatione, bonis auctis, si filia integram legitimam non acceperit, vti facultates bonorum † tempore mortis patris se habuerint, potest ad supple- 21
mẽtum legitimæ agere, *per l. si quando. §. & generaliter.* ibi Iason, & Iason clare *in auth. nouissima. nu. 10. C. de inoff. testam.* & tenent communiter Dd. Iason *in l. de his. ff. de transact.* Couarru. *in d. c. Raynutius. §. 1. num. 8. de testamen.* Anthon. Rom. *conclus. 8. num. 1.* Vasquius *de success. creat. §. 21. num. 127.* dicit communem opinionem. Grammat. *decis. 26.*

Et hoc ius exigendi supplementi habet causam, quod nouo iure necessarium † non sit integram legitimam liberis as- 22
signare, sed saltem aliquam portionem titulo † institutionis 23
relinquere, & ratum habetur testamẽtum patris, salua actione liberis ad supplementum legitimæ. *l. scimus.* ibi Dd. *l. cum quæritur.* ibi gloss. & scribentes *l. omnimodo.* ibi Bart. Bald. & Iason *C. de inoff. testam.*

Et hoc ius agendi ad supplementum competit † liberis 24
vsque ad 30 annos. Alexander *consil. 128. consideratis verbis. vol. 1.*

& consil.8.volum.3. (posthabita opinione Bartol. quinquennio præscribi) & attestatur Mynsinger *obseru.72. centur.2.* in Camera Imperial. ita iudicatum esse, alleg. Bald. Salycet. & Castrens. Gail. *obseruat.20.num.7.libr.2.* Idem iuris esse in legitima à iure naturæ filio debita, Mynsing. affirmat, quinetiam ius

25 petendi † supplementum etiam ad heredes transferri scribit Decius *consilio 218. n.4. incipient. in casu ad me transmisso*, quod minus dubitationis habet, si supplementum per filium sit petitum. *in dict. l. scimus. C. de inoff. testament.* Cuius iuris obseruantia de legitima & eius supplemento in liberis in monaste-

26 rium ingressis, locum † non minus sibi vendicat, quam in contrahentibus nuptias, cum illis non secus ac his legitima debeatur. *Authent. si qua mulier. Cod. de sacrosanct. eccles.* Bald. *in l. 1. C. de dot. promiss.* Bart. & Bald. *in auth. res. C. com. de leg.* Alex. *cons. 139. num.7. volum.2.* Cyn. & alii *in d. auth. si qua mulier.* Corn. *cons. 446. num.4. vol.3.*

Et hæc ita procedunt nisi consuetudo contrarium habeat. *l. cum post. § genero. ff. de iure dotium.* Bart. *in l. Titia genero. ff. de condit. & demonstrat.* Et scribit Decius, quod per statutum filius à

27 legitima † & eiusdem supplemento repelli possit. *consil. 86. nu. 4. & cons. 525. num.4.* dicit communem esse opinionem Socin. *cons. 50. n.18. vol.1. & cons. 288. n.12. lib.2.* & Ioan. Dilect. *tit.3. caut. 12. de arte testand.* Cuman. *cons. 188.* ait, ita communiter obser-

28 uari, quod † statutum in quibusdam locis obseruantiam habet, ne liberi in monasterium ingressi amplius quicquam petere possint. Alias tamen est communior & receptior opinio,

29 quod legitima statuto vel cõsuetudine in † aliquo minui possit, sed in totum non tolli. Dd. *in d. auth. nouissima.* ibidem Salycet. *nu.10. &* Iason *n.56.* Panor. *in c. Raynutius. de testamen.* Boerius *decis. 188. num.6.* Socin. *consil. 150.* Corn. *consil. 123. num.7. volum.3.* Alexand. *cons. 121. n.8. vol.7.* Schurff. *cons. 96. n.11 centur.1. & cons. 36. cent.2.* & cõmunis Dd. conclusio, quã assessores in Cam. Imperiali in iudicando sequũtur, vt refert Gail. *obs. 121.*

libr.

libr.2. & Mynsing.*obseru.38.cent.5.* scribit in Camera Imperiali ita obseruari, cuius Assessores in pronunciando æquitatem sequi solent.

Quinetiam filio pro sua legitima certa quantitate à patre tali clausula relicta, ne quid amplius petat, nō tamen obstante † patris prohibitione filius ad supplementum agere potest. 30 Salyc. *in l. quotiens. nu.15. C. de hered. instit. §. cæterum. auth. vt cum de appell. cog. l. si quando. §. generaliter. vers. quæro. C. de inoff. testam.* Alex. *cons.69. vol.1. & cons.128. eod. vol.* Corn. *cons.267. vol.3.* legaliter Guid. Pap. *quæst.93.* ibi scribit: licet filius † receperit sine 31 protestatione minus legitima, nihilominus ad supplementū agere potest. Quia legitima † iure naturæ & ciuili liberis debetur, hoc est, quod iure ciuili modus statuitur, quantum sit quod debetur, *l. ratio. ff. de bon. damnat. auth. nouissima,* ibi & Dd. 32 *C. de inoff. testam.* Alex. *cons.75. vol.1.*

Porro in legitimam nō solum computatur † donatio propter nuptias & dos, sed etiam quælibet alia donatio simplex, 33 quæ ab initio valuit in filium à patre collata. Nam donatio refertur potius ad legitimam, quā ad liberalitatē. Bart. *in l.1. §. si parens. ff. si à patre quis manumiss. fuer.* Coras. *in l. filium quem. n.109. C. famil. ercisc.* Rip. *in l. in quartam. n.146. ff. ad l. Falcid.* dicit communem esse opinionē, & per cōsequens frater tenetur talem donationem conferre, Platea *in §. præterea. Institut. quib. mod. patr. potest. soluitur.*

Quinetiam à † filio alienata & dissipata cōputantur ei in 34 legitimā. Bald. *cons.392. n.3. vol.4. l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad Trebell.* Bald. *cons.42. & cons.367. vol.4. & cons.8. in fin. vol.5.*

Sin vero pater dissipat bona discrepantes sunt Dd. sententiæ, anne iudicis officio cōpelli possit, vt liberis † legitimam 35 vel fundum assignet? Et Dd. tenent quod non: quia legitima in vita patris liberis non debetur. *l.1. §. si impuberi. ff. de collat. bonor. l.2. §. interdum. ff. de vulgar. & pupillar.* Bartolus & Bald. *in l. vltim. ff. de liber. agnoscend.* Bald. *in l. non potest. in 1. lectur. ff. de adopt.*

adopt. Iason *in l. nam & postea. §. sed si quis. num. 4 ff. de iureiurand.* Verum de æquitate sentiunt Dd. contrarium, quando pater
36 sponte dilapidat † & dissipat bona, quòd possit iudicis officio compelli vt filio legitimam assignet, Bald. *in l. defuncto. num. 3. ff. si quid in fraud. credit.* ibidem Castrens. & Iason *in dict. leg. nam & postea. ff. de iureiurand.* Iason *in leg. si constante. num. 199. ff. solut. matrimon.*

De Institutione Liberorum sub potestatiua, causali & mixta conditione.

TITVLVS VII.

SVMMARIA.

1 *Conditiones aut sunt potestatiuæ, aut causales, aut mistæ.*
2 *Filiusfam. sub conditione causali vel mista institutus, reiecta conditione, institutio valet.*
3 *Testamentum, in quo filius sub causali vel mista conditione est institutus, ratum non est habendum.*
4 *Filius non potest sub conditione institui, quæ in sua potestate non est.*
5 *Conditio causalis est, si nauis ex Asia venerit, & à solo casu dependet.*
6 *Conditio mista est, quæ à fortuna & honorati potestate expectatur.*
7 *Par causa est sui & emancipati ab intestato succedendi.*
8 *Emancipati hodie non secus ac sui necessarii heredes sunt instituendi.*
9 *Filius sub causali & mista conditione à patre institui nequit.*
10 *Conditio in testamento adiecta potestatiua rata habetur.*
11 *Conditio potestatiua, quæ impletu non est difficilis, à filio est implenda.*
12 *Conditio frustra expectatur, cuius euentus nihil operatur.*

13 *Extraneus institutus sub impossibili conditione, reiecta conditione, heres erit.*

14 *Extranei, qui de necessitate iuris sunt instituendi, sub qualibet conditione institui possunt.*

15 *Conditio habetur pro completa, quando per implentem non stat, quo minus impleatur.*

16 *Conditio impossibilis institutioni vel legato adiecta reÿcitur, & firma manet institutio seu legatum.*

COnditiones, quæ plerunque † adiiciuntur institutioni, 1
aut sunt potestatiuæ, aut sunt causales, aut mistæ, & testamentum, in quo filiusfam. † sub conditione causali seu mista 2
institutus est, scribēte Bart. reiecta conditione quasi non scripta sit, valet. *in l. si pater. C. institut. & substitut. l. suus quoq. ff. de hered. instituend.* Bart. *in l. vlt. cum gloss. ff. de condit. instit.* quem alii sequuntur, & dicit Castrens. quod totus mundus opinionem Bart. sequatur. Salyc. *in l. scimus. §. cum autem. ff. de inoff. testamen.* Curt. iun. *cons. 148. nu. 9. & in d. l. si pater.* dicit communem esse conclusionem, quam vti veriorem affirmat Iulius Clar. *quæst. 59.* & copiose Vasquius *lib. 1. §. de potētia testatoris.* Verum quicquid Dd. & Clarus adferant: veritas tamen in contraria opinione videtur consistere, nimirum quod testamētum, in quo filius est sub causali vel mista conditione institutus, ratum non † sit habendum, nisi in defectum conditionis filius fue- 3
rit exheredatus. *d. l. si pater.* ibi explicat gloss. eleganter, quod testamentum non valet, nisi meritis de causis exheredatione rite hodie facta, filius habeatur pro pręterito. *auth. non licet.* ibi Bart. Bald. & Iason *C. de liber. præterit. l. non putauit. §. non quieuit. ff. de bonor. poss. contra tab. l. 2. ff. de inoff. testam. l. quod dicitur. §. vlt. l. posthum. ff. de liber. & posthum.*

Et quod filius † non possit institui sub conditione, qui in 4
suo arbitrio non est, facit textus *in l. vltim. cum gloss. ff. de condit. instit.* & gloss. *in d. l. si pater.* & gloss. *in l. suus quoque.* Et conditio

5 non est in potestate filii, quando est causalis, veluti si † nauis ex Asia venerit, illa conditio pendet à solo casu, nec est in arbitrio filii, vt adimpleatur.

6 Conditio vero mista est, quæ similiter tam † pendet à fortuna, quam à potestate honorati seu instituti, veluti si heres trans mare Alexandriam proficiscatur. Nam talis conditio pendet à potestate proficiscentis, & maris ac itineris, fortunæque insidiis subiicitur. Salycet. & Bald. *in dict. l. si pater.* & per consequens in potestate filio cõstituto sub vna aut altera illarum condition. instituto, olim sine adiecta exheredatione non valebat institutio, neque hodie quo ad emancipatum magis valet, quam olim in filio suo, & nunc, scilicet, differen-
7 tia patriæ potestatis & emancipationis † sublata, emancipati hodie habentur suorum similes. *Authen. in success.* ibi Bart. & Bald. *Cod. de suis & legit. hered.* Idcirco cum hodie emancipa-
8 ti † non secus ac sui necessarii heredes sunt instituendi. Bartol. Bald. Castrens. *in l. si proponas. Cod. de inoffic. testam.* Bartol. *in l. Gallus. §. in omnibus. ff. de liber. & posthum.* Alexand. *consil. 142. volum. 2.* intelligi potest, siue sit suus, siue emancipatus, quod
9 hodie † sub causali vel mista conditione neuter institui potest, & adiectæ exheredationi, quæ olim ex nulla causa fieri potuit, hodie non est locus, nisi merita de causa probetur: idcirco testamentum, in quo filius sub causali vel mista conditione est institutus, ab initio nullum est, sentit Ioann. Glossator *in dict. l. suus quoque. in verbo, cessat.* & clare Ioannes Dilectus *titulo 3. centur. 1. de arte testand.* reiecta opinione Bartol. & aliorum. Et cum ipse contextus iuris *in l. si pater.* habeat, quod institutio non valeat, liberis sub causali vel mista conditione institutis, sit locus successioni ab intestato. Alexander *in dict. leg. si pater.* Vnde cognosci potest, Dd. opinionem, testamentum, in quo liberi sub mista vel causali conditione sunt instituti, reiecta conditione consistere posse, infirmam esse, licet Vasquius allegationibus Dd. pro vtraque parte

folia

folia compleat, *§. 10. de potentia testator. lib. 1.* quibus nihil aliud efficitur, quam dum aliorum opiniones intueantur sacratum legum genuina sententia prætermittitur, quæ per se est certi iuris. *l. cum quidam. §. suum heredem. ff. de acquirend. hered. l. illud. ff. si pars hereditat. petat.* & vbi habemus legem, cessat opinio Dd. Bald. *in l. ancillæ. Cod. de furt.* & docet Imperator Iustinianus, quod non ad multitudinem Dd. sit respiciendum, sed ad melius & æquius sentientium iudicium, cum possit vnius forsan deterioris sententia & multos & maiores superare. *l. 1. §. sed neque. Cod. de veteri iure enucleand.* Opinio secundum Philosophos est incerti iuris, seu incertæ scientiæ, quæ neque à lege, neque à sola ratione, sed à plurium authoritate dependet, cui licet debeatur magna reuerentia. Bartol. Bald. & Dd. *in leg. vltim. Cod. de pœn. temer. litigant.* tamen si rationabiliter renunciatur, posthabetur opinio & veritati dandus est locus. Ioannes Andreas *in capit. Capellanus. de feriis.* Panormitan. *in cap. 1. de constitut.* gloss. *in cap. consuetudo. distinct. 1.* Euerhard. *in Topic. in loco à ratione.* Vtique ratio legis præfertur opinioni, gloss. & Dd. *in leg. licet. ff. de offic. præsidis.* & consequenter ratio præfertur rationi. *l. 1. in fine. ff. de contrahend. emption.* ibi Neruæ & Proculi sententia vti verior præfertur Sabini & Cassij.

Cæterum potestatiua conditio cum tolerabilior sit, quam quæ causalis vel mista est: communis opinio Doctorum sibi locum facere potest, scilicet, si filius sub conditione potestatiua instituatur, quæ neque mixto facto alterius personæ, neque fortunæ insidiis subiaceat, neque grauamen legitimæ imponat, sed in † mera potestate filii posita, vt 10
impleatur, institutio recipienda est, sub conditione potestatiua facta. Bartolus, Baldus & Castrensis. *in dicta leg. suus quoque. ff. de heredibus instituend. & dicta leg. si pater. Cod. de substitut. & institut.* Et hoc de potestatiua conditione intelligitur procedere, quando impletu† non est difficilis. glos. 11

in d.l.suus. & Salycet.*in d.l.si pater.* Quo casu si filius non habet
coheredem, potest ab intestato succedere, & in hoc se decla-
12 rare coram iudice, si velit, quia frustra expectatur † conditio,
cuius euentus nihil operatur. *l.si quis ita scripserit.* ibi Bart. *ff.de*
hered.instit.l.si quando.ff.ad Vell. Bald.& Salyc. *in d.l.si pater.* Quæ
regula pari ratione militat, quando alius extraneus institui-
13 tur, etiam sub † impossibili cõditione, solus heres erit, reiecta
conditione, *l si quis ita institut.* ibi Accurs. *l.mulier.in prin.* ibi gl.
in princ.ff.de condit.institut. Nam extranei, qui iuris prouisione
14 non sunt instituendi, illi † sub conditione, vel potestatiua, vel
causali, vel mista institui possunt, modo conditio à iure non
sit reprobata. *l.multum interest.l.hæc conditio.ff.de cond.& demon-
strat.l.vter.l.si quis in testamento.* loquitur de mista conditione
ff.de condit.instit.l.suus quoq;.ff.de hered.instituend. & in huiusmo-
di institutionibus voluntas testatoris adimplenda est. *l.qui sub
conditione.§.quotiens.ff.de condit.instit.§.si plures.Institut.de hered.*
15 *instituen.* Quinetiam † conditio habetur pro completa, quan-
do per implentem non stat quo minus impleatur, sed per il-
lum, cuius interest vt impleatur. *l.iure ciuili.& l.Iulianus.ff.de
conditionib.& demonstr.* Et si conditio impossibilis institutioni
16 seu legato adiecta sit, adimpletione non est opus, sed † con-
ditio in totum reiicitur: æque institutio seu legatum validum
habetur, *§.impossibilis.Institut.de hered.instit.l.seruum.§.si non.ff.
eodem.l.obtinuit.ff.de condit.& demonstrat.l.1.l.mulier.ff.de condit.
instit.*

Pari ratione conditiones, quæ contra bonos mores, con-
tra edicta prætorum, contra leges in testamento inseruntur,
pro non scriptis habentur, æque capitur hereditas seu lega-
tum. *l.conditiones.l.filius.ff.de condit.instit.* in quo numero habe-
tur & conditio iurisiurandi præstandi. *l.non dubi-
tamus.ff.de condit.& demonstr.*

De

De Institutione sub pœna priuationis concepta.

TITVLVS VIII.

SVMMARIA.

1 *Testator potest sua contestationi quamcunque conditionem adijcere, modo non sit turpis vel improba conditio.*

2 *Heres si contra voluntatem testatoris fecerit, tenetur hereditatem per fideicommissum restituere.*

3 *Coheredibus vel succedentibus ab intestato restitutio debetur.*

4 *Heres prohibitus molestiam sub pœna priuationis legatario inferre, intelligitur de molestia facti & non iuris.*

5 *Petens quod sibi debetur iure ex hereditate in pœnam priuationis non incidit.*

6 *Heres deducens Falcidiam vel Trebellianicam non dicitur molestare legatarium.*

7 *Pœna iuris cessat.*

8 *Heredi sub pœna priuationis si imponitur, ne molestet legatarium vel vsufructuarium, contrafaciens in pœnam priuationis incidit.*

9 *Molestare, inquietare, controuersiam mouere, heres dicitur, si verbis vel factis legatario, seu vxori molestationem, vel inquietationem intulerit.*

10 *Ad molestiam sufficit, si molestatio vxori infertur de quota hereditatis.*

11 *Priuatio vsque ad legitimam, si ita testator disposuerit, filio fieri potest.*

12 *Heres contraueniens voluntati defuncti hereditatem per fideicommissum substitutis vel succedentibus ab intestato restituere tenetur.*

13 *Pater vsq; ad legitimam liberis hereditatem adimere potest.*

14 *Pater non potest prohibere, quo minus filius ad legitimæ supplementum agat.*

15 *Liberis legitima iure naturæ & ciuili sine grauamine & adiectione pœnæ debetur.*

16 *Liberi honorabili titulo institutionis sunt instituendi.*

17 *Heredes, qui necessario non sunt instituendi, potest testator præterire & totam hereditatem vel partem hereditatis eis adimere.*

18 *Puella prohibita nubere sine consensu alterius, si contrafecerit in pœnam priuationis incidit.*

19 *Puella prohibita ne intra 25. annos nubat, si contrafecerit in pœnam priuationis incidit.*

20 *Pœna adiecta inducens viduitatem in omne tempus reiicitur: matrimonium debet esse liberum.*

21 *Testator si millies adiecerit pœnam, si testamentum iure non valet, nihil operatur adiectio pœnæ.*

22 *Succedentes ab intestato testamentum iure non factum approbare nequeunt.*

23 *Succedentes ab intestato iuri publico nihil derogare possunt.*

24 *Succedentes ab intestato testamentum iure non factum in vim pacti vel donationis approbare possunt.*

25 *Sciens approbans testamentum inualidum postea contrauenire nequit.*

26 *Filius præteritus vel exheredatus, accepta portione, approbans testamentum patris contrauenire nequit.*

27 *Si quis legatum simpliciter acceperit, potest nihilominus dicere testamentum iure non esse factum, quia de iure disputare licet, non dicere testamentum falsum.*

SOlent non infrequenter testatores in sua contestatione pœnam priuationis adiicere, si heredes suæ voluntati contrauenerint, quod priuari debeant hereditate. Valet huiusmodi adiectio pœnæ, quia liberum est testatori adiicere
1 suæ contestationi † quamcunque conditionem, modo non sit turpis, vel improba conditio, & per consequens huiusmodi priuatio in vim fideicommissi valet, scilicet, si heredes contra-

contrafecerint † tenentur hereditatem per fideicommisſum reſtituere. Iulius Clarus *quæſt.69.* alleg. Crauet. *conſil.1.poſt num.3. verſic.non obſtat.* Caſtrenſ. *conſ.300.num.1.libr.1.* Bertrand. *conſ.191.num.5.lib.* ... & eſt communis opinio. Et iſta reſtitutio fieri debet coheredibus vel ſubſtitutis, ſi extant, illis non extantibus † reſtitutio debetur venientibus ab inteſtato. Bart. *in l.paterfam.n.7.ff.de hered.inſtit.* & eſt communis concluſio, vt atteſtatur Iaſ. *in l.vlt.§.vlt.n.3.ff.ſi cert.pet.* 2 3

Quibus proxime ſciẽdum eſt, ſi heres prohibitus eſt legatario vel fideicommiſſario moleſtiam inferre † ſub pœna priuationis, intelligitur de moleſtia facti, non vero de moleſtia iuris. Nã qui † petit quod iure ſibi debet ex hereditate, à pœna eſt immunis: Quia licitum factum pœnam non ingerit. *l. Grachus.C.de adulter.* & pulchre Cuman. *conſ.51.per tot.* Felin. *c.in præſentia.de probat.* Et ita heres † deducens Falcidiam vel Trebellianicam non dicitur moleſtare legatarium. Ioan. Dilectus *tit.8.caut.3.de art.teſtand.* allegat Bart. *conſ.14. clementiſſimum.coll.4.lib.4.& gloſſ.in l.ſi ſeruum.verſ.ſi prætor.ff.de acquirend. hereditat.* & late explicat Simon de Prætis *lib.4.10.dub. num. 86. in tractat. de interpret. vltimar. volunt.* refert Dec. *conſil. 425. in fin.& conſil.581.colum.penult.in fin.* & ita pœna quo ad prohibitionem iuris † ceſſat, niſi ſpecialiter & prohibitio à teſtatore ſit facta, vt explicat Ioan. Dilect. *in d.tit.8.caut.3..* 4 5 6 7

Quod ſecus eſt, quãdo teſtator imponit pœnam priuationis heredi, ne facto inquietet † vel moleſtet legatarium vel vſufructuarium, hoc eſt, vt non de iure legum ſed ſuorum bonorum diſponat, quod facere poteſt & ab herede cõtraueniendo in pœnam priuationis incidit, Simon de Prætis *d.lib.4.10.dub.n.87.& n.88.l.1.C.de his quæ pœn.nomin.l.1.ff.eod.* Bald. *in l.vlt.in princ.ff.de leg.2.* 8

Moleſtatio, inquietatio † ſeu controuerſia fieri dicitur, ſi legatario ſeu vxori vel facto vel verbis in iudicio vel extra iudicium moleſtia, contradicendo, agendo, reſiſtendo, 9

exci-

excipiendo & vexando in personam vel in rem, infertur, Simon de Prætis *in d. lib. 4. dub. 10. num. 9. per l. vt vim facit. ff. de vi & vi armat.* gloss. Bart. Castrens. *in l. Lucius. §. tres heredes. ff. ad Trebellian.* Bartol. *in l. si prius. colum. 2. num. 3. ff. de nou. oper. nunc.* Ruin. *cons. 47. lib. 2. & cons. 48.* vbi tradit ad molestiam sufficere,
10 si à filio inferatur † molestatio vxori in parte hereditatis; vel alio modo contentus esse noluerit, priuatio vsque ad legiti-
11 mam, si testator † ita disposuerit, fieri potest, cum qua filium contentum esse oportet, si voluntati patris molestando & vexando vxorem contrauenerit, hereditasque per fideicom-
12 missum substitutis † vel ab intestato succedentibus acquiritur. *arg. l. peto.* ibi glossella. *ff. de legat. 2. l. 1.* ibi Bart. & Bald. *C. de his quæ pœn. nomine.* Bart. *in l. vxorem. §. heres. ff. de leg. 3. arg. l. fideicommiss. §. si quis ita. ff. eod.* Bart. *in l. quoties. §. si duo. ff. de hered. inst.* Guid. Papæ *decis. 93.* & Iulius Clar. *quæst. 69.* dicit com. conclusionem. Cuius iuris obseruantia causam habet, quod sine ad-
13 iectione pœnæ pater hereditatem † vsque ad legitimam liberis adimere potest, idcirco nulla ratio est, quo minus ad legitimam filius sub pœna priuationis legitima salua institui possit, *l. quoniam.* ibi Bart. Bald. & Castrens. *C. de inoff. testament.*
14 Imo ne quidem vllo iure pater prohibere queat, quo † minus filius, si quid deest legitimæ, ad supplementum agat, §. *cæterum. auth. vt cum de appellat. cog. d. l. quoniam.* Alexand. *cons. 69. vol. 1. & cons. 8. num. 21. volum. 3.* Corn. *cons. 267. volum. 2.* Ratio est,
15 quod legitima liberis iure naturæ & ciuili integra † sine vlla adiectione pœnæ & grauamine debetur, in qua & necessario
16 honorabili titulo † institutionis sunt instituendi liberi. *auth. nouissima.* ibi Bart. Bald. Castrens. & Iason. *C. de inoff. testam.*

17 Secus est in iis, qui de necessitate iuris † heredes non sunt instituendi, eos cum in totum potest testator præterire, potest & eosdem in partem vel in totum priuare hereditate, si voluntati ipsius non pareant. *l. 1.* ibi gl. & Bart. *C. de his quæ pœn. nom. l. ei qui. ff. de condit. instit.* & Iul. Clar. *in d. quæst. 69.*

Vnde

Vnde etiam si pater iniunxit puellæ, si sine consilio † alte- 18
rius nupserit, quod priuari debeat hereditate seu relicto, & puella contra faciens, cum prohibitio ad generalitatem temporis est concepta, in pœnam priuationis incidit, Bart. *in leg. sed si hoc. §. vlt. ff. de cond. & demonstr.* Pari ratione si puellæ prohibitum est, ne † intra suæ ætatis 25. annos sub pœna priua- 19
tionis nubat, contrafaciens hereditate priuatur, ita Simon de Prætis *volum. 4. dubit. 1. num. 2. de interpretat. vlt. voluntat. fol. 210.* per Bart & Imol. *in d. §. vlt. C. de cond. & demonst.* Alias tamen præceptum vel conditio pœnæ adiecta inducens † viduita- 20
tem in omne tempus reiicitur, propter fauorem matrimonii, quod liberum esse debet. *l. cum tale. §. rescriptum, §. meæ. l. filiæ. l. cum ita legatum. l. hoc modo. l. mulieri. ff. de cond. & demonst.* & Dd. *in l. turpia. §. 1. ff. de leg. 1.*

Cæterum ab imperitioribus hominibus pœnalis clausula in testamento solet adiici, existimantibus si testamentum ex aliquo defectu solennitatis non consistat, quod metu adiectæ pœnę à causa cõtraueniendi abstineant heredes, sed frustra. Quia † licet millies testator testamentum valere volue- 21
rit, & pœnam priuationis adiecerit, nihilominus testamentum, quod iure non valet, viribus est destitutum. *l. post legatum.* ibi gloss. & Bart. *ff. de his quib. vt indig.* textus *in §. eo. §. vlt. Instit. quib. mod. testament. infirm. l. si vnus.* ibi Dd *C. de testament.* & probat textus *in l. ex facto. §. cum filiæ. ff. de vulg. & pupill. l. 1. § si quis. ff. de verb. oblig.*

Et testamentum iure non factum tantopere † viribus ca- 22
ret, ne ab intestato succedentes illud approbare possint. gloss. Castrens. Bald. Iason & Alexand. *in l. non dubium. C. de testamen.* Bart *ff. de iniust. testament.* Bald. *cons. 356. vol. 5.* Estque ratio, quod iure publico certa solēnia introducta sunt, quæ ad testamenti confectionem sunt adhibenda, quibus succedentes, quocunque etiam modo velint, nihil derogare † atque detrahere 23
possunt, quod ne quidem ipse testator facere potuerit. *l. nemo*

potest.ibi Bart.Bald.&Dd.*ff.de legat.1*.Bald.*in l.ius publicum.C.de pact*.Dec.*cons.351.n.3*.post Bart.*in l.si forte.ff.de pecul.leg*.Guil.Benedict.*in repet.c.Raynutius.in verb.eodem testamento.num.103.de testament.*

Possunt tamen heredes huiusmodi testamentum scienter
24 absq; fraude in vim † pacti seu donationis approbare, vt vires habeat.Bald.*cons.356.incip.Vasallus.n.3.vol.5.* Soc.iun.*cons.3.nu.6.vol.4*.Castren.*in d.l.non dubium*.& ista approbatione efficitur,
25 quod sciens † inualiditatem testamenti postea contrauenire nequit,Bart.Bald.Castrens.& Ias.*in d. l. non dubium.* notant.& facit textus *l.2.C.de fideicom*. Quo fit, etiam si filius præteritus
26 seu exheredatus approbando † voluntatẽ patris legatum vel aliquam portionem hereditariam acceperit, quod postea ad impugnandum testamentum non admittitur. *l. à parentib. C. de inoff.testam.l.nihil interest*.ibi Bart.*l.proponamus.§.hereditatem.l.si quis.in fin.ff.eod.*probat text.*in d.l.post legatum.in princ.ff.de his quib.vt indig.* ibi habetur quod nõ obstet, si quis ex testamen-
27 to acceperit legatum,æque † contendere potest,testamentũ iure non esse factum,sed falsum dicere, vel voluntatem testatoris impugnare nequit , atqui de iure disputare potest testamentum iure non consistere. *d.l.post legatum.* & text. clarus *in l penult.ff.de his quib. vt indign. l. Lucius Titius. l, quæsitum.ff.de acquir.hered.*Bald.*cons.356.vol.3.* Corn.*cons.137.vol.2.* Est n.aliud iuditium defuncti impugnare,aliud de iure disputare,Primo casu si non obtinet agens, perdit quod sibi relictum est, quia voluntatem defuncti impugnat. Secundo casu, cum de iure disputat(q; cuilibet liberum est) retinet voluntatẽ testatoris. *d.l.post legatum.in princ.*ibi gl.& Bart.facit *l.quæsitum.ff.de acquir.hered.*Ias.*in l.Polla. C. de his quib. vt indig.* à qua disputatione tamen remouetur qui scit nullitatem testamenti & illud iure non consistere legatum approbando testamẽtum acceperit, postea non auditur, *d. l. non dubium.*ibi Bart.Bald. Castrens.& Ias.*C.de testam.*

De

De Conditione in Testamento adiecta, si sine liberis testator vel heres vita decesserit.

Titvlvs IX.

Svmmaria.

1 *Conditio definita vel indefinita institutioni adiici potest.*

2 *Conditio indefinita est, si dictum sit, quandocunque liberi deficiunt, quod substitutus sit admittendus.*

3 *Conditione adiecta, si liberi non procreantur, & procreatis, si tempore mortis non extant, substitutio manet rata.*

4 *Verbum,* sine herede, *intelligitur, si testator sine liberis decesserit.*

5 *Conditio, quæ habet successiuum tractum temporis, non requiritur quod momenti temporis impleatur.*

6 *Conditio momentanea momento temporis adimpleri potest.*

7 *Conditio,* filius si sine liberis moreretur, &c. *sine liberis moriente filio conditio habetur pro purificata.*

8 *Liberi si momentum temporis superuixerunt, mortuo patre substitutio euanescit.*

9 *Conditionem momentaneam sufficit esse impletam, etiamsi non perdurauerit.*

10 *Conditio censetur esse impleta filio nato, etsi ilico decesserit, & dies legati cedit.*

11 *Conditio adiecta in certum tempus, vtpote cum filius ad legitimam ætatem peruenerit, statim testatore mortuo dies legati cedit.*

12 *Legatarius etsi ante tempus completum diem obierit, nihilominus legatum ad suos heredes transmittit.*

13 *Vsusfructus si alicui legatur, & alteri proprietas, vsufructuario mortuo. si proprietarius ante vsumfructuarium decedat, ad suos heredes transmittit proprietatem.*

14 *Legatum relictum sub potestatiua, causali vel mista conditione, si legatarius moritur ante completam conditionem, legatum extinguitur.*

1 CONditio institutioni † potest definita vel indefinita à testatore adiici. Definita inseritur, quando ad certum aliquod tempus, vel ad certam ætatem conditio refertur: exempli causa, si filius intra vigintiquinq; annos vita decesserit. *l. ex his verbis.* ibi Dd. *C. quand. dies leg. cedit. l. cum auus. ff. de condit. & demonst.* Indefinita autem conditio est, quando testator simplici & indefinita elocutione vsus est, se nō referens ad tempus mortis vel ætatis, sed dixerit, quandocunque liberi deficiunt vel non extant, quod alius sit heres, tunc illa simplex & indefinita oratio nullo tempore circumscripta efficit, quan-
2 docunque liberi † deficiunt, ante vel post mortem heredis, quod substitutus admittatur. *l. si quis heredem. Cod. de institut. & subst. l. in substitutione, ff. de vulg. & pupill.* ibi gloss. & Bart. Roland. à Vall. *cons. 39. num. 55. volum. 4.* alleg. Ruin. *cons. 126. num. 12. volum. 2.* Bald. *consil. 355. vol. 4.* Alexand. *cons. 101. vol. 7.* & secutus est Gail. *obs. 136. lib. 2. pract. obseruat.*

Quo pertinet etiam conditio negatiua concepta, veluti si dictum sit, si liberos non procreauerit testator, vel sine liberis decesserit, quod alius sit heres, tunc liberis procreatis, qui tempore mortis testatoris non amplius extant, licet videatur
3 quod substitutio euanuerit; tamen cum tempore mortis † esse desierint liberi, substitutio manet rata, fideicommissoque datur locus. textus *in l. ex facto, §. penult.* ibi Bartol. & Bald. *ff. ad Trebell.* Castrens. *in l. cum vxor. ibi ad l. 1.* Salycet. *C. quand. dies legat. ced.*

Idem iuris est, si dictum sit, si sine herede decesserit testa-
4 tor: verbum, † *sine herede*, intelligitur si sine liberis decesserit, idcirco liberis non existentibus fideicommissum ratum habetur, *d. l. ex facto. §. vlt.* Cuius fideicommissi argumentum est, quod in conditione, quæ habet successiuum tractum temporis, non

ris, non requiritur, quod † momento temporis impleatur. 5
Roland. a Valle *consil.39.num.55.volum.4.* Alexand. *consil. 43. volum.3.* Bellon. *consil.19.num.6.* per Bart. *in l. centurio. ff. de vulg. & pupill.*

Quod diuersum est in conditione momentanea, illa momento † temporis adimpleri potest. *l. Arethusa. ff. de statu hom.* 6
l. vxori. C. quando dies legat. ced. Vnde conditione in certum tempus mortis adiecta, scilicet, si filius sine liberis diem obierit, quod Titius succedat, tunc filio sine liberis mortuo statim cõditio habetur pro purificata, & † fit locus substituto Titio. 7
arg. l. si quis heredem. ibi Dd. *C. de instit. & subst.* secus est, si liberi concepti sint, & tempore mortis patris superuixerint etiam per momentum temporis saltem, & † decesserint, substitutio 8
euanescit. *l. filiusfam. §. cum quis.* ibi gloss. *ff. de leg. 1. l. iubemus. §. sin autem. C. ad Trebell. l. 1.* ibi Bart. & Salyc. *C. de condit. inser.* Bald. *cons.304. num.2. incip. nobilis. volum.5.* Oldrad. *consil.141.* Dec. *consil.63. nu.2.* & Roland. à Valle *cons.49. vol.4.* Sufficit enim conditionem momentaneam † semel esse impletam, etsi non 9
perdurauerit. Oldrad. *cons.141. & cons.21. l. heredibus. ff. ad Trebell.* & hoc dogma non solum in heredis institutione habet locum, sed etiam in legatis & fideicõmissis. *d. l. si quis heredem. & l. generaliter. in fin. C. de instit. & subst.* Eodem pertinet, si vxori proprietas & vsusfructus legatur, cũ liberos habuerit, nato filio, etsi ilico diem obierit, conditio † censetur esse adimpleta, & dies legati cedit, & legatũ transmittitur. *l. cum vxori,* 10
ibi Bald. & Salyc. *C. quand. dies leg. ced.* quod regulare est, conditione adiecta in certũ diem vel certum tempus, vtputa cũ filius ad † legitimam ætatem peruenerit, statim testatore 11
mortuo cedit dies legati, sed petitio in tempus legitimæ ætatis differtur, & per consequens, licet legatarius ante tempus completum mortalitatem expleuerit, nihilominus † ad heredem suum legatum transmittit. *l. ex his verbis,* ibi & Bald. *l. si Pontionel. Cod. quand. dies leg. ced.* & facit textus *in l. vnic. §.* 12

cum igitur. C. de caduc. tollend. pari ratione, si post mortem vsu-
13 fructuarii alteri proprietas † legatur, qui durante vsufructu vita decedat, ad heredes suos legatum transmittit, *d. §. cum igitur*, ibi gloss. & Salyc. *l. si dies. l. si post. in princ.* ibi & Bart. *in l. vsusfructus. ff. quand. dies leg. ced.* & textus *in l. quæ sub conditione. §. vlt. ff. de condit. instit.* ibi habetur, cedente die legatis, quod pro puro habeatur legatum, & explicat eleganter Iason *in l. si ita legatum. § illi si velit. nu. 12. & 13. ff. de legat. 1.* & ait procedere etiamsi hereditas non fuerit adita. Quod secus est, si aliquid sub
14 conditione causali, mista, † vel potestatiua, vel in diem incertum relinquitur, & legatarius ante existentem conditionem vel euentum diei moritur, tunc enim inutile est relictum, seu legatum manet apud illum, cui iure debetur. *d. l. vnic. § sin autem. d. l. si dies. in verb. at si. ff. quand. dies leg. cedit.*

De Contestatione reciproca, quam coniuges inuicem conficere solent.

Titulus X.

Summaria.

1 *Coniuges in vna charta reciproce testari possunt.*
2 *Institutio seu legatum reciproce inter coniuges factum ratum habetur, etsi blandis verbis alter alterum ad testandum induxerit.*
3 *Maritus si in se postremum iudicium vxoris maritali sermone prouocauerit, criminosum non fecit.*
4 *Vno coniuge mortuo, alter potest suum vltimum iudicium mutare.*
5 *Testamenta tot sunt, quot sunt personæ testantes.*
6 *Iuramento quis non adstringitur, quin testamentum mutare poterit.*
7 *Contestatio in secretam coniugis voluntatem collata non valet.*
8 *Captatoria voluntas nulla est.*

9 Capta-

9 *Captatoriæ voluntates, quæ ad aucupandam alterius hereditatem instituuntur, iure improbatæ sunt.*

10 *Succedentes ab intestato contra captatoriam voluntatem venire possunt.*

11 *Institutio non debet fieri ex aliqua captione, vel metu, seu cupiditate lucri, sed ex mera affectione.*

12 *Captatoria voluntas non minus adimendo & mutando fieri potest, quam instituendo.*

13 *Captatoria voluntas quæ sit, & quomodo conscribatur in testamẽto.*

14 *Vxor ex post facto mariti non minus decipitur, quam si ab initio fuerit decepta.*

15 *Vbi eadem est ratio, ibi idem ius esse debet.*

CONiuges simul † in vna charta sua testamenta scribere 1 posse, mos plerunq; in Germania inualuit, vtpote in iisdẽ tabulis se inuicem heredes instituunt vel legant, ratæ habentur illorum voluntates reciprocæ in vna charta conscriptæ, Bald. Castrens. Ias. & Alciat. *in l. licet. C. de pact. l. eo quod multis. C. si cert. pet.* Bart. *in l. patris & filij. in fin. ff. de vulg. & pupill.* eleganter Alciat. *in c. 31. lib. 2. parerg.* & Oldrad. erudite *cons. 174.* & secutus est Gail. *obs. 117. lib. 2. pract. obs.* & Pecchius *c. 17. de testament. coniug.* Quinimo huiusmodi reciproca institutio vel legatum, inter coniuges † factum recipitur, etsi blandis verbis 2 alter ad testandum alterum induxerit, vel etiam mutuis affectionibus inuicem se ad vltima elogia conficienda prouocauerint. *l. captatorias institutiones.* ibi & Accurs. *in l. seq. ff. de hered. instit.* & Imperator Diocletianus ait, Iudicium vxoris postremum † in se prouocare maritali sermone criminosum nõ est. 3 *l. vlt. C. si quis aliquem testar. prohib.* Qua de causa, licet huiusmodi coniugum reciproca vltima iudicia firma habeantur, nihilominus Dd. interpretatione receptũ est, quod vno coniuge mortuo superstes † potest pro sua parte iudicium muta- 4 re, quia tot sunt † testamẽta, quot sunt personæ testantes. Ol- 5 drad. *cons. 174.* Ioan. Andr. *in addit. Speculat. tit. 1. §. de testam. per*

l. ex eo

l.eo quod.ff.de contrah.empt. Dd. & Alciatus *in l.licet C.de pact.* Bellon.*cons.85.n.9.* Iulius Clarus *quæst 60. de testament.* Nicolaus Euerhard.*cons.12.num.12.* & Mynsing.*obseruat 8.centur.1.* refert in Camera imperiali ita iudicari. & Andreas Gail. *obseru.11. lib.2.* Tantæ enim facultatis ius testandi est, vt ne quidem pa-
6 ctum vel iuramentum obstet, quin reuocari † queat, secundum comm. Dd. sententiam. Bart. Bald. Castrens. & Iason *in l. stipulatio hoc modo concepta.ff.de verbor.obligat.* Bart. & Dd. *in l.si quis.in princip.ff.de legat.3.* Bald. *in l.posthumus. num.12. C.de in off. testament.* Bald. *in l.1.in fin. C.de his quib. vt indign.* & Bald. *cons. 338.vol.2.*

Et hoc ius reuocandi & mutandi testamentum locum sibi vendicare potest, quando ex mutuis affectionibus simpliciter coniuges se inuicem instituunt, vel legatis honorant: verum si ex istis dispositionibus reciprocis appareat, contestationem ob aliquam causam esse factam, aliis etiam ius succedendi in euẽtum ex illis competere posse, non videtur, quod in illorum præiudicium superstes testamentum mutare queat, idque argumento, quod ne quidem ab initio contesta-
7 tio mortui in secretam coniugis voluntatem † collata valuit, *per l.captatorias, cum gl. & l seq.ff.de hered.instit.l.captatoriæ.* ibi copiose Iason *ff.de leg.1.l.captatorias.* ibi Bald. & alii, *C. de testament. milit.* & apte Alciatus *cap.31. in princip. lib.2. parerg.* ibi censet, quod captatoria institutio dicitur, quæ non ex mutuis affectionibus coniugum, sed ex aliqua causa facta est, nimirum, si illecebris, obsequiis, vel donis, quis ad testandum inducitur, vt inducens instituatur vel legatum consequatur, dicitur ca-
8 ptatoria † voluntas incidens in Senatusconsultum Libonianum, & per consequens contestatio nulla est. *d. l. captatorias.* ibi Accurs. & *l.seq.ff.de hered.instit.* gloss. & Dd. *in d.l.captatoriis. C. de testament.milit.* Sunt & aliæ captatoriæ voluntates, quæ sub spe futuræ successionis conficiuntur, & appellantur captatoriæ, quod ad aucupandam alterius hereditatem instituunt

tuuntur, idcirco † de iure improbatæ sunt. glosſ. approbata & 9
Bald. *in d. l captatorias. C. eod. l. illæ autem institutiones. ff. de hered. instit. l. ſi maiores. C. de tranſact.* Bart. Iaſon & Caſtrenſ. *l. cum donationis. Cod. de tranſact.* Iaſon *in l. 1. §. fuit quæſitum. num. 43. ff ad Trebell.* Ne igitur per huiuſmodi captatoriam inſtitutionem ſuccedentibus ab inteſtato præiudicetur, contra † teſtantis 10
voluntatem venire poſſunt. *l. Lucius. §. Sempronia, cum gl. in verbo, actione. ff. de leg. 2.* Bart. & Fulg. *in l. frater. C. qui teſtament. facer. poſſ.* Nam inſtitutio † non debet fieri ex aliqua captione, vel 11
metu, ſeu cupiditate lucri, ſed ex mera affectione. Gloſſa elegans *in l. illæ autem inſtitutiones. ff. de hered. inſtit.* Vnde cognoſci poteſt, ſi illo affectu & propoſito coniunx ſuam conteſtationem ſtabilem ex cauſa fecerit, ne etiam alterius voluntas, cuius ductu ita teſtetur, reuocetur aut mutetur, & illa mortua, ſuperſtes, ſi ſuum teſtamentum reuocauerit, vel mutauerit, videtur captatorie agere, ex eo quod illud non ſeruat, ex quo mortuę coniugis voluntatem in ſe allexerit. Quia captatoria voluntas non minus adimendo & mutando fieri poteſt, quam † inſtituendo. Bald. *in l. captatorias. num. 11.* ibidem & Sa- 12
lycet. *in fin. C. de teſtam. milit. per l. legata. inutiliter. ff. de adimend. legat.*

Pone, maritus habet cognatum, vel aliam dilectam perſonam, illamque heredem facit vel legato honorat, cuius donationis conſideratione & ductu maritalis ſermonis vxorem ſuam neptem etiam heredem inſtitutam, vel legato honoratam cognato mariti in matrimoniũ collocat, poſtea nuptiis contractis vxor moritur, ea mente teſtata, vt cognatus mariti & neptis, etiam ſuo marito, ex reciproco teſtamento ſuccedere debeant: ſed maritus reuocata & mutata voluntate aliũ heredem inſtituit, videtur, quod voluntas vxoris ſit decepta, iuxta *d. l. illæ inſtitutiones. in fin.* Cuius exemplum eſt, Titio inſtituto, ſi alium à ſe in ſuo teſtamento heredem ſcriptum oſtenderit, quod Titius ſit heres, cui inſtitutioni cũ in futurum

sit collata, deceptio inesse poterit, quod à Titio nunquam
13 heres instituatur, ideoque huiusmodi institutio † in futurum
concepta dicitur captatoria voluntas inualida. *d. l. illæ institu-
tiones. l. captatorias. l. illa institutio. ff. de hered. instit. l. captatorias.* ibi
gloss. Bart. Bald. & Ias. *C. de testament. milit.* Similiter maritus v-
xoris in proposita facti specie, si testamẽtum, quod ad respe-
ctum vxoris testamenti est conditum, mutare possit, vxor ex
14 mariti mutatione & reuocatione testamenti non † secus ex
postfacto decipitur, ac si ab initio dictum sit, si ostendatur &
probetur cognatum heredem à marito in suo testamento
scriptum esse, quam institutionem lex pro deceptoria volun-
tate habet. *d. l. illæ institutiones.* Quod cum ita est nõ minus per
mutationem & adiunctionem efficitur voluntas testatoris ex
postfacto captatoria, ac si ab initio institutio deceptoria fuis-
set. Bald. & Castrens. *in d. l. captatorias. C. de testam. milit.* Vtique
15 vbi eadem † est ratio tam ex postfacto, quam ab initio tendẽs
ad vnum effectum, eadem iuris dispositio sibi locum vendi-
cat, Ang. & Dd. *in l. de quibus. ff. de legib. & arg. l. illud. ff. ad l. A-
quiliam. l. à Titio. ff. de verbor. obligat.*

De Institutione Vxoris tam in proprietate quam vsufructu, liberis extantibus.

TITVLVS XI.

SVMMARIA.

1 *Vxor in vsufructu omnium bonorum instituta, etsi in proprietate censeatur instituta, tamen mortua hereditas deuoluitur ad liberos.*

2 *Vsusfructus legitimæ vxori relinqui nequit, qui pleno iure liberis debetur.*

3 *Vxore in vsufructu omnium bonorum instituta liberis pro modo & facultate bonorum debentur alimenta.*

4 Pater

4 Pater præsumitur maiorem habere amorem in liberos quam in vxorem.

5 Vsufructu omnium bonorum vxori relicto extantibus liberis restringitur tantum ad alimenta idonea.

6 Vxori vsusfructus omnium bonorum relictus de iure consuetudinario extenditur ad alimenta tantum, consuetudo per totam Italiam obseruatur.

7 Moris est in Italia, quod vxores dominas domus vocant.

8 Fauore liberorum vxor saltem alimenta cum praeminentia habet.

9 Liberis in medio existentibus ex tacita mente testatoris vxor habet saltem alimenta cum præeminentia.

10 Liberis morientibus integer vsusfructus omnium bonorum vxori cedit ex tacita mente testatoris.

11 Filius si per vnum annum tantum vixerit per illum annum etiam alimenta saltem vxori debentur, postea integer vsusfructus.

12 Verborum à significatione sine probabili causa non est recedendum.

13 Vxor potest propria authoritate vsumfructum capere.

14 Vsufructuarius vel vxor herede non instituto iudicis officio vsumfructum consequi potest.

15 Vxori liberum est possessionem ingredi, vel si habeat retinere contradictore non existente.

16 Liberis extantibus si dilucide ex voluntate testatoris apparet, quod voluerit vsumfructum omnium bonorum ad vxorem pertinere, significationi verborum standum est.

17 Vxor ex geminatione verborum vsumfructum omnium bonorum nanciscitur.

18 Vxori si remissa est cautio de vtendo & fruendo boni viri arbitrio vsumfructum omnium bonorum habebit.

19 Vxori vsusfructus relictus donec vidua permanserit integrum vsumfructum habebit.

20 *Liberi debent habere alimenta pro facultate bonorum.*
21 *Vxori rei singularis relictæ debetur in totum vsusfructus.*
22 *Testator si vsus est verbis, quæ tam proprietati quam vsufructui conueniunt, censetur & proprietas legata.*
23 *Legatum si ita datum sit, vt legatarius rem legatam vendere vel alienare possit, censetur & proprietas legata.*
24 *Verbum,* consumere, *si in dispositione adiectum sit, habet significationem proprietatis: idcirco vsufructo per verbum consumere relicto potest fructuarius vti re relicta quasi sua.*
25 *Vxor si quid permutauerit vel pretio res alias emerit non dicitur consumpsisse, & ad restitutionem obligata est.*

SI vxor in vsufructu omnium bonorum instituitur, & post mortem eius liberi, vxor videtur tam in proprietate, quam in vsufructu instituta, sed institutio interpretationem habet,
1 vt resoluatur in † fideicommissum, scilicet vxore mortua hereditas deuoluitur ad liberos. Roland. a Valle *cons. 29. in fin. volum. 4.* per Salycet. & Iason. *in l. extraneum. C. de hered. instit.* Alexand. *cons. 162. vol. 2.* Socin. iun. *cons. 183. vol. 2. & cons. 82. volum. 1.* Dec. *cons. 183. num. 45.* & Ruin. *cons. 36. num. 3. volum. 2.* ait, communem esse opinionem. In qua institutione vsusfructus tamen sciendum est, quod testator vsumfructum legitimæ v-
2 xori † relinquere non potuit, quæ liberis pleno iure tam in vsufructu quam in proprietate debetur. *auth. nouissima.* ibi Dd. *C. de inoffic. testament.* gl. & Dd. *l. vxori mei. ff. de vsufruct. legato.*

3 Quinetiam vxore † in vsufructu omnium bonorum instituta liberis alimenta pro modo & facultate bonorum, & qualitate personarum debentur, argumento quod pater præsu-
4 mitur † maiorem habere charitatem in liberos, quam in vxorem. Rom. *consil. 118. in princip. l. cum quidam. C. de instit. & substitut. l. cum acutissimi. C. de fideicom.* Corn. *cons. 5. vol. 1.* Alex. *consil 29. vol. 1.* Gozad. *cons. 47.*

Si vero maritus relinquat vxorem dominam & vsufructu-

ctuariam † omnium bonorum, liberis extantibus legatum v- 5
ſusfructus reſtringitur ad alimenta idonea, quibus vxor ad
honorem & præeminentiam frui poteſt, vti freta eſt, vi-
uente marito, *l. Titia. §. vlt.* ibi Bart. & Caſtrenſ. *ff. de leg. 2.* Bar-
tol. Cyn. Bald. & Salycet. *in authen. hoc locum. C. ſi mulier ſecund.
nupt.* Gozad. *conſ. 99.* dicit communem eſſe opinionem. A-
lex. *conſ. 214. vol. 4. & conſ. 56. vol. 3.* communem dicit, & ſecuti
ſunt Aſſeſſores in Camera Imperiali. Mynſing. *obſ. 37. & obſer.
38. cent. 5.* Gail, *obſ. 144. lib. 2. practicar. obſeru.* Et iſta † iuris obſer- 6
uantia à conſuetudine probatur, ſcribit Bart. *in l. & ſi contra. n.
2. ff. de vulg.* & Bald. *in d. §. vlt.* ait, quod de † conſuetudine per
totam Italiam obſeruatur: ibi moris eſt, quod vxorem vocant 7
dominam domus, ſcribit Gozadin. *conſ. 47.* & Bart. *in d. l. Titia.
§. vlt.* Qua de † cauſa liberis in medio exiſtentibus fit, vt ex 8
tanta mente teſtatoris vxor ſaltem alimenta † idonea cum 9
præeminentia habeat. Bartol. Caſtrenſ. & alii *in d. ct. l. Titia. §.
vltim.* & Bartol. *in dict. l. & ſi contra, num. 2 ff. de vulgar. & pu-
pillar.*

Sin vero liberi, vt plerunque in tali caſu impuberes ſolent
eſſe, vita deceſſerint, tunc ex eadem tacita † mente teſtato- 10
ris præſumpta, integer vſusfructus omnium bonorum vxori
cedit, ſi heres pupilli non eſt de deſcendentibus teſtatoris.
Carolus Molin. ad conſ. Alexand. *23. & conſ. ſeq. vol. 4.* Bart. *con-
ſil. 170. incip. Petrus Maiol. lib. 1.* & Bartol. *in d. l. & ſi contra.* Goza-
din. *conſ. 99. nu. 9.* ait, quod pulchra ſit declaratio Bartol. Bart.
in l. ſi. uti incertos annos. ff. quibus mod. vſusfruct. amitt. & Pecchius
c. 3. lib. 3. de teſtament. coniug. Simon de Prætis *lib. 4. dub. 10. n. 46. in
tract. de interpretat. vlt. volunt.* & Bald. erudite *in l. vlt. num. 5. C.
de indict. viduit. tollend.* ſcribit, ſi filius † per vnum annum tan- 11
tum vixerit, vxori etiam per illum annum ſaltem deberi ali-
menta: & filio mortuo integrum vſumfructum habebit vxor.
per l. ſi Titia. ff. de vſufruct. legat. & Ang. *in d. auth. hoc locum.* & no-
tat Carol. Molin. ad conſil. Alex. *30. vol. 4.* & Gozad. *d. conſil 99.*

H 3 dicit

dicit communem esse Dd. conclusionem. Verum cum ista consuetudo Italica ibiq, locorum considerationem non ha-
12 beat, à verborũ † significatione sine probabili causa nõ est recedendum. Bald. *cons.120.vol.3.per l.si fundũ.ff.ad l.Falcid.* & Bart. *in d.cons.170.in fin.lib.1.* & per consequens extraneis vel fratribus institutis & vsufructu omnium bonorum vxori relicto, pleno iure legatum vsusfructus illi debetur. Bartol. & Dd. *in d. l.Titia.§.vltim.* Iason. *l.extraneum.in verbo, tertio principaliter.* ibi & Salycetus *C.de hered.inst.* & refert Franciscus Viuius *in verb vxor.lib.1.* communem opinionem.

Potest & à testatore licentia tacite vel expresse dari vxori,
13 vt propria authoritate vsumfructum † ingrediatur, vel si habeat, retineat. Guido Papæ *decis.609.* Rom. *cons.7.* copiose Gozadin. *cons.91.n.10.* scribit sufficere ad tacitum cõsensum, si dictum sit, quod bona ad vxorem deuenire debeant. Bald. & Ias. *in l.extraneum.C.de hered.instit.* Alex. *cons.50.vol.7.* Quinetiã herede non instituto, ne fructuarius vel vxor suo vsufructu frau-
14 detur † & contradictore existẽte, potest iudicis officio vsufru-
15 ctuarius † vsumfructũ consequi. Bald. *in d.l.extraneũ.* & Carol. Molin. ad cons. Alex. *162.vol.2.* Contradictore vero non existente vxori liberũ est propria authoritate possessionẽ ingredi vel retinere. *arg.l. Titia testamento.in fin.ff.de legat.2.* Bald. *in d. l.extraneum.*

Porro liberis extantibus, si ex testatoris voluntate dilucide apparet, q, voluerit vsumfructũ omnium bonorum ad vxorẽ
16 pertinere, cessat † cõiecturata mens de cõsuetudine loquendi, sed statur significationi verborum, q, vxor integro vsufructu gaudere possit. Gozad. *cons.47.n.3.& 4.* alleg. Bald. *in l.vlt. C.de indict.viduit tollen.l.cum hi.§.in annos ff.de transact.* Bart. & Salyc. *in auth.hoc locum.C.si secund.nupt.mulier.* Specul. *in tit.qui.§.si quis ita.* & secutus est Myns. *obs.37.* per Dec. *cons.620.nu.4.in verbo, idem tuc* & Mynsing. *obs.38.cent.5.*

Multo magis liberis extantibus vxor consequitur vsumfructum

fructum omnium bonorum, si † geminatio verborum acce- 17
dat, veluti si dictum sit, quod habeat vsum fructum bonorum mobilium & immobilium, iuriũ & actionum, mulier gaudet vsufructu omnium bonorum. Gozad. *in d. cons.47. n.5.* ibidem plures casus refert, recenset Marium Socin. *cons. incip. Franciscus Donati. vol.3.* & Dec. *d. cons.620.* itẽ si testator remiserit vxori
cautionem de vtendo vel † fruendo boni viri arbitrio, vel q̃ 18
à confectione inuentarii & ratione reddendæ immunis & libera esse debeat vxor, censendum est, quod vsumfructum omnium bonorũ debeat habere. Myns. *in d. obser.38. cent.5.* alleg. Aym. Crauet. *cons.32.* Dec. *cons.48. n.12.* Soc. iun. *cons.99. vol.1.*

Idem iuris est, si dictum sit, q̃ vxor totum & plenum vsum-
fructum habeat, quousque in viduitate † manserit vel liberi 19
elocẽtur, vxori debetur integer vsusfructus. Gozad. *d. cons.47. nu.6. & 7.* & Gozadin. *cons.99. num 9.* Alex. *cons.29. vol.4.* Cuius iuris obseruantia de vsufructu omnium bonorum vxori re-
licto procedit, vt liberi † pro modo & facultate bonorum in- 20
terim habeant alimenta, vt antea dictum est, per textum *in l. cum quidam. C. de instit. & substit. l. cum acutissimi. C. de fideicommiss.* Rom. *cons.118. in princip.* Corn. *cons.5. vol.1.* Alex. *cons.29. vol.4.* & Gozad. *in d. cons.47.*

Cuius iuris obseruantia dubitatione caret, quando rei sin-
gularis vel alicuius fundi † vsusfructus vxori est relictus, inte- 21
ger vsusfructus illi debetur. Bart. *in d. l. Titia cum testamẽto. §. vlt. ff. de leg.2.* quem alii secuti sunt & Gozad. *in d. cons.47.* Quinetiã
si testator vsus sit verbis, quę tã † proprietati quam vsufructui 22
conueniunt, nõ solũ vsusfructus, sed etiã ꝓprietas legata censetur. *l. Proculus* ibi Bart. & Bald *ff. de vsufructu.* Bellon. *cons.6. n.3.* & Petr. Pecc. *c.4. lib.5. de testam. cõiug.* dicit com. esse conclusio-
nem. Exempli causa, si dispositio habet quod † legatarius rem 23
legatam vendere & alienare potest, tam proprietas quam vsusfructus dicitur legatus. Raph. Cum. *cons.121.* Barb. *cons.64. incipient. clementissime. libr.2.* Curt. iun. *cons.14. incipient. veritas.*

Cuiusmo-

Cuiusmodi exempla non raro occurrunt, vt maritus sua bona vxori in vsumfructum leget, tali additamento, ne vxor præstet cautionem vel necessitate exigente etiam possit bona consumere: tunc iuris interpretatione videtur cōcludendum, testatorem velle bona, quæ vxore mortua supersunt, ad ius hereditarium redire debere. Bart. *in l. Titia. §. Titia. ff. de legat. 2. l. Titius rogatus.* ibi Bart. *ff. ad Trebell.* Quia verbo, *consumere*,
24 † inest significatio proprietatis, qua de causa, vsufructuarius respectu verbi, *consumere*, vsufructu sibi legato potest vti quasi re propria. *argu. l. si vsusfructus mihi. §. plane.* ibi Accurs. *ff. vsusfruct. quemad. caue. & d. §. Titia.* Fulgos. *cons. 13. n. 3.* Zas. copiose *cons. 18. nu. 24. volum. 2.* facit *l. Titius rogatus. ff. ad Trebell.* ibi
25 gloss. quod vxor debeat vti frui boni viri arbitratu. Nam † si quid permutauerit, vel pretio res alias emerit, non dicitur consumpsisse, ideoque ad restitutionem obligata est. gloss. Bart. Alex. *in d. l. Titius rogatus. ff. ad Trebel.*

De Inuentario conficiendo ab vsufructuario.

TITVLVS XII.

SVMMARIA.

1 *Vsufructuarius vel vsufructuaria tenetur heredibus testatoris vel donatoris inuentarium tradere.*

2 *Inuentarii confectio causam habet, vt proprietarius scire queat, quæ res vel æstimatio rerum sibi restitui debeat vsufructu finito.*

3 *Inuentario prætermisso probari nequit, quæ res vel quantum restitui debeat.*

4 *Inuentarii confectionem si remiserit, vel si prohibuerit, testator, confectio solennis inuentarii cessat, attamen descriptio bonorum admittitur.*

5 Descri-

5 *Descriptio bonorum est facilis & semper permittitur.*
6 *Tutor vel curator agere non potest, nisi inuentario confecto.*
7 *Tutori vel curatori confectio inuentarii à testatore remitti potest.*
8 *Inuentarii remissio fieri potest, ne secreta patrimonii pupilli pandantur.*
9 *Iudicem si iusta causa monet, potest tutori iniungere, vt inuentarium conficiat, posthabita remissione testatoris.*
10 *Res omnes in inuentario ita sunt scribendæ, vt ex eo ratio reddi queat, & tutor ex inuentario conueniri.*
11 *Tutor vel curator vnico actu vniuersaliter tenetur reddere rationes.*
12 *Actus reddendæ rationis est actus indiuiduus.*
13 *Ratione semel reddita & approbata vlterius non est reddenda.*
14 *Inuentarium tenetur heres defuncti conficere, cuius confessio à testatore in præiudicium creditorum remitti non potest.*
15 *Heredem prius esse oportet, quam ad confectionem inuentarij teneatur.*
16 *Heres postquam quis est ad inuentarii confectionem tenetur.*
17 *Inuentarium in loco scribi debet, vbi bona sita sunt.*
18 *Inuentarium confici debet de rebus, quas tempore mortis defunctus habuit.*
19 *Res in inuentario describi non debent alienæ, & quæ in bonis defuncti non fuerunt.*
20 *Inuentarium conficere tenetur intra tres menses heres.*
21 *Litigantes de hereditate, si causam ad sequestrationem deduxerint, descriptio bonorum fieri potest.*
22 *Tempus deliberandi ad adeundam hereditatem est annus vtilis.*
23 *Tempus deliberandi ad instantiam legatariorũ & creditorum iudex potest ad 100 dies breuiare.*
24 *Heres si non adeat possunt creditores missionem in possessionem ex primo decreto impetrare, & vt curator in bonis constituatur.*

COnfectio inuentarii secũdum diuersitatem casuum plures tangit, nimirum vsufructuarios, tutores, curatores & heredes, qui creditoribus respondere tenentur. Quod onus inuentarii conficiendi coniugibus subeundum est, quando alteri ab altero vsusfructus bonorum relinquitur vel consti-
1 tuitur, vsufructuarius vel vsufructuaria tenetur † heredibus testatoris, vel donatoris tradere inuentarium. *text. in l. 1. §. rite. ff. vsusfruct. quemad. caueat.* Castrens. *cons. 221. vol. 2.* & pulchre Roland. à Valle *cons. 92. num. 5. volum. 2.* Quæ confectio inuen-
2 tarii duplicem habet causam & effectum. Primo † vt proprietarius scire queat, vsufructu finito, quæ res seu æstimatio rerũ sibi restitui debeat: deinde vt ipse fructuarius sciẽtiam possit habere, pro quibus rebus vel pro quarum æstimatione cautionem præstare debeat. *d. l. 1. & per totum ff. vt legat. nomine caueat. l. 1. §. 4. C. de vsufruct.* Socin. *cons. 15. vol. 1.* & conueniunt Dd.
3 vtique, vsufructu omnium bonorum relicto † si confectio inuentarii prætermittatur, non potest sciri, quæ bona vsufructuarius seu vxor in vsumfructum acceperit, neq; heredes testatoris vsufructu finito probare possunt, quæ bona vel quantum sibi restitui debeat, *l. 1. §. recte. ff. vsusfr. quemad. caueat.* Soc. iun. *cons. 115. n. 17. lib. 2.* Rol. à Vall. *cons. 92. vol. 1.* estque communis conclusio. Quæ conclusio de inuentario conficiendo, de stricto iure dubitationem nõ habet. Boer. *decis. 61. nu. 12.* sed si testator in testamẽto remiserit confectionẽ inuẽtarii, vel fortius ꝓhibuit ne vsufructuarius seu vsufructuaria facere teneatur inuentariũ, tunc licet dicendũ sit, ꝙ cesset solẽnis inuen-
4 tarii confectio, nihilominus tamẽ aliqua † descriptio bonorũ cõficienda est, ꝙ inuentariũ appellatur. Castrens. *cons. 221. lib. 2.* Paris. *cons. 95. n. 1. incip. mater relicta. vol. 1. & cons. 61. nu. 47. vol. 3:* dicit communẽ esse opinion. elegãter Rol. à Vall. *in cons. 92. n. 20. vol. 1.* Pet. Pecc. *c. 9 n. 3. lib. 5. de testam. coniug.* & Gail. *obs. 144.*
5 *in fin. lib. 2. pract. obs.* Et ista descriptio bonorũ est factu † facilis, nec adfert præiudicium vsufructuario, idcirco semper permitti

mitti poteſt. Cuman.*conſ.89.n.3.* Cæterum quãtum attinet ad confectionẽ inuentarii tutoris vel † curatoris, qui nõ confe- 6 cto inuentario nihil agere poteſt.*l.tutor qui repertoriũ.*ibi Bart. & Dd.*ff.de adminiſt.tutor.l.vlt.C.arbitr.tutel.*ſciendũ eſt, q; à teſtatore confectio inuentarii † tutori remitti poſſit, imo inhi- 7 beri, ne faciat inuentarium. text. expreſſus, & ibi ſcribentes *in d.l.vlt.C.arbitr.tutel.* Ratio eſſe poteſt, q; teſtator remiſſionẽ in gratiam tutoris fecerit, vel ne ſecreta † patrimonii pupilli 8 pandantur. Bart.*in l.nemo poteſt.n.12.ff.de leg.1.* nam voluntati apertæ teſtatoris ſtandum eſt, à qua tamẽ recedi poteſt, ſi iuſta ſubeſt cauſa, quæ † iudicem mouet, vtpote non legaliter tuto- 9 re vel curatore agẽte, poſthabita remiſſione teſtatoris iniungat tutori, q; inuentarium conficiat. Bart.*in l.nemo poteſt.nu.12. ff.de leg.1.* & per ea quæ ſcribit Boer.*deciſ.61.* Alex.*conſ.62.nu.2. vol.2.* Arctin.*conſ.22.* & Did. Couarru.*c.14.n.4.lib.2.var.reſolut.* & ſecutus eſt Iulius Clarus *quæſt.66.in fin.de teſtament.* copioſe Franciſc. Porcellinus *c.1.n.13.& ſeq.in tractat.de inuentar.* Res omnes ſunt à tabellione in inuentario † ita ſcribendæ, vt ex eo 10 ratio reddi queat, & tutor vel curator ex inuentario cõueniri poſſit. text.*in l.vlt.in princip.*ibi & Bart. *C.arbitrium tut.& d.l.tutor qui repertorium.*ibi & Bart.

Confecto vero inuentario, tutor vel curator tempore reddendæ rationis, tenetur vnico actu totaliter † & vniuerſali- 11 ter ſuæ adminiſtrationis rationem reddere, nec ad reddendam rationem alicuius partis eſt obligatus, per ea quæ ſcribit Bald.*in l.ſi plures.C.de condit.inſert.* Quia actus reddendæ rationis † eſt actus indiuiduus.*arg.l.cui fundus,ff.de cond.& demonſtr.* 12 Bald.*in d.l.ſi plures.n.22.* Deinde ratione † ſemel reddita & ap- 13 probata, tutor vel alius adminiſtrator non poteſt vrgeri, vt iterum reddat.*arg.l.ſemel.*ibi Bart.*C.de apoch.public.lib.10.* Ioann. Iuriſt.*in tractat.de executorib.vlt.volunt.tit.8.n.6.& 17.* Roland. à Valle *conſ.47.vol.1.* Et hæc de confectione inuentarii tutoris vel curatoris.

Porro quantum attinet ad confectionem inuẽtarii, quod heres de rebus defuncti conficere tenetur, sciẽdum est, quod
14 testator in præiudicium creditorum † inuentarii confectionem remittere nequeat, sed in præiudicium legatorum remissio valeat. Alex.*cons.82.in fin.vol.2.*Crauet.*cons.174.nu.11.* & Iul.Clar.*q.66.de testam.*dicit communem opinionem.

Et cum heres ad confectionem inuentarii est obligatus,
15 prius heredem esse oportet † antequam Inuentarium conficiat, ideoque non currit illi tempus antequam sit heres. *l.1.§. quod autem ff.quand.dies legat.ced. l.statu liberos.ff.de statu liber.* nisi dolo heres differat in pernitiem legatorum & creditorum. *l. vlt.§.si autem dubius.C.de iure delib.* ita explicat Ang.de Vbald. *in summar.tract.de inuentario n.15.& n.16.* gloss.Cyn.& Bart. *§.si*
16 *autem dubius.* Cæterum † postquam quis est heres ex testamento vel ab intestato succedens incipit tempus inuentarii currere.*d.§.si autem dubius.* Quod est continuum, vt est regulariter in omni præscriptione. *l.1.ff.de diuers.tempor.præscript.* & Ang.de Vbald.*in fin.in tract.de inuent.* ibidem scribit, quod in-
17 uentarium in loco describi debeat, vbi † res hereditariæ sitæ sunt, vel maxima pars illarum. Et debet inuentarium confici de rebus, quas defunctus habuit tempore mortis, etiam de re-
18 bus quæ fuerint † apud defunctum depositæ vel commendatæ, & manserint semper in bonis defuncti. Ioan.Coras.*in tractat.de inuentario.num.22.per l.scimus.§.1.C.de iure delib.l.si de eo.§. forte.ff.de acquir.poss.*alleg.Imol.& Castrens. Quod tamen ita
19 intelligendũ erit, ne † res, pro hereditaria re, in inuentario scribatur, quæ aliena est & tempore mortis in bonis defuncti non erat. *arg.d §.sin autem dubius.* vel pro qua petitio hereditatis non competit. Bald.*cons.514.in princ. vol.5.per l. item veniunt.ff.de pet.hered.* & heres cum scit sibi hereditatem esse de-
20 latam intra † 30.dies debet inchoare inuentariũ, & intra alios sexaginta dies perficere, hoc est, intra tres menses finire. *d. l. vlt.§ sin autem dubius.C.de iure deliber.*

Quin-

Quin etiam si litigantes de hereditate suas actiones † eo 21
direxerint, vt res ad sequestrationem deuenerit, potest actor inuentarium vel descriptionem bonorum petere, vt habeat faciliorem probationem suæ intentionis. *arg. l. 1. §. eligitur. ff. de ventre in poss. mittend. l. cum donum horreorum. ff. locat. l. vltim.* vbi Bart. *ff. de requir. reis.* Bart. *in l. post contractum. de donat.* Coras. *lib. 2. miscellan.* Est etiam sciendum, quod heres habet tempus deliberandi ad adeundam herditatem vnius anni † vtilis, in quo 22
spatio temporis potest deliberare, an hereditatem adire vel repudiare velit. Et licet illud tempus sit legale. *l. cum antiquioribus.* ibi Bart. Bald. *C. de iure deliberan.* nihilominus ad † instan- 23
tiam legatariorũ & creditorum iudex potest illud tempus ad centum dies breuiare, vt heres adeat & inuentarium conficiat: Ias. *in l. 2. n. 19. ff. de re iudicat.* Christoph. Porc. & Platea *in §. vlt. Institut. de hered. qualit. & different.* & si heres non adeat, possunt creditores ex primo decreto missionem † in possessio- 24
nem impetrare. *l. 1. & l. seq. ff. de iure deliber.* Bart. *in l. non ignorare. C. de restitut. milit. l. si bona.* ibi Bart. *C. de bonis iudic. auth. possid. l. si diu. ff. quib. ex caus. in poss. eat.* & est textus expressus *in l. si quis instituatur. ff. de hered. instit.* si heres in diem certum vel incertum institutus est, & illo deliberante vel moram quærente prætor postulantibus creditoribus potest tempus statuere, vel etiam decernere, vt curator constituatur de bonis administrandis. *d. l. si quis.* ibi gl. Bart. & alii. *ff. de hered. instituend.*

De Cautione ab vsufructuario præstanda.

TITVLVS XIII.

SVMMARIA.

1 *Cautio triplex esse potest; vel fideiussoria, vel pignoratitia, vel iuratoria.*

2 *Cautiones idoneæ dicuntur, quæ fideiussoribus vel pignoribus præstantur.*

3 *Vsufructu constituto idonee cauendum est.*

4 *Cautio, salua rerum substantia, vsufructuario remitti nequit.*

5 *Cautionem ante præstitam vsufructuario actio ad consequendum vsumfructum non datur.*

6 *Vsufructuarius vti frui potest rebus in vsumfructum datis, ita & dominus de sua proprietate securus esse debet.*

7 *Vsufructuarius fructus non facit suos ante præstitam cautionem.*

8 *Vsufructuarius fideiussoribus vel pignoribus cautionem præstare tenetur.*

9 *Vsufructuarius, si iurat se fideiussorem inuenire non posse, & se velle vti frui boni viri arbitratu, est admittendus.*

10 *Fundus vel res in vsumfructum data potest penes aliquem virum honestum in sequestrationem dari, qui de fructibus vsufructuario respondeat.*

11 *Proprietarius potest ad se fundum in vsumfructum datum recipere, & vice vsusfructus fructuario annuatim summam pecuniæ soluere.*

12 *Res quæ vsu consumuntur prius æstimandæ sunt, quam tradendæ, vt est pecunia, oleum, vinum, lana, & similis materia.*

13 *Cautio de rigore iuris remitti nequit, sed interpretatione Doctorum benigne receptum est, à testatore remitti posse.*

14 *Iuri suo renunciare cuilibet liberum est.*

15 *Remissio locum habet tam in rebus, quæ vsu consumuntur, quam quæ non consumuntur.*

16 *Heres expresse & tacite cautionem remittere potest.*

17 *Vsufructuarius fructus facit suos, quos bona fide sciente & patiente herede acceperit.*

18 *Heredis patentia habetur pro remißione cautionis.*

19 *Cautio ab vsufructuario præstanda est, si petita fuerit.*

20 *Vsu-*

20 *Vsufructuarius fructus facit suos, quos ignorante proprietario sine vitio, sed bona fide acceperit.*

21 *Vsufructuarius potest propria authoritate vsumfructum ingredi, contradictore non existente.*

22 *Pater habet in bonis filiorum aduentitiorum vsumfructum, nec tenetur inuentarium conficere, neque cautionem præstare.*

23 *Pater, si bona filiorum dilapidat, tenetur cautionem & descriptionem præstare.*

24 *Pater, si dissipat bona filiorum, potest priuari sua administratione.*

25 *Heres grauatus sub conditione ad restituendum fideicommissum, tenetur cautionem de conseruandis bonis præstare.*

CAutio triplex † esse potest, aut fideiussoria, aut pignora- 1
titia, aut iuratoria, & huiusmodi cautionibus secundum diuersitatem casuum apud iudicem incidentium re vel causa exigente locus esse potest, & dicuntur † idoneæ 2
cautiones, quæ præstantur fideiussoribus, vel pignoribus. *l. si mandato. §. vltim. ff. mand.* ibidem gloss. *& l. 4. §. si sub conditione. ff. de fideicommiss. libertat. l. si debitori. ff. de iudit.* & explicat Gail. *obseruat. 47. libro 2. practicarum obseruation.* Et est speciale, quando alicui vsusfructus constituitur, vel relinquitur, quod cautionem idoneam præstare † teneatur de v- 3
tendo vel fruendo boni viri arbitrio, de restituendo rem vsufructu finito, *l. 1.* ibi gloss. & Doctores *Cod. de vsufruct. & l. 1. per tot. ff. quemd. vsusfruct. caueat. l. vsufructu constituto.* ibi Bart. & Salycet. *C. de vsufruct.*

Et istam cautionem † de rerum substantia salua, vel de æ- 4
stimatione restituenda remitti non posse fructuario, scribunt Bart. Bald. & Salycet. *in dict. l. 1. C. de vsufruct. per l. nemo potest. ff. de legat. 1.* Paris. *consil. 59. volum. 2.* Socin. *cons. 131. volum. 1.* dicit communem esse Dd. conclusionem. Dec. *consil. 418.* Roland. à Valle

5 à Valle.*conſ.92.volum.1.* neque ante præſtitam † cautionem vſufructuario actio ad vſumfructum conſequendum datur. Quia ſicuti vſufructuarius vti & frui poteſt rebus in vſumfru-
6 ctum datis: ita & dominus proprietatis † de ſua proprietate ſecurus eſſe debet. textus *in l. ſi cuius rei. in princ. ff. de vſufruct.* ibi gloſſ. & Dd. Vnde eſt, quod fructus non facit ſuos vſufructua-
7 rius ante præſtitam † cautionem *d. l. 1. & l. 4. C. de vſufruct. & l. 1. §. recte. ff. quemadm. vſusfr. caueat. l. vxori vſufructu. l. ſcire debetis. C. vt in poſſeßionem legat.* ibi gl. Alex. *conſ. 120. volum...* & Boer. *deciſ. 61.*

Quibus proxime ſciendum eſt, quod vſufructuarius ido-
8 neam cautionem, hoc eſt, † fideiuſſoribus vel pignoribus p̄ſtare tenetur. Guid. Pap. *deciſ. 248. l. ſi creditores. ff. de priuil. creditor. l. vniuerſa. C. de precib. Imper. offer.* & Gail. *d. obſ. 47.* ibi ſcribit, quod oblatio iuratoriæ cautionis non ſufficiat: addit tamen, quod benignior & verior ſit opinio, vt heres iuratoriam cautionem recipiat: ſi vſufructuarius non ſit ſuſpectus iurat,
9 ſe † fideiuſſorem habere non poſſe, & ſe velle vſufructu vti frui boni viri arbitratu, iuxta formulam à iure præſcriptam, quod procuratoriæ cautioni locus dari debeat, *in l. 1. §. cautio. & §. habet. ff. vſusfruct. quemad. cauet.* & clarius Mynſ. *obſ. 48. cent. 6.* ait, ſi homo pauper eſt fide dignus, & non ſuſpectus, quod ad iuratoriam cautionem ſit admittendus, per Bart. Bald. *in d. l. vſusfructus. C. de vſufruct.* Angel. & Imol. *in l. cum non facile. ff. ſi cui plus quā per l. falci.* alii vero opinātur, q̄ fundus vel res penes aliquē virum honeſtū & fide dignū in ſequeſtrū ponuntur, q̄
10 de † fructib. fructuario reſpondeat. alleg. Guil. de Cun. cuius doctrinā Bart. *in d. l. vſusfructus.* admittit, q̄ opinio p̄babilis videtur, in qua conueniunt Gail. & Mynſing. qui concludit, in Cam. Imperiali deciſum eſſe, q̄ proprietarius fundum ad ſe
11 recipiat, & vice vſusfructus † certam annuatim ſummam pecuniæ ſeu fructuum ſoluat vſufructuario, & illa ratione tam proprietario, quam vſufructuario poteſt eſſe proſpectum. Et

ab illa

ab illa opinione non esse recedendum ait Mynsing. *d. obseru. 48. cent. 6.*

Est etiam in vtendo vsufructu obseruatu dignum, quando res mobiles, quæ vsu † consumuntur, vt pecunia, oleum, vi- 12
num, frumentum, lana, & similis materia in vsumfructum est relicta vel data, vt æstimatio prius fiat tempore, quo res vsufructuario tradantur, & secundum illam æstimationem finito vsufructu proprietario solutio seu restitutio fieri possit. *§. constituitur. & §. seq. Institut. de vsufruct. l. si vim. & l. seq. ff. vsufruct. rer. quæ vsu cons.* Alex. *consil. 58. volum. 3.* Rol. à Valle *cons. 92. num. 22. eleganter vol. 2.*

Cæterum quod dictum est, cautionem à testatore remitti non posse, id de rigore iuris procedit, alias tamen ex interpretatione Dd. benigne receptum est, quod † testator cautionē 13
remittere possit. Alexand. *cons. 120. n. 6. vol. 6.* & Alexan. *cons. 58. vol. 3.* Dec. *cons. 565. n. 5. & cons. 607. viso puncto. per l. secund.* ibi gl. & Dd. *C. vt in poss. legat.* & Francisc. Viuius *in verb. vsufructuarius. in tract. com. opinion.* Socin. *cons. 131. in præsenti consultatione. lib. 1.* Quia liberum est † cuilibet suo iuri renunciare. gloss. *in l. 1.* 14
in verb. cautionem. C. de vsufruct. & Zasius *cons. 14. lib. 2.* quia remissa à testatore cautione, etiam remissa censetur confectio inuentarii, erudite Chassan. *in consuetud. Burgund. §. 7. fol. 123.* Et hæc remissio habet locum, tam † in rebus, quæ vsu consu- 15
muntur, quam quæ non consumuntur, Bart. *in l. 1. C. de vsufructu.* & Alex. *d. cons. 58.* & explicat Iul. Clar. *quæst. 64. de testament.* & secutus est Gail. *obs. 4 lib. 2. pract. obs.*

Heres autem † expresse & tacite cautionem vsufructuario 16
remittere potest, vtpote si ab vsufructuario non petierit cautionem, interim fructuarius ex tacito consensu heredis fructus acceptos bona fide suos † facit, quos patiente & sciente 17
herede perceperit. *l. 2. §. quod ait prætor. ff quor. legat.* Alex. *consil. 120. n. 6. & 7. vol. 6.* ait, omnes ita tenere. Cyn. & Bald. *in d. l. vsufructu. C. de vsufruct.* Bald. copiose *cons. 21. vol. 2. & cons. 345. vol. 3.*

18 ibi scribit, quod heredis † patientia habeatur pro remissione cautionis. facit text. *in l. restituta. cum gl. ff. ad Trebell.* vtique cautio ab vsufructuario præstanda est, si petita fuerit, vnde in-
19 telligi potest, quod ante petitionem † vsufructuarius in mora esse non dicitur, *d. l. 2. §. quod ait. ff. quor. legator.* & Gail. copiose *in d obseru. 46. lib. 2.* & clare Salycet. *in d. l. vsufructu.* affir-
20 mans vsufructuarium ignorante proprietario, † fructus suos facere posse, quos sine vitio & bona fide acceperit. *arg. l. vsufructuarius messem. in fin. ff. quib. mod. vsusfruct. amit.*

21 Quo euenit, q; contradictore non existente, vxor † propria authoritate potest possessionem vsusfructus ingredi, vel si habet retinere, & fructus suos facere. *argum. l. Titia testamento. in fin. ff. de legat. 2.* Bald. & Iason *in l. extraneum. C. de hered. instit.* & ita de consuetudine obseruatur. Quinetiam ad apprehendendam possessionem vsusfructus sufficit, si testator dixerit, quod bona debeant ad vxorem venire. Gozad. *consil. 91.* Guid. Pap. *decis. 609.* Roman. *consil. 7.* inquit, quod ex testatoris licentia data vsufructuarius rei legatæ vsumfructum ingredi possit.

22 Est etiam speciale in patre, cui ipsa lex † vsumfructum bonorum aduentitiorum, ad liberos in potestate existentes pertinentium defert, quo fit vt neque de illis cautionem, neque inuentarium conficere teneatur, nec ad rationem reddendam sit obligatus, licet ad secunda vota transierit. *l. cum oportet. §. non autem. in verbo. ratiociniis.* ibi gloss. Bartol. Bald. Castrens. & Corn. *Cod. de bonis quæ liber. l. 1.* ibi Dd. *Cod. de bonis matern.* Corn. & Bald. *in l. vltim. §. reuerentia. Cod. de bonis quæ liber.* Bald. *in l. Orphanotrophos. num. 7. C. de episcop. & cleric.* Bellon. *consil. 23.* Arius Pinellus *in l. 1. 2. part. num. 17. C. de bon. matern.* estque communis Doctorum conclusio, secundum quam in Camera Imperiali iudicari, Mynsing. *obseruat. 93. centur. 2.* testatur. Ratio est, quod patris administratio est impunita quoad ipsam administrationem bonorum, secus vero quoad alienationem

tionem. Franciſcus Porcellinus. *cap.2.num.14. in tractat. de inuentario.* Vnde intelligi poteſt, ſi pater bona dilapidat & diſſipat, liberis ſuccurrendum eſt iudicis officio, vt † deſcriptio- 23
nem bonorum faciat, & cautionem præſtet. Boerius *deciſ.61.* Bald. *in l. ſi filia. C. famil. erciſcund.* & Bald. *in ſuo tractat. de duobus fratrib. colum.4. ad fin. verſ. quid ſi filius.* Poteſt & pater diſſipans bona aduentitia † filii in totum priuari ſua adminiſtratione. 24
Bald. *in l. Gallus. §. inſtituens. num.4. ff. de liber. & poſthum.* Alexan. copioſe *in l. Imperator. ff. ad Trebell.* Socin. *conſ.34. nu.15. vol.1.* Pinell. *in d. l.1. part.2. n.33. C. de bon. matern.*

Quinetiam heres grauatus ſub conditione ad reſtituendum fideicommiſſum cogitur † cautionem fideicommiſſa- 25
rio præſtare, & conſeruandis bonis & eiſdem reſtituendis adueniente die conditionis purificatæ. text. *in l. hæc ſtipulatio. in princip. ff. vt leg. nomine caueat. l. cum Archimoderam. C. vt in poſſeſ. legat. l. cum filiusfam. §. idem principes. ff. de legat.1.*

De Conteſtatione Patris inter Liberos ſecundum ius gentium, ſeu §. imperfecto.

Titvlvs XIV.

SVMMARIA.

1 *Parentum diſpoſitiones ſine ſolenniis iuris inter liberos conſiſtere poſſunt.*

2 *Teſtes duo tantum probant inter liberos, quam ſeptem inter alios.*

3 *Falſitatis ſuſpitio inter liberos ceſſat.*

4 *Conteſtatio inter liberos dicitur perfecta ratione voluntatis, imperfecta ratione ſolennitatis.*

5 *Ius gentium quod eſt antiquius iure ciuili ſolennitatem non habet in conſideratione.*

tuo patre cessare quaestionem de diuisione hereditatis.

23 *Diuisio testatoris praefertur diuisioni legali.*

24 *Diuisoria voluntati conueniens est §.ex imperfecto.*

25 *Aequalitas vt inter liberos seruetur probabilis est conclusio.*

26 *§.ex imperfecto.sibi locum vendicat, quando principaliter de omnium commodo agitur,non de vnius praeiudicio.*

27 *Pater quando magnam & iniuriosam inaequalitatem inter liberos obseruauerit,§.ex imperfecto.non est locus.*

28 *Pater quando in solenni testamento liberis portionem vel legitimam titulo institutionis reliquerit, liberi voluntati patris contrauenire nequeunt.*

29 *Pater habet maiorem authoritatem testandi in solenni testamento,quam in imperfecto.*

30 *Extranei ex testamento imperfecto nihil acquirere possunt.*

31 *Iure ciuili omnis contestatio inualida est, nisi quinq; testes interueniant,quoad extraneos.*

32 *Liberi naturales ex testamento patris imperfecto ius succedendi non habent.*

IVre antiquo Romano † parentes solenniis adhibitis inter 1
liberos non secus ac inter alios testamenta facere solebant,
sed postea Imperatores constituerunt, quod parentum dispositiones inter liberos sine solenniis iuris consistere possint. *l.hac consultissima. §.ex imperfecto.& auth.quod sine.C.de testament. l.vlt.C.famil.ercisicun.* ibidem Dd. cui parentum dispositioni si
duo testes † accedunt, tantum probant inter liberos,quan- 2
tum septem inter alios, quia dispositio inter liberos efficit,
quod omnis † suspicio falsitatis cessat.gl. & Bald.*in l....C.de te-* 3
*stament.*gloss.concinne.*in l.vlt.in verb.iudiciis. C.famil.ercifcun.* Dd.*in d.§.ex imperfecto.* Bald. *in cons. 169. quod schedula.volum.2.* Boer.*decis.228.& decis.240.* Alexan.*cons.4.volum.7.* estque com-
munis scribentium conclusio.Et dicitur † huiusmodi conte- 4
statio inter liberos perfecta ratione voluntatis,& imperfecta

ratione solennitatis. Bart & Dd. *in d. §. ex imperfecto.* Alexand.
5 *consil. 76 ponderatis his. volum. 3.* Quia ius gentium, quod † est vetustius iure ciuili, *l. 1. ff. de acquiren. rer. domin.* non habet solennitatem iuris ciuilis in consideratione, saltem respicit veritatem voluntatis testatoris. *l. 1. ff. de acquir. rer. domin. l. 1. ff. de testam. milit. l. verbis legis. ff. de verb. signif.* & notat Bald. *in l. si quis. n. 4. C. de iur. & fact. ignor.*

6 Vnde considerato iure gentium † & diuino, dispositionem patris, inter liberos ex disparibus & inæqualibus portionibus factam, modo liberi sua legitima non defraudentur, ratam esse habendam, Dd. opinantur, *per l. vlt. & l. filii. C. famil. ercisc.* Socin. iun. *consil. 24. num. 7. volum. 3.* Castrens. *cons. 444. in fin. part. 2.* & scribunt, quod illa inæqualitas inter † liberos ob re-
7 uerentiam, quæ à liberis parentibus debetur, sit obseruanda. Bald. *in d. l. filij. num. 5.* & Salycet. *in l. vlt. num. 4. C. famil. erciscun.* Aretin. Alexand. Corn. *in d. §. imperfecto.* Georg. Natta *consil. 3. num. 11.* Alciatus *consil. 151. lib. 3.* ait magis esse communem opinionem. Castrens. *in auth. hoc inter liberos. C. de testam.* Cuman. *cons. 114. n. 3.* Alex. *cons. 146. vol. 1.* Paris. *cons. 36. num. 17. vol. 2.* Boer. *decis. 40.* ibidem in vtramque partem disputat Ferdinan. Vasquius *lib. 3. §. 21. limitatione 7. de success. & vltim. voluntat.* magis dicit commun. Andreas Gail. *obseruat. 112. & obseruat. 116. lib. 2.*
8 *practicar. obseruat.* & alii scribentes moti, quod pater † vni liberorum plus quam alteri relinquere potest, modo nullum debita legitima defraudet. *per l. parentibus. l. omnimodo. l. quoniam. C. de inoff. testam.*

Quorum Dd. opinio, quoad potentiam testatoris, controuersiam non habet, sed quoad inæqualem & iniuriosam diuisionem stabiliendam. Aliis non minorem authoritatem
9 habentibus contrarium placet, nimirum † testamentum coram duobus testibus secundum §. *ex imperfecto.* conditum non valere, si vni liberorum tantummodo legitima assignetur, reliquis in omnibus bonis institutis, argumento ducto à causa

causa cessante solennitatis prętermissæ. *l. quod dictum.* ibi Bart. & Iason. *num. 2. C. de pact. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patronat. §. ex imperfecto*, autem sibi locum † vendicare, quando liberi æ- 10
qualibus portionibus vel modica disparitate interueniente instituuntur, dubitationem non habet, à quo intellectu non discedit *l. vltim. C. famil. erciscund.* per quam Imperator Constantinus constituit, quod patris dispositio, quæ codicillis, vel epistola, vel aliis signis & indiciis inueniatur inter liberos, sit obseruanda. Cui constitutioni declaratio ab Imperatore Iustiniano accessit, quod non signis, non indiciis, portiones liberis † sunt assignandæ, sed quod ita diuisio sit temperanda, 11
ne inter liberos postea contentionibus maneat locus. *§. nos igitur. Auth. de imperfecto testament. in princ.* Quin etiam hodie cum filius sua legitima debeat esse contentus, non sufficit titulus, qui † ex codicillis vel epistola per fideicommissum re- 12
sultat, sed requiritur titulus directus institutionis, cuius vis ex perfecto testamento dependet. *§. aliud quoq;. auth. vt cum de appell. cog.* Dd. & Iason. *in auth. nouissima. C. de inoff. testam.* Bald. Castrens. *in l. omnimodo. C. de inoff. testam.* Panorm. Guil. Benedictus & Couarr. *in c. Raynutius. de testam.* Ioan. Dilect. *caut. 1. tit. 3. de art. testand.* Iul. Clar. *q. 8. de testam.* Vasq. *lib. 1. §. 9. n. 193. in tractat. de success. & vlt. volunt.* & est communis Dd. sententia, & scribit Guid. Pap. *decis. 425.* q̀ hodie institutio, q̄ per fideicommissum in codicillis fit, non habeat locum inter liberos, aitq; esse veritatem, vtiq; ex codicillis succedens † dicitur ab inte- 13
stato succedere, *tex. in l. vlt. C. quand. dies leg. ced.* & titulus ab intestato succedendi non est directus titulus institutionis, quo liberi ab hereditate parentū hodie remouent. *d. §. aliud quoq;.* & gl. ab omnib. approbata *in §. exheredatos. auth. de hered. & Falc.*

Vnde intelligi potest, quod interpretes amplius *l. vlt. C. famil. erciscund.* extendant, quam ipsius sensus admittit, vtique textus ille loquitur, si recte ponderetur de diuisoria † vo- 14
luntate, ex qua patri ab intestato succeditur. *argumen. l. hac*

consul.

consultissima. §. si quis. C. de testament. ibi Imperator Iustinianus
15 appellat scripturam imperfectam, quæ numero † quinque testium saltem est stabilita ac munita, & Bald. & Salyc. scite. *in auth. quod sine. vers. ex præcedentibus. C. d. tit.*

Et natura diuisionis ab intestato est, quod intuitu iuris na-
16 turalis & ciuilis æqualitas † inter liberos seruetur, & vnicuique tribuatur, quod sibi debetur, erudite Bald. *consil. 323. in fin. volum. 3.* & pro regula ponit *l. si maior. num. 1. commun. diuidund. & l. vt liberis. l. illud. C. de collat.* Imo ipsa lex plurimum amat, æ-
17 qualitatem † inter liberos esse seruandam, quæ parat amici-
18 tiam, † disparitas discordiam *l. inter filios. C. famil. ercisc. auth. in successione. C. de suis & legit.* Bald. *in auth. ex testamento. C. de collat. §. illud quoque. in fin. auth. de nupt. & argum. l. cum oportet in fin. C. de bon. quæ liber.* gloss. celebris *in l. cum pater. §. cunctis. ff. de legat. 2.* & facit *l. maximum vitium. C. de liber. præter.* Bart. *in l. pater filium. num. 2. C. de collat. dot.*

19 Quinetiam si æqualis diuisio seu distributio † inter liberos
20 obseruatur, titulus institutionis non est necessarius, quia † æqualitas efficit, quod solennitas iuris prætermitti potest, omnisque suspicio falsitatis cessat. Dec. *in l. 1. C. vnd. liber.* Socin. iun. *cons. 189. n. 87. lib. 2.* Didac. Couarru. *in cap. Raynutius. §. 1. nu. 3. de testament.* Vasquius *lib. 3. §. 21. limitat. 7. num. 69. de success. vlt. volunt.*

Nec ad rem facit obiectio, *§. ex imperfecto.* esse superuacaneum, si pater per illum non habeat potestatem inter liberos aliquid plus distribuendi, quam lex ipsa ab intestato liberis concedit. Nam facilis est responsio, quod *§. ex imperfecto.* magnæ sit efficaciæ & vtilitatis, quia pater considerata personarum qualitate, poterit per illum vel ex probabili causa vel af-
21 fectione vni filiorum † meliorem portionem vel aliquod plus q̃ alteri relinquere, modo magna & iniuriosa inęqualitas euitetur, ita singulariter Francisc. Curt. iun. *in d. §. ex imperfe-*
22 *cto. num. 2.* & ita ad controuersias tollendas † inter liberos. §. sum-

summopere cõducit, quippe patre mortuo, facit cessare quæstionem de diuisione hereditatis, cum quilibet liberorum portionem sibi assignatam consequatur, licet vnius portio melior sit, quam alterius, modo cesset magna & iniuriosa inæqualitas. Castrens. perspicue *in d. §. ex imperfecto. nu. 6.* & Castrens. *in l. quoties. §. hered. ff. de hered. instit.* notat, quod diuisio testatoris † præfertur diuisioni legali. 23

Hinc quum §. *ex imperfecto.* est conueniens † diuisoriæ pa 24
tris voluntati ab intestato succedendi, & destitutus est solennitate testamẽtariæ successionis, æqua & probabilis conclu-
sio est, vt æqualitas vel modica disparitas inter liberos † ob- 25
seruetur Dec. *cons. 105.* ibi ait, decis. valde esse æquam, q̃ probat Carol. Molinæus *ad cons. Alexand. 168. volum. 5.* explicans, quod
§. *ex imperfecto.* sibi locum † vendicat, quando principaliter de 26
omnium commodo agitur, non de vnius præiudicio. Bald. & Salycet. *in auth. quod sine. C. de testament.* Rom. *cons. 183.* Speculator *tit. de instrumentor. edition. §. compendiose. vers. si quid pat. r. n. 19.* Decius *l. 1. C. vnd. liber.* clare Tiraq. *quæst. 4. num. 4. in tract. de iure primogenit.* & concinne Couarru. *in cap. Raynutius. §. 1. de testam.* qui pro hac opinione multas rationes adducit, & affirmat Ioan. Dilect. *tit. 3. n. 7. de arte testandi.* & ita concludunt Dd. quan-
do † pater magnam & iniuriosam inæqualitatem inter libe- 27
ros obseruauerit, §. *ex imperfecto.* vires non habere, sentit Hartman. *lib. 2. obseru. 3. in fin. pract. obs.* & hanc conclusionem confirmat Menoch. *lib. 4 præsumpt. 10. in tract. de præsump.* ibi scribit, si magna inæqualitas inter liberos insurgat, dispositionem secundum §. *ex imperfecto* non valere recenset Grauet. *consil. 143. num. 18.* & Corn. *consil. 228. num. 4. volum. 4.* & ait Socin. iun. veram esse opinionem à qua non sit recedendum, cum æquitati innitatur.

Sin vero pater testamentum fecerit solennitatibus iuris
stabilitum, filioque in eodem titulo institutionis † portionẽ 28
seu legitimam reliquerit, filius contra voluntatem patris ve-

nire nequit. § *aliud quoq.* §. *cæterum. auth. vt cum de appellat. cog. auth. nouissima.* ibi Bart. Bald. Iason & reliqui Dd. *& l. parentib. l. omnimodo. l. quoniam. C. de inoff. testam.* Et quod pater maiorem
29 habeat † authoritatem testandi in solenni testamento, quam
30 in imperfecto, argumento est, quod extranei † ex testamento imperfecto nihil acquirere possint, *d.* §. *ex imperfecto.* ibi Dd. *& d. l. vlt. C. famil. erciscund.* Etenim iure ciuili omnis contesta-
31 tio quo ad extraneos † irrita habetur, nisi quinque testes interuenerint. *l. vltim.* ibi Bart. & Iason *Cod. de codicill.* & Iason *in dict.* §. *ex imperfecto.* & facit text. *in l. hac consultissima.* §. *si quis. C. de testament.*

32 Quo euenit etiam, quod liberi naturales † ex testamento patris iure non facto ius succedendi non habeant, sed à successione moueantur, quasi testamentum non factum sit, per text. *in* §. *discretis. vers. hac dicimus. authen. quib. mod. natural. effic. collat. 7.* Dec. *cons. 610. viso themate. num. 3.* Boer. *decis. 260. num. 2.* & est communis Dd. suffragatio. *in l. filio præterito. ff. de iniusto testament.* Alex. & Iason *in d.* §. *ex imperfecto*, & secutus est Gail. *obs. 112. n. 14. lib. 2. practicar. obseruat.*

De Contestatione inter liberos secundum formulam, Auth. quod sine.

TITVLVS XV.

SVMMARIA.

1 *Pater si propria manu in schedulam suam voluntatem scripserit, valet sine testibus voluntas patris inter liberos.*

2 *Pater in schedula debet tempus ac diem inserere, nomina liberorum indicare, & cuiq. suam portionem assignare.*

3 *Pater siue scribere potest, siue non potest,* §. ex imperfecto. *locum habet.*

4 *Formula* Auth. quod sine, *requirit testatoris manum.*

5 For-

5 *Formula* §. ex imperfecto. *duos testes expostulat.*
6 *Formula* §. ex imperfecto. *extraneos non admittit.*
7 *Extraneis in formula* Auth. quod sine. *legari potest.*
8 *Voluntatem testatoris in scripturam redactam vires ex* Authen. quod sine. *acquirere potest.*
9 *Solennitas tota* Auth. quod sine. *pendet à scriptura patris.*
10 *Schedulam si pater subscripserit Dd. existimant sufficere ad formulam* Auth. quod sine.
11 *Formula* Authent. quod sine. *requirit, quod schedula manu testatoris in totum scribi & cuilibet liberorum portio assignari debeat.*
12 *Pater si non scribit totam schedulam, contestatio est absonãs ab* Authent. quod sine.
13 *Forma seu solennitas est de genere indiuiduorum.*
14 *Forma obseruatio pro parte adimpleri nequit, sed totaliter ad amussim est obseruanda.*
15 *Textus iuris à quolibet adductus potest omnium peritorum cateruas superare.*
16 *Portiones inter liberos ita distribuenda sunt, ne contentionibus maneat locus.*
17 *Æqualitas inter liberos est seruanda vel modica disparitas.*
18 *Formula* Auth. quod sine. *inducit diuisoriam voluntatem, ex qua patri ab intestato succeditur.*
19 *Natura diuisionis est, vt æqualitas inter liberos seruetur.*
20 *Liberi ab intestato adstringi nequeunt, vt legitima contenti sint.*
21 *Legitima ab intestato non datur, sed in testamento iure facto.*
22 *Controuersia si de manu testatoris inciderit probatio per duos testes admittitur.*
23 *Ad manum testatoris probãdam admittitur comparatio literarum.*
24 *Ad legata probanda in* Authen. quod sine. *duo testes requiruntur.*
25 *Ius naturale parentum successionem liberis defert.*
26 *Extraneis schedula nihil prodest, nisi duo testes interuenerint.*

27 *Mensis dies si est in schedula prætermissa probatione deficitur & nihil prodest liberis.*

28 *Forma à lege requisita si non obseruetur, dispositio interpretationem non recipit vt valeat.*

29 *Non sufficit, quod voluntas sit vera, sed requiritur & solennitas.*

30 *Schedula manu patris conscripta in arca vel apud fidelem amicum est deponenda in illum finem, vt inter liberos valeat.*

31 *Schedula si non reconditur, sed in aliqua parte domus relinquitur, habetur pro neglecta.*

32 *Schedula bene recondita probatur inter liberos, nec publicationem solennem requirit.*

TEstamentum coram duobus testibus inter liberos factũ iure gentium ratum esse habendum, præcedenti titulo explicatum est. Cuius iuris obseruantiæ Iustinianus Imperator pleniorem authoritatem contribuit, nimirum, si pater literis edoctus sua manu in schedulam † voluntatem scri-
1 pserit, tempus ac diem in eadem expresserit, item nomina liberorum indicauerit, denique cuique liberorum suam
2 portionem assignauerit, rata † habetur patris contestatio in scriptis sine vllis testibus. *§. nos igitur. Authentic. de testament. imperfect.* vnde *authent. quod sine.* ibi notant Bald. Castrens. & Ias. *C. de testam.* Bart. *in l. si is qui. ff. eod.* Bald. *cons. 396. vol.*
4 Alex. *cons. 105. vol. 7. & cons. 4 eod. vol.*

3 Vnde colligitur † inprimis differentia inter *§. ex imperfecto. & auth. quod sine.* quod dispositio secundum *§. ex imperfecto.* valida habeatur, siue pater scribere possit, vel non possit, glos. Ias. & Castrens. *in d. §. ex imperfecto.* Contestatio vero secundũ
4 formulam, *auth. quod sine.* requirit † testatoris scripturam, qui si scribere nequeat, vel nesciat, ista formula pater vti non potest. *d. auth. quod sine.*

Secundo differt *§. ex imperfecto.* ab *auth. quod sine.* quod illius
5 formula expostulat † duos testes. gl. & Dd. *in §. ex imperfecto*

&

& Ioan. Dilect. *tit. 2. caut. 2. in fin. de arte testand.* estque communis Dd. suffragatio. *Auth. quod sine.* in scriptis vires habet inter liberos sine testibus, vt textus indicat.

Tertio differt *§. ex imperpecto.* ab *authent. quod sine.* quod formula *§. ex imperfecto.* extraneos † non admittit, & si quid illis 6
relinquitur liberis accrescit. gloss. Bart. Bald. & Ias. *in dict. §. ex imperfecto.* iidem Dd. *in l. vlt. C. famil. erciscun.* Corn. *cons. 118. vol. 3.* Cuman. *cons. 113. in fin.* in contestatione secũdum formulam *auth. quod sine* extraneis † legari & fideicommitti potest, si duo 7
testes interueniunt. Cõuenit tamen §. *ex imperfecto.* cum *auth. quod sine.* quod etiam scripturam admittat, & exinde *§. ex imperfecto.* in scripturam † voluntatem testatoris redactam, vi- 8
res ex *auth. quod sine.* acquirere posse, explicat erudite Corn. *cons. 118. in fin. vol. 3.* Etenim tota † solennitas *authent. quod sine.* 9
pendet à scriptura patris, quæ si non interuenerit contestatio nullius est momenti. Bald. Castrens. Ias. & Salyc. clare *in d. auth. quod sine.* Bald. *cons. 169. incipien. schedula. 169. vol. 2.* Castrens. *cons. 93. viso dicto. in 2. par.* ibidem scribit, sufficere ad contestationem, modo testator schedulam † subscripserit. Ias. *in d. au-* 10
then. in verb. sin autem. & secutus est Iul. Clarus *quæst. 13. vers. pono. de testam.* & Hartman. *tit. 5. de testament. lib. 2. pract. obs.* & Natta *in d. auth. n. 5.* dicit communem Dd. esse opinionem. Cui opinioni contextus *authent.* aduersatur describens formulam, quod schedula † manu testatoris scribi & cuilibet liberorum 11
portio assignari debeat. *§. nos igitur. auth. de testamen. imperfect.* à cuius formulæ obseruatione si discesserit pater, non scribens totam schedulam suæ contestationis, sed ab alio scriptam saltem subnotans est † absonans contestatio ab *auth. quod sine*. 12
d. §. nos igitur. quia solennitas † seu forma est de genere indi- 13
uiduorum. *l. furiorum.* ibi Accurs. & Dd. *C. qui testam. facer. poss.* copiose Bald. *in l. si plures. C. de condit. insert.* ideoque obseruatio formæ pro parte adimpleri nequit, Bald. *in d. l. si plures. n. 22.* sed totaliter † ad amussim in contestatione in scriptis est obser- 14

uanda. Pariſ. *conſ.61. num. 10. volum, 2.* Roland. à Valle *conſil.33. volum.3.*

Vnde intelligi poteſt, licet communi opinioni magna reuerentia debeatur: tamen tantæ æſtimationis nõ eſt cenſenda, vt claro textu iuris potior habeatur, quia contextus iuris à
15 quolibet adductus, poteſt ſuperare omnium peritorum † cateruas. *l.1. C. de veter. iure enuclean.* Iaſ. *in l. illa. C. de collat.* aitq; authoritate Dd. non vtendum, vbi lex loquitur.

Quibus proxime ſciẽdum eſt, quod huiuſmodi teſtamentum in ſcriptis inter liberos ratum habeatur, ſi portiones ita
16 inter liberos diſtributæ ſint, vt poſtea contentionibus † non maneat locus, *d. §. nos igitur. auth. de teſtam. imperf.* hoc eſt, vt æ-
17 qualitas inter liberos † ſeruetur, vel modicæ diſparitati ſit locus. *d. §. nos igitur.* quem ſcribit Molin. ad hoc notandum ad *conſ. Alexand.168. volum.5.* Socin. iun. *conſ.189. n.87. lib.2. & conſ. 24. n.9. vol.3.* Rom. *conſ.179.* ampliſſime Dd. Dec. *l.1. C. vnd. liber.* Tiraquell. *quæſt.4. num.4. in tractat. de priuig.* Ioann. Dilect. *tit.3. caut.1. de arte teſtand.* Couarru. *in c. Raynutius. §.1. num.3. de teſtam.* Menoch. *lib. 4. præſumpt. 10.* Eſt & huiuſmodi diſpoſitio, quæ
18 conficitur ſecundum formulam *auth. quod ſine.* voluntas † diuiſoria, ex qua patri ſucceditur ab inteſtato. Bald. *in authent. in verbo, ſecundo caſu.* ibidem & Salycet. *n.3. veriſimile ex præcedentibus, per l. vlt. in princ. C. famil. erciſc.* Vtiq; natura diuiſionis eſt,
19 vt † æqualitas inter liberos ſeruetur, vnicuique tribuatur ꝙ ſibi debetur, *l. vt liberis. l. illud. C. de collat. l. vlt. C. com. vtriuſq; iudic.*
20 Vnde intelligi poteſt, quod † per huiuſmodi diuiſionem patris ab inteſtato liberi aſtringi nequeant, quod portione legi-
21 timæ contentos eſſe oporteat, quæ ab inteſtato † non datur, ſed titulo inſtitutionis in teſtamento iure facto; *per auth. aliud quoq; vt cum de appellat. cogn.* Guid. Pap. *deciſ.425.* Iaſon & communiter Dd. *in auth. nouiſſima. C. de inoff. teſtam.*
22 Cæterum controuerſia de † manu teſtatoris ſi inciderit, probatio per duos teſtes recipitur, qui teſtari poſſint ſe præ-

ſentes

ſentes fuiſſe, & teſtatorem vidiſſe ſcribere. Bartol. Bald. Caſtrenſ.&Iaſon *in authent. quod ſine.* Alexand. *conſil. 74. volum.3. & conſ.4.conſ.114.num.3.volum.7.* Bald.*conſil.193.volum.4.* Quin-
etiam ad probandam † manum teſtatoris admitti poſſe in 23
huiuſmodi ſpecie comparationem literarum, ſcribit Alexan. *dict.conſil.114.volum.7.* & dilucide *dict. conſil.4. volum.7.* Bart. *in l.quem heredi.ff. de rebus dub.* & ſecutus eſt Hartmann. *titul.de teſtam.lib.2.*

Similiter duo teſtes requiruntur ad probanda † legata, 24
quæ vxori vel aliis in huiuſmodi patris ſcriptura relinquuntur, alias peti nequeunt. *dict. §.nos igitur. verſic.ſi tamen.* Bald. Alexand. Iaſon & Corn. *in authen.quod ſine.* Alexand. *conſilio 76. volum.3.* Ruin. *conſilio 1. num. 10. & conſil. 71. num. 12. lib.3.* argumento eſt, quod Authen. in fauorem liberorum eſt introdu-
cta, quibus ius naturale patris † ſucceſſionem defert. *l. cum ra-* 25
tio.ff.de bonis dam.l.ſcripta.ff.vnd lib. Qui fauor ſuccedendi in extraneis ceſſat, idcirco ſchedula illis nihil prodeſt, niſi duo-
rum teſtium probatio † accedat. Alexand. *conſil.114. volum.7.* 26
& dict.conſil.76. & Ruin. *conſil.1.* & clare Hieron. Schurff. *conſil. 28.centur.2.*

Quinetiam ipſis liberis nihil prodeſt ſchedula, ſi pater prętermiſerit in illa annotationem anni, menſis ac diei, ſche-
dula † probatione deficitur. textus *auth. quod ſine.* Boer. *deciſ.* 27
240.num.10. Alexand. *dict.conſ.76. volum. 3.* & Schurff. *dict. conſ. 28.cent.2.* Ratio eſt, ne quid falſitatis in cauſa temporis prætermiſſi in conteſtationem incidere queat, expreſſio temporis ac diei eſt neceſſaria. Quæ expreſſio eſt de ſubſtantia probatoria in conteſtatione in ſcriptis. Panormitan. *conſ.98. & arg.l.3.* ibi gl. *C.quemad.teſtament.aper.* apte *l.2.§.diem.ff.eodem.* & ſentit Iaſ. Bald. & Caſtrenſ. *in fin.auth.quod ſine.* Vtique for-
ma à legę requiſita ſi non fuerit † obſeruata, diſpoſitio in- 28
terpretationem recipere nequit, vt valeat ex forma, qua deficit. Alciatus *regul. 3. præſumption. 36. numero 6. l. ſi veritas.* ibi

ibi erudite Bald. *C. de fideicomm.* Bald. *in l. alia causa. num. 4. C. de his quib. vt indig.* Bald. *cons. 317. volum. 1. & cons. 285. volum. 3.* ibi-
29 dem affirmat, non sufficere voluntatem † testatoris esse veram, sed etiam solennitatem requiri, clare *in dict. leg. si veritas.* Corn. *cons. 18 vol. 2.*

30 Deinde etiam schedula manu patris † conscripta in arca vel apud fidelem amicum est deponenda in illum finem, vt inter liberos valere debeat. Iason *in auth. dict.* Bart. *in l. si ita scripsero. ff. de cond. & demonst.* Bart. clare *in l. quem heredi. ff de reb. dub.* & explicat Bald. *in l. captatorias. C. de testam. milit.* Nam si sche-
31 dula † in illum finem non reconditur, sed in aliqua parte domus relinquitur, habetur pro neglecta, prout alia scriptura, quæ ad testamentum faciendum paratur, ex qua nihil peti potest, nisi postea perfectionem receperit, text. *in l. ex ea scriptura. in princ. ff. de testam.* & explicat concinne Nicolaus Euerhard. *cons. 116.* & secutus est Gail. *obs. 112. num. 10. lib. 2. pract. obs.* & Hartman. *obs. 5. lib 2. practic. obser.*

32 Alias tamen schedula bene recondita non † requiritur inter liberos, quod fiat solennis publicatio, æque rata habetur schedula etiam ad piam causam. Bart. *in l. is qui. ff. de testamen.* Rom. *in auth. similiter. nu. 13. C. ad l. Falcid.* Alex. *cons. 114. vol. 7. & cons. 67. vol. 7.* & congessit Gabriel Roman. multorum Dd. authoritates *in suis com. opinionibus. de testament. conclus. 9.* & hanc sententiam secuti sunt Assessores in Camera Imperiali. Mynsing. *obs. 28. cent. 5.* & Menoch. *cons. 124. n. 67. vol. 3.*

De Præteritione Liberorum.

TITVLVS XVI.

SVMMARIA.

1 *Liberis si nihil relinquitur honorabili titulo institutionis, dicuntur præteriti & testamentum est nullum.*

2 *Præterire liberos proprie est nullam mentionem illorum instituendo vel exheredando facere.*

3 Præ-

3 *Præteritio liberorum tripliciter fieri potest.*

4 *Præteritio efficit, quod hodie nullo respectu sui vel emancipati testamentum nullitati subiicitur.*

5 *Præteritionis causa in testamento non inserta, neque præteritio, neque testamentum valet.*

6 *Differentia sui & emancipati quo ad successionem ab intestato est sublata.*

7 *Emancipatus suo habetur similis in iure succedendi ab intestato: habetur & similis quo ad ius dicendi nullum.*

8 *Filio præterito ex auth. ex causa. competit ius dicendi nullum, quo ad institutiones.*

9 *Nepos si instituatur præterito filio, testamentum non valet, quia nepos non præstat causam prætereundi filium.*

10 *Præteritio filii fit, quando inseritur in testamento, quod filius patri contumeliam vel iniuriam intulerit, ideo filio nihil relinqui, vel rem aliquam legari.*

11 *Iure prætorio datur bonorum possessio contra tabulas filio emancipato.*

12 *Paria sunt esse præteritum, vel non rite exheredatum.*

13 *Liberi sui olim quolibet casu præteriti etiam hodie testamentum nullum dicere possunt.*

14 *Parentibus hodie non licet nisi meritis & iustis de causis liberos præterire, nullo respectu emancipationis vel suitatis.*

15 *Liberi emancipati & sui pariter bonorum possessionem contra tabulas petere possunt.*

16 *Hodie eodem iure datur bonorum possessio, quo ius dicendi nullum.*

17 *Bonorum possessio idem ius tribuit præterito, quod ius dicendi nullum.*

18 *Bonorum possessioni quatenus locus est contra tabulas, nemo secundum tabulas admittitur.*

19 *Filius præteritus dicitur, largissima præteritione, si illi aliquid re-*

linquitur, non tamen titulo institutionis, testamentum patris corruit.

20 *Filius inutiliter institutus pro præterito habetur.*

21 *Filio si vltra legitimam legatum est, nihilominus pro præterito habetur, si nihil titulo institutionis est illi adsignatum, testamentum pro irrito habetur.*

22 *Testamentum, in quo filius est præteritus, non sustinetur ad piam causam.*

23 *Filius præteritus non potest in damnum suorum fratrum in minoribus portionibus institutorum testamentum patris approbare.*

24 *Vno filio præterito aliis est aperta via dicendi nullum.*

25 *Lex ipsa propter præteritionem vnius fratris testamentum pro nullo habet.*

26 *Præteritus ius fratribus auferre non debet, quod per mortem patris eis est acquisitum.*

27 *Filius sua approbatione efficere potest, vt excludatur à iure dicendi nullum.*

28 *Filius præteritus si ignoranter approbauit testamentum non nocet illi approbatio, si postea intelligat testamentum iure esse inualidum.*

29 *Ius dicendi nullum vsque ad 30 annos durat.*

IVre naturali & diuino comparatum est, quod honorabili titulo heredis parentum successio liberis debeatur, iuxta illud Apostoli: *Si filius ergo heres.* Qua ratione parentes in suis elogiis illo titulo priuare nequeunt liberos, nisi suam contestationem inutilem habendam esse velint, vtpote liberis in nul-
1 la re titulo institutionis honoratis, censentur† esse præteriti, & per consequens testamentum est nullum, *Institut. in princip. de exheredat. liberorum.* vbi habetur liberis præteritis, quod ab initio testamentum sit nullum. *l. 1. ff. de iniust. testament. l. inter cætera. ff. de liber. & posthum. Authent. non licet. C. de liber. præterit. l. nam*

l.nam & his. §.huius. ff.de inoffic. testament. l.filio præterito.ff. de iniusto testamento. & scribit Bald. quod proprie † sit præterire li- 2
beros, nullam mentionem illorum instituendo vel exheredando facere.*in l.cum quidam.ff.de liber. & posthum.* & gl. notabilis *in auth.non licet.C.de liber.præterit.*

Præteritio liberorum autem tripliciter † fieri potest. Pri- 3
mo, quando nulla mentio liberorum in testamento habetur, dicuntur præteriti & testamentum censetur esse iniustum. *l.si quis filio. §.sed si pater.ff. de iniust. testament.* Et † præteritio 4
efficit, quod nullo respectu sui vel emancipati hodie testamentum nullitati subiicitur.*authent.ex causa. C.de liber.præterit. §.aliud quoque. authen.vt cum de appellat. cognos.l.omnimodo. §.si vero. Cod.de inoffic. testament.* gloss. ab omnibus Dd. recepta *in §.exheredatos.in verbo noluit,authent.de hered. & Falcid.* est communis Dd.suffragatio.Castrens.*in l.si filius.ff.de liber.& posthum.* & ait gloss.*in dict.authent.non licet.* causa præteritionis non inserta,quod † neque præteritio neque testamentum valeat:& 5
Faber *§.cum igitur.num.8. Instit.de bonorum possess.* scribit, quod emancipatus sine causa præteritus ab intestato succedat, erudite & Couarruu.*in cap.Raynutius.in princip.num.5. de testam.* dicit communem esse opinionem, estque ratio in emancipato,quod hodie differentia sui & emancipati,quo ad † succes- 6
sionem ab intestato est sublata. *authen. in successione. Cod. de suis & legit.hered.* Vtique emancipatus suo habetur similis in † iure 7
succedendi ab intestato,habetur & similis quo ad ius dicendi nullum.*per dict. §.aliud quoque.& authen.non licet.* quæ indistincte loquitur.Bart.Bald.& Castrens.*in l.si proponas. C.de inoff. testament.* Dd. *in authent. ex causa. Cod.de liber.præterit.* ibi dicitur, quod testamentum liberis præteritis quantum ad institutiones irritum habeatur, cætera firma manere. Vnde cum ex ipsa constitutione iuris filio præterito competat † ius dicen- 8
di nullum, ab illo remoueri non potest, etiamsi nepos ab auo instituatur, & filius prætereatur: testamentum

viribus destituitur, *d. auth. ex causa. & auth. non licet.* argumento est, quod filius in gradu procedit *l. posthumorum. ff. de iniust. te-*
9 *stam.* Quo euenit, quod † nulla iuris ratio patitur, nepotis institutionem præstare causam prætereundi vel exheredandi filium. Castrens. *cons. 18. part. 3. per gloss. in l. Gallus. in princ.* ibi & Bald. & Ang. *in §. in omnibus. ff. de liber. & posthum.* est comm. opinio. Guid. Pap. *decis. 426. & decis. 596. in fin.* & Boer. *decis. 26.*

Secundo fit præteritio filii, quando eius mentio in testamento habetur, sed aliqua causa inseritur, propter quam ei
10 nihil relinquatur, veluti si dictum sit, quod filius † patri contumeliã, iniuriam intulerit, vel verberauerit vel talia fecerit, ideoq; illi nihil relinqui, vel saltem talis res legatur, tũc filius cum causa censetur esse præteritus, & per consequens mero iure testamentum quantum ad emancipatum præteritum
11 valere Dd. opinantur, sed iure prætorio † illi dari bonorum possessionem contra tabulas testamenti, secuti olim *l. 1. l. non putauit. ff. de bonor poss. contra tab. l. si proponas.* ibi Bald. & Castren. *ff. de inoffic. testam.* Bart. *in l. 1. ff. si quis à patre manum. fuerit.* Bartol. *in auth. ex causa. n. 17.* & Castrens. *7. C. de liber. præterit.* Bald. *consil. 11. vol. 1.* & est communis conclusio. Cuius iuris obseruantia etiam olim sibi vendicabat locum, quando emancipatus non rite erat exheredatus, dabatur ei iure prætorio bonorum possessio contra tabulas testamẽti, haud secus ac si esset præteri-
12 tus, quia † paria sunt esse præteritum, vel non rite exheredatum. *l. non putauit. §. non quauis. ff. de bonor. poss. contra tab. l. 2. ff. de inoff. testament. l. quod dicitur. §. vlt. l. posthumus. in fin. ff. de liber. & posthum.* Verum sui quolibet casu præteriti, vt ab initio habe-
13 batur olim testamentum † nullum: sic etiam hodie ipsi dicere possunt nullum. *l. 1. ff. de iniusto rupt. testam. Instit. in princ. de exhered. liberor.*

Quod hodie iuris incunctabilis est, parentibus non licere
14 nisi meritis † & iustis de causis præterire vel exheredare liberos *auth. non licet.* ibi Dd. *C. de liber. præterit.* Vtiq; quod iure non

licet

licet nullius est operationis. *l. non dubium.* ibi Iason & scribentes. *C. de legib. & auth. ex causa.* quæ loquitur indistincte nullo respectu sui & emancipati, vtroque præterito est locus succedendi abintestato. Gozad. *cons. 87. arg. l. filius qui. ff. si quis omiss. caus. testam. & l. vlt. ff. de liber & posthum.* & Bald. *cons. 393. volum. 2. & consil. 410. volum. 4.* Bartol. & Bald. *in l. filio præterito. ff. de iniust. testam.*

Quin etiam non solum iure ciuili competit suo & † emancipato ius dicendi nullum, sed etiam iure prætorio vterque bonorum possessionem contra tabulas petere possunt. *§. eadem hæc. Institut. de hered. quæ ab intestat. defer. l. 1. §. pater. ff. de collat. §. suus autem. Instit. de bonor. poss.* Dd. *in l. posthumo. C. contra tab.* & Dd. *in d. auth. ex causa.* Corn. *cons. 84. volum. 4.* Oldrad. *cons. 171.* Vnde stabilitur communis Dd. suffragatio, quod hodie eodẽ iure datur bonorum possessio, quo ius dicendi † nullum. Baldus *in auth. ex causa. num. 19.* Bart. Alexand. & copiose Iason *in d. l. posthumo. C. de bonor. poss. contra tab.* & per consequens bonorum possessio idem ius † tribuit filio præterito, quod ius dicendi nullum. *l. non putauit. §. prætori. l. 1. l. illud. ff. de bonor. possess.* Et quatenus bonorum † possessioni contra tabulas veniendi est locus, nemo secundum tabulas admittitur. *l. 2. in princip. ff. de bonor. possess. secundum tabul. §. 1. Instit. de bonor. possess.* Bart. *cons. 11. lib. 1.* 15 16 17 18

Tertio præteritio fit largissime sumpta, quando † legatum vel aliquid filio relinquitur non titulo institutionis, habetur filius pro præterito, quasi mentione eius sine vllo relicto facta, & testamentum patris respectu præteritionis filii corruit. *§. aliud quoque. auth. vt cum de appellat. cog.* Bald. & Castrens. *in l. inter cætera. ff. de lib. & posthum.* Corn. erudite *cons. 90. vol. 1.* scribit in hoc *l. omnimodo. C. de inoff. testam.* esse correctam. Ioann. Dilectus. *caut. 1. tit. 3. de arte testand.* & Iul. Clar. *q. 8. de testam.* estque communis Dd. conclusio. Quinetiam filius † inutiliter institutus habetur pro præterito, secundum omnes Dd. prædictos. 19 20

dictos. Nec ad rem facit, quod filius præteritus titulo legati vel alterius donationis vltra legitimã cõsequi potest, nihilo-
21 minus habetur pro præterito, quum ei † nihil titulo institutionis est relictum, testamentum est irritum, *dict. §. aliud quoque.* & facit textus *in l. ita tamen. §. rogatus. ff. ad Trebellian.* Corn. *dict. consil. 90.* & est communis conclusio Dd. idem Clar. *quæst. 38.* Bald. *in l. quoties. C. de hered. institut.* & scribit Bald. quod testa-
22 mentum, in quo filius est † præteritus, non sustineatur ad piam causam. *l. 1. num. 144. C. de sacrosanct. eccles.* Guilhelm. Benedict. Panorm. & Couarr. *in c. Raynutius. de testam.* & Dd. *in auth. nouissima. C. de inoff. testam.*

Vtique præteritio filii tantopere testamentum nullum fa-
23 cit, vt præteritus in damnum & detrimentum † aliorum fratrum in minoribus portionibus institutorum testamentum approbare non possit, quin aliis fratribus supersit ius dicendi nullum. Boer. *decis. 66.* & Roman. *consil. 24.* Baldus *consil. 174. vo-*
24 *lum. 3.* scribit, quod vno filio præterito, aliis sit aperta † via dicendi nullum. & Bald. *in l. si pater. Cod. de institut. & substitut.* ait, quod filius præteritus in suum fauorem testamentum patris approbare potest, non in præiudicium & damnum aliorum fratrum, argumento est, quod lex ipsa propter præteritio-
25 nem vnius fratris † testamentum pro nullo habet. *d. auth. non licet. & l. inter cætera.* ibi Dd. *ff. de liber. præterit.* & legaliter Boer.
26 *decis. 96.* potest & esse ratio, ius † quod per mortem & fatum patris est fratribus acquisitum, præteritus sua approbatione eis auferre non debet, quibus & contra tabulas bonorum possessio competit, vt habet communis Dd. conclusio *in l. post mortem. §. vlt. ff. de bonorum possess. contra tabul. & l. si filius qui mansit. ff. si quis omiss. causa testamen.* pulchre Bald. *in l. vlt. ff. de iniust. testam.* Rom. *d. cons. 24.*

27 Et licet præteritus sua approbatione † efficere possit, vt excludatur à iure dicendi nullum, gloss. & Bartol. *in l. si quando. §. vltim. C. de inoff. testament.* & Dd. *in d. l. posthumo. C. de bonor. possess.*

possess.contra tabulas.Boer.*decis.69*.tamen † si ignoranter approbauit, & postea intelligat, testamentum iure inualidum esse, non obstat ei sua approbatio, quin contrauenire queat. Bald. *in l.Papinianus.§.illud.ff.de inoff.testam*. Bald. *in l.postquam.ff.de petit.heredit.l.post legatum.* ibi gloss. & Bartol.*ff.de his.quib.vt indig.* Castrens.*in l.non dubium.* ibi & Iason *C. de testament.* Bald. *cons. trecentesimo quinquagesimo sexto. numer. 3. volum. 5.* Corn. *consilio 137.vol.2.* 28

Quibus confine scire est, quod ius dicendi nullum à morte testatoris sumit initium, à quo tempore immiscendi & adeundi † vsque ad triginta annos durat. gloss. Bartol. Bald. Castrens. & Iason *in l. licet. C. de iure deliberand.* & scribit Philip. Port. communem esse opinionem, *lib.3.conclus.35.in tract.commun.opin.* quam (non attenta contraria opinione) Assessores in Camera Imperiali secuti sunt. Ratio est, quod adire hereditatem est ius & non facultas facti. Alexand. *in l.quam diu.ff.de acquirend.hered.* 29

De Exheredatione Liberorum.

Titvlvs XVII.

SVMMARIA.

1 *Patria potestas apud Romanos est introducta tribuens patri in liberos vitæ necisq. potestatem exercendi.*

2 *Patria potestas apud Romanos inæstimabilis habetur.*

3 *Apud Romanos cum liberos necare liceat, multo magis exheredare illos sine causa licuit.*

4 *Parentibus inhibitum est contra votum naturæ liberos suos exheredare.*

5 *Causæ 14. constitutæ sunt propter quas liberos licet exheredare.*

6 *Filius*

6 *Filius si ingratitudinem erga patrem commiserit, potest à patre exheredari.*

7 *Ex exheredatione ritè facta voluntas testatoris stabilis habetur, ex præteritione voluntas infirmatur.*

8 *Exheredatio nihil est aliud, quam exclusio ab hereditate patris.*

9 *Exheredatio potest tripliciter fieri.*

10 *Exheredatio simpliciter fieri dicitur, quando nulla causa in testamento inserta, pater filium exheredat.*

11 *Olim testamentum patris ratum habebatur, etiamsi exheredatio simpliciter facta erat, & dabatur liberis querela inoffic. testamenti.*

12 *Hodie non licet nisi meritis & iustis de causis liberos exheredare.*

13 *Hodie si liberi sine iustis de causis exheredantur querela non est opus, quia testamentum iure nullum est.*

14 *Filio sine iusta causa exheredato, semper testamentum nullum est.*

15 *Matris testamentum nullum sicut & patris est, si filius sine causa exheredatur vel præteritur.*

16 *Testamentum per ius dicendi nullum, vel veniendo contra tabulas euertitur.*

17 *Causæ insertio est hodie de substantia exheredationis.*

18 *Forma exheredationis non obseruata per se corruit testamentum, vt querela inoffic. non sit opus.*

19 *Filio portione aliqua relicta, quæ ad institutionem referri potest, non præsumitur quod sit ingratus, idcirco ius supplementi habet.*

20 *Pater si filium ex legitima causa exheredat, quam filius veram esse negat, datur illi vltimum remedium, scilicet querelæ inofficios. testamenti.*

21 *Querelæ inofficiosi testamenti locus est duobus concurrentibus. Primo quod testamentum valeat: secundo vt ex testamento hereditas adeatur.*

22 *Testa-*

22 *Testamentum si inualidum est querela non est opus.*

23 *Heres, si ex testamento hereditatem non adierit, conueniri nequit.*

24 *Destructo antecedenti, in quo stat ratio consequentis, neque consequens consistere potest.*

25 *Quæstio, quamdiu de nullitate testamenti tractatur, tam diu etiam cessat querela inofficiosi.*

26 *Quod dilatum non est repudiari nequit.*

27 *Disputatione pendente de viribus testamenti, bonorum possessionis petendæ tempus non currit.*

28 *Agens ex causa nullitatis contra testamentum si succumbit, nihilominus ad querelam redire potest.*

29 *Agens iterate ex vna eademque scriptura non est audiendus.*

30 *Pater tenetur causam ingratitudinis in specie in testamento inserere, in genere non sufficit exprimere.*

31 *Exheredatio si non rite fit, filius dicitur esse præteritus & testamentum est nullum.*

32 *Causæ insertio non sola sufficit, sed requiritur quod sit vera, & ab herede probandum est, filium causam ingratitudinis commisisse.*

33 *Causam ingratitudinis si nominatim heres non probauerit, testamentum per querelam rescinditur, & successioni ab intestato fit locus.*

34 *Ingratitudo sine causa probata non nocet filio.*

35 *Causa ab herede vera probata exheredatus manet exclusus.*

36 *Causa ingratitudinis est si filius patri violentas manus intulerit.*

37 *Filia si ante 25. annum luxuriosam vitam elegerit potest pater illam exheredare.*

38 *Filia si contra honestatem maritum vilem & indignum acceperit, pater non tenetur illam dotare, potest & illam exheredare.*

39 *Filia si saltem carnaliter se cum aliquo miscuerit nō committit causam exheredationis.*

40 *Filio non nocet exheredatio, si patri se reconciliauit.*

41 *Causa exheredationis aboletur pœnitentia.*

42 *Filius quando in gratiam patris redierit non potest amplius exheredari.*

43 *Filius si ad communem mensam & victum à patre fuit admissus, præsumitur quod sit patri reconciliatus.*

44 *Filius si in patris testamentum consensit à querela excluditur.*

45 *Filius si seipsum exheredem scripserit contra testamentum patris venire nequit.*

46 *Filius ad supplementum legitimæ vsque ad 30. annos agere potest.*

IVre Quirito, id est, lege Romuli patria potestas apud Romanos est introducta, tribuensque patri in liberos poten-
1 tiam vitæ necisque † exercendi *l. in suis. ff. de lib. & posth. l. vlt. C. de patria potest.* cuius iuris obseruantia postea in leges 12. tabu-
2 larum relata est, ita vt apud Romanos patria potestas † inæstimabilis esse censeatur. *l. si filiusfam. §. si liberos. ff. de leg. 1.* Vnde eueniebat, quos licuit necare, multo magis licuit illos sine
3 vlla causa † exheredare, idque paucis verbis, veluti filius exheres esto. *l. 2. l. filii. l. Titius. & per totum ff. de liber. & posth.* Verum ista iuris definitio postea ex Imperatorum constitutionibus multo meliorem & æquiorem interpretationem & reformationem recepit, vtpote quod parentibus inhibitũ sit, ne con-
4 tra votũ naturæ † liberos suos exheredent, certæ causæ constitutæ sunt, ob quas liberi à parentibus exheredari possint, enumerantur *in auth. vt cum de appell. cogn. §. aliud quoq;*, quas eleganter explanauit Didac. Couar. & ante ipsum Iason *in auth. non licet. C. de liber. præter.* Causæ sequentibus versibus comprehenduntur:

5 *Bis septem † ex causis exheres filius esto,*
Si patrem feriat, vel maledicat ei,
Carcere detrusum si negligat, ac furiosum
Criminis accusat, aut parat insidias,

Si de-

Si dederit damnum graue, nec hoste redemit,
Testariue vetat, si sociatur malis
Si prauos sequitur, vel amat genitricis amicam,
Non orthodoxus, si filia meretrix.

Ex quibus causis si vnam aut plures aduersus patrem † filius 6
vel filia commiserit, patri permissum est illos exheredare. *d. §. aliud quoq.* ibi Dd. Est & differentia inter exheredationem & præteritionem, quia ex exheredatione rite facta voluntas testatoris † stabilis habetur, præteritione volũtas seu testamen- 7
tum infirmatur, quia est actus illicitus, *d. auth. non licet. C. de lib. prater. l. 1. ff. de iniust. testam.* Bart. Bald. & Ias. *in l. filio praterito. d. titul.* & q; iure non licet nullius est operationis. *d. auth. non licet.*

Cæterum estque exheredatio nihil aliud † quam exclusio 8
ab hereditate, quia exheredare est priuare filium patris hereditate. Bart. *in l. 1. §. filius. ff. de liber. & posthum.* Bart. dilucide *in l. 1. in princip. ff. si quis à parent. manum. fuerit.* Ias. *in l. 1. num. 10. ff. de liber. & posthum.* poteſtque etiam † exheredatio tripliciter fie- 9
ri, vt scribit Bartol. *in l. filio præterito. numer. 5. ff. de iniust. testament. & in auth. ex causa. n. 3. C. de liber. præterit.*

Primo exheredatio simpliciter fieri dicitur, quãdo † nulla 10
causa in testamento inserta pater filium exheredat. *l. 1. & 2. & per totum ff. de liber. & posthum.* & ratum erat olim testamentũ patris, sed liberis dabatur ad illud euertendum, remedium querelæ † inofficiosi testamenti, quasi pater omni naturali 11
charitate neglecta non sana mente testatus fuerit, quod contra votum naturæ inique liberos exheredauerit. *l. 2. l. nam etsi. ff. de inoff. testam. l. nec fideicommissa. ff. de leg. 3.* Bald. pulchre *consil. 393. ad euidentiam. vol. 2.* Quinetiam ius prętoriũ exheredatione liberos rite notatos ad querelam inofficiosi testamenti remittebat. *l. non putauit. in princ. & l. si post. §. exheredati. ff. de bonor. poss. cont. tab.* Cuius iuris obseruãtia hodie cessat, q̃ à Iustiniano Imperat. religiosissimo in ius longe p̃stantius & melius est reformata, scil. q; parentibus hodie vtriusque sexus non liceat,

12 nisi † meritis & iustis de causis exheredare liberos, quibus à liberis non commissis, si à parentibus sine causa exhereden-
13 tur, hodie querela inofficiosi testamenti † non est opus, sed patris testamentum ipso iure est nullum. *d. §. aliud quoq. §. seq. auth. vt cum de appell. cog. auth. non licet. C. de liber. præter.* Bart. Bald. & Iason *in l. filio præterito. ff. de iniust. testament. gl. ff. magistralis in §. exheredatos. auth. de heredib. & Falcid.* quod semper sit testa-
14 mentum nullum, filio præterito † vel sine iusta causa exheredato. Dd. *in auth. ex causa. C. de liber. præterit.* & Dd. *in auth. nouissima. C. de inoffic. testam.* Oldrad. *cons. 40.* Bald. *cons. 393. vol. 2.* & est communis sententia Doctorum.

Quinetiã licet matris tacita præteritio, cum suos heredes non habet, olim haberetur pro exheredatione. *§. mater.* ibi gl. & Dd. *Institut. de exheredat. liber. l. cum filium. C. de inoffic. testamen.*
15 Tamen hodie si filius sine † expressione iustæ causæ à matre prætereatur vel exheredetur, testamentum matris non minus nullum est, quam patris. Alexand. *cons. 89. num. 6. volum. 2.* Castrens. *in l. qui cum plures. nu. 3. ff. de vulg. & pupill.* estque communis Dd. opinio, legaliter Bald. *consil. 179. volum. 1. per §. aliud quoque.*

Secundo dici potest, exheredationem fieri, quãdo aliqua causa in testamento inseritur, quæ primo aspectu minus legitima apparet, ita vt videatur à legis authoritate non recipienda, habetur quasi non sit inserta, ideoq; huiusmodi exheredatione
16 tione non obstante, testamentum vel per ius dicendi † nullũ, vel veniendo contra tabulas euertitur. Imol. *in l. 1. n. 6. ff. de testam. & in l. filio præterito. num. 3.* ibi & alii *ff. de iniust. testament.* & secutus est Iulius Clarus *quæst. 40. de testament.* Vtique insertio
17 causæ legitimæ † est hodie de substantia exheredationis, qua prætermissa testamentum in substantialibus deficit. Bart. *in dict. l. filio præterito. num. 18. & §. aliud quoque. auth. vt cum de appellat. cognos.* Castrens. *in l. si filius. C. de liber. præter.* & per consequens neque hoc casu querela est opus, cum testamentum non

non seruata forma † exheredationis per se corruat. *dict. auth.* 18
& §. aliud quoq.

Quinetiam querela inofficiosi cessat, si pater filium exheredat simulac aliquam portionem illi relinquat, quæ ad titulum institutionis referri potest, non † præsumitur quod filius 19
à patre habeatur ingratus: ideo ius supplementi sibi vendicat locum. Castrens. *in l. omnimodo. n. 6. & 7.* ibidem Cyn. Bald. Faber & Iason *C. de inoff. testam.* & iste videtur verus sensus *dict. l. omnimodo.* & probatur *per l. si quis filium. C. eod.* Sin vero relicta portio institutionis titulo non est conueniens, neque causa exheredationis consistit, iuri dicendi nullum manet locus.

Tertio fit exheredatio quando pater in testamento caussam vel causas ingratitudinis à filio commissas nominatim inseruit, quæ primo aspectu legitimæ apparent, & illas causas vel causam licet filius exheredatus neget esse veram, nihilominus testamentum suis viribus consistit, neque iuri dicendi nullum, neque viæ contra tabulas petendi bonorum possessionem ratio habetur, sed datur † filio exheredato vltimum 20
remedium, scilicet querela inofficiosi testamenti ad euertendum elogium patris, idque duobus † concurrentibus. Primũ 21
quod testamentum sit validum: secundum vt ex testamento hereditas adeatur. *§. tam autem. Instit. de inoffic. testament. l. Papinianus. §. conditioni. ff. de inoff. testam. l. scimus. §. illud. C. eodem. l. non putauit. in princ. l. post mortem. §. exheredati. ff. de bonor. poss. contra tabul.* & in vtroque casu militat iuris ratio, prima scilicet, si testamentum inualidum † est, querela non est opus, neque fi- 22
lius exheredatus aditionem heredis expectare tenetur. Bald. clare *cons. 18. incip. & allegatio. volum. 5.* Secunda si scriptus heres ex testamento hereditatem † non adeat, conueniri ne- 23
quit. *dict. l. Papinianus. §. si conditioni,* Iason *in auth. ex causa. num. 17. C. de liber. præter.* & Iason *in l. cum mota. num. 15. C. de transact.* ait, hereditate ex testamento non adita quod querelæ inofficisi non sit locus. *l. filium. §. sed cum. ff. de bonor. possess. contra tabul.*

Vtique destructo vel non consistente antecedēti, in quo stat
24 ratio † consequentis, neq; consequens consistere potest. *l.2.§. mutui datio.* ibi & gl. *ff. si cert. pet. l. apud antiquos, C. de furt.* Bart. & Bald. *in l. non videtur. C. de restit. in integrum.*

25 Vnde etiam intelligi potest, quam diu tractatur † quæstio de nullitate testamenti, tam diu etiā cessare querelam inoffi-
26 ciosi, quia † quod dilatum non est repudiari nequit. *l. si ita scriptum. § sub conditione. ff. de leg. 2. l. qui superstites. l. is potest. ff. de acquir. hered. l. qui potest. ff. de reg. iur.* Pari ratione pendente dispu-
27 tatione de viribus testamenti tempus † bonorum possessionis petendæ non cedit. Bald. *cons. 342. vol. 2. & cons. 317. d. volum. 2. l. 1. ff. de success. edict.* Castrens. *in rubric. C. qui admit. ad bonor. poss.* Nam instituens actionem ius suum & successionem agnouisse satis intelligitur.

28 Quo euenit, quod agens ex causa † nullitatis contra testamentum, etsi succumbat, nihilominus ad querelam ex hoc tempore incipiētem redire potest, per regulam, quod electio remedii incompetentis non præiudicet remedio competēti. *l. mater decedens. ff. de inoff. testam. l. Clodius. ff. de acquir. hered.* clare Bald. *cons. 457. volum. 3.* ibi scribit, quando agens ab intestato succumbit, scilicet probato testamento, ipsum competenti via iterate agere posse, *per d. l. Clodius. & per l. habebat. ff. de instit. action.* Scite Raph. Cum. *cons. 95.* quod procedere potest, si agēs de iure disputat & ei aliquid debetur, alias secus est, vti etiam
29 si quis ex scriptura agere † velit iterate non auditur. *l. vlt. C. de codicill.*

Porro cum insertio causæ hodie est de substantia exheredationis, Bart. *in l. filio præterito. ff. de iniust. testamen.* non sufficit, quod pater filium ingratum vel inobedientem in genere appellat, sed tenetur nominatim causam ingratitudinis exprimere & in testamento inserere, propter quam filium vel filiam exheredet, quæ causæ nominatio ad essentiam testamenti pro forma adeo requiritur, vt non sufficiat quod filius

in

in genere † probetur ingratus, nisi in specie probetur causam 30
ingratitudinis à filio in specie esse commissam, ita Bart. Bald. Fulgos. & alii *in auth. non licet. C. de liber. præterit. per §. aliud quoq. §. causas. auth. ut cum de appellat. cog.* gloss. *in l. 3. §. ante heredis. ff. de liber. & posthum.* Corn. *cons. 96. volum. 1.* dicit communem opinionem, quod sine expressione causæ nominatim testamentum non valeat. Paris. *cons. 1. num. 136. volum. 1.* Iason clare reprehendens Angel. *in l. arenam. C. de inoff. testam.* Bald. *consil. 89. volum. 5.* scribit, si exheredatio non † rite fit, quod filius dica- 31
tur præteritus, & testamentum esse nullum, & Dd. *in l. filio præterito, ff. de iniusto testament.* & sequuntur omnes neoterici. Couarru. *in cap. Raynutius. in princip. num. 7. de testam.* dicit comm. Ioan. Dilect. *tit. 3. caut. 11. in tract. de art. testand.* Iulius Clar. *q. 40. de testam.* Ferdinan. Vasq. *lib. 2. §. 20. requisito 29. n. 147. in tr. de success. progress.* & Francisc. Mantic. *lib. 4. tit. 11. n. 37. de coniect. ultim. volunt.* & alii.

Quibus proxime sciendum est, q; non sufficiat sola insertio causæ in testamento, sed † etiam requiratur quod causa sit ve- 32
ra, quæ nō præsumitur esse vera, nisi probatio accesserit. Qua ratione si filius exheredatus negat causam esse veram, heres adstringitur probationi, exheredatum causam ingratitudinis erga patrem commisisse. *d. §. aliud quoq. & §. sive igitur. in verb. monstrauerit.* & ita isti duo §§. sunt coniungendi. Fulg. & Dd. *in auth. ex causa. C. de lib. præter.* & Dd. *in l. omnimodo. C. de inoff. testamen.* & est cōm. Dd. conclusio. gl. & Bald. *in l. nā & his. §. huius. ff. eod.* In qua probatione si heres defecerit, vtpote causa nominatim non ꝓbata, filium erga parentem ingratitudinem commisisse, testamētum † per querelam inofficiosi rescindi- 33
tur, & res redit ad exitū intestati. *d. §. aliud quoq. & §. sive igitur. l. maximum vitium.* ibi Bartol. & Bald. *C. de liber. præterit.* Bart. *in dict. l. nam & his. §. huius. ff. de inoff. testam.* Nec quicquam nocet filio ingratitudo sine † causa probata, æque testamentum re- 34
scinditur, *per dict. l. omnimodo. versic. cum eos. versic. nam si nullum.*

estque

Zaſius *in § fuerat.num.33.Inſtit.de act.* Bald.*in l.1.ff.ſolut.matrim.* etiam ſecundum quoſdam poteſt filia talem vitam agens à patre exheredari.*arg.l.3.§.ſi filia voluit.*Bart.*in l.libertum.C.de nuptiis.*Bald.*in l.ſi pater.C.de ſponſalib.* Pariſ. *conſil.19. vol.3.* Gail. *obſ.95.vol.2.*

Secus eſt ſi filia ſaltem carnaliter cum aliquo ſe miſcuerit, non † committit cauſam exheredationis, niſi turpiter cum 39
fœditate vitam duxerit.*d.l.ſi filiam.*

Si filius vel filia patri ſe reconciliauit,non nocet ei exheredatio,vel ſi pater per pactum † filio remiſerit cauſam ingrati- 40
tudinis,non poteſt amplius exheredari. Iaſon.*in auth.non licet.num.3.C.de liber.prater.*Iaſon *in l.vlt.num.17.C. de pact. & in l.ius ciuile.ff.de iuſtit.& iure.*Hippolyt.*in rubric.num.26.Cod.de fideiuſſ.* Bart. *in l.pactum. C.de pact.* & Emanuel Soaretz *in verb. exheredationis.*ait,quod † pœnitentia aboleantur cauſæ exhereda- 41
tionis.*in ſuis commun.opinion.*

Idem dicendum erit,quando ante exheredationem filius cauſam ingratitudinis commiſerit, & in gratiam † patris re- 42
dierit:tunc non poteſt ſequi exheredatio, cum pater tacite delictum ingratitudinis filio condonauerit *l.in ipſius.C.fam.erciſ.l.Lucius Titius.§.Lucius.iuncta gl.ff.de leg.2.*& erudite Couar. *in cap.Raynutius.in princ.num.24. de teſtam.l.3.iuncta l.ſeq.* Iaſ.*in l.filio quem pater.num.4.ff.de liber.& poſthum.*& Alex.*conſ.159.num.11. volum.7.* ibi ſcribit, filius, qui cauſam ingratitudinis erga patrem commiſit, ſi fuerit in gratiam patris receptus, vt ad communem menſam & victum fuerit admiſſus, ex † cohabi 43
tatione & communi cõuictu præſumitur reconciliatio & remiſſio ingratitudinis facta.*argum.l.in ipſius.C.famil.erciſcund.l.3.§.vlt.& ſeq.*ibi Bartol.*ff.de adimend.leg.* & tradit Ioann. Dilect. *caut.17.num.3.titul.de liber.hered.inſtituend.*& ſecutus eſt Mantica *lib.4.in fin.de coniectur. vltim. volunt.* & Alexand.*conſ.159.nu.11.vol.7.*

Item ſi filius exheredationi conſentit in patris teſtamento

44 tacite vel expresse † à querela excluditur, per text. *in l. parentib. C. de inoff. testam. l. si proponas. §. hereditatem. ff. eodem.* & ponit Petrus Duennas *pro regul. 349.* ibidem & limitat. Exempli cau-
45 sa, si filius seipsum exheredem scripserit, † postea contra testamentum patris venire nequit. *l. non putauit. §. si quis. ff. de bonor. poss. contra tab. l. quaeritur. ff. de bonis libert. l. ne quis. C. de curat. l. penul. ff. de inoff. testam.* Cuius iuris definitio cessat, quando fi-
46 lius postea † agat ad supplementum legitimae, non obstat illi quod inditium patris approbauit, aeque potest vsque ad 30. annos supplementum petere. (nisi alia ratio obstet.) *l. si quando. §. generaliter.* ibi Bald. & Salycet. *C. de inoff. testam.* Duar. *in d. reg. 343. in fin.* & Bald. *cons. 50. n. 3. & cons. 23. vol. 4.* & concludunt communiter Dd. contra Bartol. quod petitio ad supplementum legitimae durat vsque ad 30. annos. Bald. Castrens. & Salycet. *in l. si quis filium. C. de inoff. testam.* reddunt rationem Dd. quod legitimae supplementum sit fauorabile, querela vero odiosa, quae ab adita hereditate saltem quinquennio durat. *d. l. si quis filium.* & supra dictam opinionem secuti sunt Assessores in Camera Imperiali. Mynl. *obs. 72. cent. 2.* est communis opinio. Alexand. *cons. 128. volum. 2. & cons. 264. volum. 1.* Gozad. *cons. 56. nu. 7.* Corn. *cons. 92. in fin. volum. 2.*

LIBER

LIBER SECVNDVS, DE INSTITVTIONE ET EXHEREDATIONE PARENTVM.

TITVLVS I.

SVMMARIA.

1 *Inter parentes & liberos sunt correlatiua.*

2 *Ius, quod in liberis dispositum est, & in parentibus dispositum esse debet.*

3 *Liberi tenentur parentibus idem ius tribuere, cuius & ipsi expectationem à parentibus habent.*

4 *Parentes à liberis heredes sunt instituendi.*

5 *Parentes honorabili titulo institutionis à liberis sunt instituendi.*

6 *Parentibus si portio titulo legati relinquitur, dicuntur præteriti & possunt testamentum dicere nullum.*

7 *Parentibus portio seu legitima est aucta, non secus ac liberis.*

8 *In contestatione, quam parentes inter liberos disponunt, duo testes sufficiunt: in cōtestatione liberorum quinq; testes requiruntur, vt ex ea parentes succedere possint.*

9 *Septem sunt causæ, propter quas liberi parentes exheredare possunt.*

10 *Causa in testamento liberorum inserta, quæ primo aspectu videtur à iure improbata, potest mero iure testamentum valere, sed contra tabulas rumpitur.*

11 *Rupto testamento datur bonorum possessio contra tabulas eodem iure, quo datur hodie ius dicendi nullum.*

12 *Exheredato vel præterito idem ius contribuit bonorum possessio, quod ius dicendi nullum.*

13 *Causa exheredationis si primo aspectu apparet legitima & vera, ius petendi contra tabulas vel dicendi nullum cessat, & vltimum remedium querela inofficiosi testamenti superest parentibus.*

14 *Patre negante causam exheredationis esse veram, heres adstringitur probationi, in qua si defecerit, testamentum per querelam rescinditur.*

15 *Differentia est inter querelam inofficiosi testamenti & præteritionē. Illa testamentum approbat, sed dicit contra votum naturæ parentem vel filium esse exheredatum: hæc in totum testamentum euertit.*

16 *Heres intra spacium sex mensium de aditione hereditatis se declarare tenetur, vt querelans suam actionem instituere possit.*

1 INTER parentes ac liberos † correlatiua sunt, quo ad ius sanguinis, idcirco quod in liberis
2 dispositum est, & in parentibus † dispositum esse debet, scribit Aristoteles *libro 8. Ethicorum.* quicquid ab alio profectum est, id eius habere
3 cognationem. Vnde est, si liberi † habiles sint ad ius testandi, quo & vti velint, vt, liberis suis non extātibus, teneantur idem ius parentibus tribuere, cuius & ipsi expectationem à parentibus habent, scilicet quod parentes à liberis non secus ac li-
4 beri in testamento † heredes sint instituendi. *Authentic. ex testamento. Cod. ad Trebellian. §. non solum. Institut. de inoff. testam.* Dd. *in Authent. ex causa. & Authent. non licet. C. de liber. præterit. l. nam etsi ff. de inoffic. testament.* Dd. *in l. liber. C. eodem.* ad quam institutionem non sufficit titulus legati, vel alterius donationis, scribente Bartol. & aliis *in authent. nouissima. C. de inoffic. testam.* vt refert Corn. *cons 90. volum. 1.* sed requiritur secundum
5 probabiliorem & receptiorem opinionem honorabilis † institutionis titulus, quo portio aliqua, seu legitima parentibus est assignanda: alias habentur, vtcunque eis legatum sit, pro
6 præteritis, & possunt † ratione præteritionis testamentum dicere

dicere nullum. *§. aliud quoq. authent. vt cum de appellat. cog.* Bald. *conſ. 86. & conſ. 54. volum. 4 dict. authen. ex teſtamen.* Gozad. *conſil. 49. num. 17.* Corn. *conſ. 150. incip. hac in litera. volum. 1.* Ne itaque inutiliter & nulliter liberi teſtentur, cõſulti fecerunt, quod in honorem conſanguinis aliquam portionem parentibus titulo inſtitutionis aſſignauerint. Alexand. *in l. 1. num. 4.* ibidem Dec. *conſ. 7. C. de bonor. poſſ. contra tab.* Bald. *in l. omnimodo. num. 3. C. de inoff.* Iaſon *in d. auth. nouiſſima. n. 8,* & *n. 36.* Ioan. Dilect. *tit. 3. caut. 1. de art. teſtand.*

Et iſta portio inſtitutionis ſeu legitima parentibus † hodie eſt aucta, ſicuti liberis, *authen. de triente & ſemiſſ. §. 1.* Bald. *in l. paterfamil. num. 3.* ibi & Caſtrenſ. *num. 13. C. de inoff. teſtam.* Bald. & Dd. *in dict. authent. nouiſſima.* & Afflictus *deciſ. 204. in fin.* & in iſta auctione conteſtatio inter liberos & parentes nullam habet diſcrepantiam. 7

Sed quoad ſolennitatem relinquendi conteſtatio inter liberos differt à conteſtatione, quæ fit parentibus. Nam illa rata habetur, modo duo teſtes interuenerint. *l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto.* ibi Dd. *C. de teſtamen.* quo numero & teſtamentum, quoad parentum ſucceſſionem, validum haberi poſſe, nonnullis Doctorib. placet: attamen communis concluſio diuerſum habet, quod conteſtatio † à liberis parentibus facta non valeat, niſi quinque teſtes ſint adhibiti, argumento, quod in omni diſpoſitione inter ſuccedentes ab inteſtato iure ciuili quinque teſtes requirantur. *dict. l. hac conſultiſſima. §. ſi quis.* ibi notat Bald. *num. 5. C. de teſtamen.* Salycet. *in l. vlt. C. famil. erciſcund.* Iaſon *in dict. authent. ex imperfecto. nu. 4.* & Boer. *deciſ. 240.* & facit text. *in l. vlt. C. de codicill.* tamen ſuperior opinio aliquo modo ſuſtineri poſſit, ſi iuſtus propugnator extiterit. 8

Porro † cauſæ, propter quas liberi parentes exheredare 9
poſſunt, enumerantur *in auth. vt cum de appell. cognoſ.* Quarum

prima est, si parentes ad interitum vitæ tradiderunt liberos circa causam, quæ ad Senatum pertinere cognoscitur. Secunda, si parens filii vitæ fuerit insidiatus. Tertia si vxori vel cõcubinæ filii se immiscuerit pater. Quarta, si parens testari prohibuit. Quinta si parens non egit curam filii cum esset furiosus. Sexta, si parens filium non redemit à Saracenis. Septima, si filius sit orthodoxus, parens hæreticus, vnde vers.

Si pater ex septem, si nati spernit honores,
Hunc accusabit, dira venena dabit,
Testari vetat, aut vxorem diligat eius,
Non redimit captum, dum furit odit eum.

Ex quibus causis si vnam & plures pater aduersus filium commiserit, potest pater à filio exheredari. *d. auth. vt cum de appellat. cognos.* & hoc intelligitur procedere, si causa sit vera, & à iure approbata. Nam si causa talis in testamento est inserta, quæ primo aspectu videtur à legibus esse improbata, valet
10 quidem † testamentum mero iure, sed contra tabulas rumpitur. *l. 1. ff. si quis à patre manum. fuerit. l. si proponas. C. de inoff. testamen. l. non putauit. in princ. ff. de bonor. poss. contra tab.* Guil. Bened. *in repet. cap. Raynutius. in verb. eodem testamento. num. 251.* Gozad. *cons. 49 n. 17.* & secutus est Iulius Clarus *quæst. 48. de testament.* erudite Rolandinus Bononiens. *tit. 20. in florib. vlt. volunt.* Vtiq;
11 rupto testamento datur † bonorum possessio contra tabulas eodem iure, quo datur hodie ius dicendi nullum. Bald. *in dict. auth. ex causa. num. 19.* Bart. Alex. & copiose Iason *in l. posthumo. C. de bonor. possess. contra tab.* & per consequens exheredato vel
12 præterito idem † ius tribuit bonorum possessio, quod ius dicendi nullum. *l. non putauit. §. prætori. l. 1. l. illud. ff. de bonor. possess.*
13 Sin vero causa exheredationis † primo aspectu in testamento legitima & vera apparet, ius dicendi nullum, vel contra tabulas petendi non habet locum; sed vltimum remediũ querelæ inofficiosi testamenti patri superest ad impugnandum elogium filii. *l. 1. l. pater filium. ff. de inoff. testam. l. cum filium. C. eod.*

C.eod.§.iustum perspeximus. auth.vt cum de appell.cog. Castrens. *in l.proponas. C.de inoff.testamen.* Roland. *in dict.rubric.de testament. tit.20.*

Quo casu si pater exheredatus negat † causam in testamento insertam esse veram, heres probare tenetur, causam esse veram, in qua probatione si defecerit heres, testamentum per querelam inofficiosi rescinditur, & fit locus successioni ab intestato. *per §.aliud quoque. §.siue igitur. Auth.vt cum de appell.cog.l.omnimodo.* ibi Bartol.& Bald. *C.de inoff.testam.* Platea & Porcius *in §.igitur quartam.Instit.cod.* 14

Ex quibus colligere licet, quod † differentia sit inter præteritionem, & querelam: nam nullitatem ex præteritione proponens totam substantiam testamenti conatur irritam facere, nec locus est querelæ. *Authent.ex causa.* ibi Dd *C.de liber.præterit. l.nam etsi.ff.de inoff.testam.* Qui vero querelam proponit, is videtur approbare testamentum, sed intendit contra votum naturæ se iniuste esse exheredatum. *l.2.3.& 4.ff.de inoff.testam.* Bald. erudite *consil.18.vol.1.* & per consequens iniusta exheredatione apparente testamẽtum rescinditur, per prædicta iura, *& d.auth.ex causa.* Bald. *in d.cons.18.* 15

Cæterum vt querelans suam † actionem instituere possit, heres intra spatium sex mensium debet se declarare de aditione hereditatis: qua declaratione facta intra quinquenniũ querela est instituenda. *l.scimus.* ibi Dd. *C.de inoff.testam.l.si quis filium* ibi Bart.& Bald. *C.eod.& l.Papinianus.§.conditioni.* 16

De Præteritione matris, vel filiæ, cui statutum obstat, ne ius succedendi ab intestato habeat.

TITVLVS II.

SVM-

SVMMARIA.

1 *Nullus paganus potest pro parte testatus & pro parte intestatus decedere.*

2 *Matre seu filia à testatore præterita, non obstante statuto, quibusdam interpretibus visum est, contra testamentum præteritam venire posse.*

3 *Mater vel filia, cum per statutum à successione ab intestato excluditur, testamentum impugnare non potest.*

4 *Ius succedendi qui ab intestato non habet, neq; habet ius rumpendi, vel contra tabulas veniendi.*

5 *Filius institutus nepos præteritus non habet ius rumpendi testamentum.*

6 *Qui remouetur ab effectu remouetur etiam ab eo, per quod ad effectum peruenitur.*

7 *Absurdum videri posset, vt quis ad rumpendum testamentum admitteretur, quo rupto nihil commodi inde laturus.*

8 *Nemo admittitur ad id, quod sibi non prodest, alteri nocet.*

9 *Præteritio non habet considerationem, matre vel filia exclusa, quæ statuto obstante ab intestato succedere non potest.*

10 *Filia dote accepta per statutum exclusa non potest rumpere testamentum patris.*

11 *Mater si in bonis liberis obuenientibus ab intestato succedere potest, quatenus in illis bonis est præterita, testamentum impugnare potest.*

12 *Pro parte quis testatus & intestatus ex legis dispositione decedere potest.*

13 *Filiusfam. habens bona castrensia & bona aduentitia si testamentum fecerit in bonis castrensibus, succeditur illi ex testamento, in aliis ab intestato.*

IVre Romano regulariter prouisum est, nullum paganum
1 posse pro parte † testatum & pro parte intestatum decedere. Earum rerum naturaliter inter se est repugnãtia, testatum & intestatum diem obire. *l. ius nostrum. ff. de regul. iur.* Vnde si testator

testator testamentum fecerit, & matrem vel filiam præterierit, cui statutum obstat, ne ab intestato habeat ius succedendi, matrem vel filiam præteritam posse testamentum † euertere, nonnulli interpretes opinantur, idque cum testatus decedere voluerit testator. Alexan. *consil. 19. in princ. vol. 6.* refert. Atqui in contrarium est veritas, vtpote quod præteritio nullius est efficaciæ ac operationis, cum mater † vel filia per statutum vel ius municipale à successione ab intestato excluditur, elogium testatoris impugnare non potest. Bart. Bald. Castrens. & Iason *in l. in l. Gallus. § sed etsi quid. ff. de liber. & posthum.* & erudite Alexand. *in d. cons. 19.* Bart. & Castrens. *in l. maximum vitium. num. 10. C. de liber. præterit.* Bald. *cons. 329. volum. 3.* Bartol. *cons. 20 factum tale. lib. 1.* Iason *in l. filia dotem.* reprehendens Angel. & dicit communem esse opinionem. *solut. matrim.* Afflict. *decis. 158.* & Corn. *cons. 150. nu. 3. vol. 1.* scribit, omnes legendo & consulendo ita tenere, & Corn. *cons. 107. vol. 2.* 2 3

Cuius doctrinæ ratio est, quod is, qui non habet ius succedendi ab intestato, neq; habet ius † testamenti rumpendi, vel contra tabulas veniendi. *l. non est ambiguum. in verb. vbicunque. ff. de bon. poss.* Cuman. *cons. 90.* Bald. *in l. gallus. d. §. sed etsi quid. ff. de liber. & posthum.* Bald. *cons. 205. vol. 3.* Quod etiam argumento commendatur, si filius † emancipatus instituatur nepote præterito is nepos non potest rumpere testamẽtum aui, cum ab intestato succedere nequit. Bart. Bald. *in d. §. & si quid.* Bald. *d. cons. 229. vol. 3.* Nam qui remouetur ab effectu remouetur etiam ab eo, per quod ad effectum † peruenitur. *l. quod dictum. ff. de pact. l. 3. §. vtrum. ff. de minorib. l. oratio.* ibi gloss. *ff. de sponsalibus.* Quo euenit, cui non debetur legitima, ei neque debetur ius rumpendi testamentum. Bald. *in d. §. & si quid.* Corn. *cons. 150. num. 3. volum. 1. argum l. cum quæritur. & l. parentibus, C. de inoff. testament.* Sane absurdum † videri possit, vt quis ad rumpendum testamentum admitteretur, quo rupto nihil commodi exinde laturus, cum ab intestato est exclusus lex nihil vult frustra 4 5 6 7

fieri. *l. ad agendum. §. vlt.* ibi gloss. *ff. de procur. l. de quibus idem. ff. de verb. oblig.* Et est regulare, vt quis ad id non admittatur, quod
8 sibi † non prodest, alteri nocet. *l. si vnus. ff. de damn. infect. l. 1. ff. de aqua pluuial. arcend.* Vnde intelligi potest, matre vel filia per
9 statutum ab † intestato exclusa, quod præteritio non habeat considerationem. Bald. *consilio 36. volum. 3.* dicit communem esse opinionem. Castrens. *cons. 96. in princip. 2. part.* Alexan. *cons. 19. volum. 6.* Alex. *in l. filiæ dotem. num. 6. C. de collat.* Bartol. *in l. vlt. ad Trebell.* Idem iuris est, si filia dote accepta per statutum ex-
10 cluditur. Præterita † non potest rumpere testamentum patris. *arg. l. vt liberis. in fin. C. de collat.* Bart. *in l. Titio generi. ff. de cond. & demonstr.* & illam sententiam secuti sunt Corn. Ias. & Dec. *in l. pactum dotale. C. de collat.* à qua opinione discedit Molin. ad *cons. Alexandri 180. vol. 5.* & sequitur Mynsing. *obs. 62. cent. 6.* sed de consuetudine prior opinio videtur locum obtinere.

11 Sin vero bona liberis † aliunde obuenerunt, in quibus matri successio ab intestato cōpetit, mater quatenus in illis bonis est præterita testamentum liberorum impugnare potest. Bald. eleganter *cons. 95. incip. considerandum. vol. 5.* Nec obstat regula, paganum non posse pro parte testatum & pro parte intestatum decedere, vtpote quod testamentum in totum valere debeat vel non valere, quo argum. vtitur gloss. *in l. ius nostrum. ff. de regul. iur.* gl. *in l. 1. in verb. testamento. C. de secund. nupt. & l. si arrogator. ff. de adopt.* quæ gl. videntur habere interpretationem, vt licet testamentum per omnia valeat, tamē institutus efficaciter omnia non consequatur, sed teneatur secundum diuersitatem casuum aliis restituere. Dict. gl. argumento est
12 quod quis ex legis dispositione † potest pro parte testatus & pro parte intestatus decedere. *l. circa. ff. de inoff. testam. l. in substit. ff. de vulg. & pupill.* erudite Corn. *dict. cons. 85. nu. 7. vol. 3.* Imo etiam ex post facto huiusmodi successio locum habet. Vnde et-
13 iam si † filiusfamil. habeat bona aduentitia & castrensia, vel quasi castrensia, & testamentum faciat de suis bonis, in castrensibus

ſtrenſibus vel quaſi caſtrenſibus, ex teſtamẽto illi ſucceditur, in aliis bonis aduentitiis ſucceditur ab inteſtato, vti copioſe explicat Corn. *d. conſ. 85. vol. 3.* & Bald. *conſ. 275. vol. 2. per d. l. arrogator. ff. de adopt.*

De Inſtitutione & Præteritione fratris ſeu ſororis.

TITVLVS III.

SVMMARIA.

1 *Frater ſi turpem perſonam inſtituat poteſt à ſuo fratre teſtamentum per querelam inofficioſi euertere.*

2 *Frater & ſoror ſi ſimili morbo laborat à querela excluditur.*

3 *Cauſa tres ſunt, ob quas frater fratrem præterire poteſt.*

4 *Cauſa vna probata contra fratrem commiſiſſe, non refert quod turpis perſona ſit inſtituta, æque teſtamentum manet ratum.*

5 *Turpis perſona dicitur, quæ infamia vel leuis nota macula eſt aſperſa.*

6 *Spurius ex punibili & damnato coitu natus à fratre inſtitui nequit.*

7 *Inceſtuoſi & adulterini liberi inſtitui nequeunt.*

8 *Frater ſpurium naturalem inſtitui poteſt, qui ex odibili coitu non eſt natus.*

9 *Spurium ab extraneo inſtitui non eſt prohibitum, etiam illi donari & legari poteſt.*

10 *Spurii & infamia notati non tam facile heredes inſtituuntur, quã donatur vel legatur.*

11 *Concubinæ poteſt donari vel legari.*

12 *Concubina ſi heres inſtituatur & frater prætereatur, querela fratri aperta eſt.*

13 *Concubina reputatur turpis perſona.*

14 *Cõcubina inſtituta in teſtamento, cui adiecta eſt clauſula codicillaris, hereditas illi reſtituenda eſt.*

15 *Frater & soror non debet melioris conditionis esse, quam sunt ascendentes.*

16 *Legitima ascendentibus relicta contentos esse oportet.*

17 *Turpi personæ infamia notatæ virtute clausulæ codicillaris in testamento insertæ, frater retenta sibi Trebellianica hereditatem restituere tenetur.*

18 *Fratri quolibet titulo portio relinqui potest.*

19 *Fratri non debetur actio ad supplementum legitimæ.*

20 *Fratri si nihil est relictum, turpi persona instituta, totum testamentum rumpitur.*

21 *Testamento rupto quo ad fratrem iura antiqua non sunt correcta.*

22 *Testamento rupto & nepos cum fratre ad successionem admittitur.*

SI testatori non sunt descendentes, neque ascendentes, tūc ratione sanguinis ad transuersales, vt sunt proximi fratres, successio hereditatis spectat, quos si testator in suo testamēto præterire voluerit, aliosque instituere, cauere eum oportet, ne turpes personas instituat: quia illis institutis frater ac soror
1 præterita testamentum fratris † per querelam inofficiosi testamenti euertere possunt. *l. fratres.* ibi Dd. *C. de inoff. testam. l. 1.*
2 *ff. eodem.* Cuius iuris definitio sibi locum vendicat, nisi † agens frater vel soror simili morbo laboret, à querela excluditur. Iason *in l. in arenam. ff. de inoff. testam.* Ioan. And *in addit. Speculat. §. sequitur. tit. de testament.* & vers.

Tollere festucam si vis de fratris ocello:
Qui tua conturbat lumina, tolle trabem.

Et Horat.

Cum tua prouideas oculis mala lippis inunctis,
Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum?

3 Quin etiam aliæ tres † causæ in iure sunt expressæ: quarum si vnam frater aduersus fratrem commiserit à querela expellitur inofficiosi testamenti. Prima est, si frater mortem fratris defun-

defuncti inferre voluerit. Secunda si criminalem inscriptionem contra fratrem conatus est inducere. Tertia si iacturam substantiæ fratris inferre præparauerit. *authent. de nuptiis. §. ingratitudinem.* Bald. *in d. l. fratris. n. 10.* & gl. *in auth. non licet. C. de liber. prater.*

Ex quibus causis † si vna probata fuerit, fratrem contra fratrem commisisse, non refert quod turpis persona sit instituta, æque testamentum validum habetur. *per d. §. ingratitudinem.* Cæterum generaliter persona turpis dicitur, quæ † infamia vel turpitudinis vel leuis nota maculæ est aspersa. *d. l. fratres.* ibi Bald. & Dd. intelligunt maculam tam de infamia facti, quam iuris. Speculator *titul. de testament §. sequitur. núm. 12.* Roland. à Valle. *consil. 87. volum. 3.* item qui publico iudicio damnatus est, infamis reputatur. *l. 1 ff. de his qui infam. notant. l. 1. ff. de pub. iudic.* Quo fit etiam, vt spurius † ex punibili & damnato coitu natus, ratione maculæ institui à fratre nequeat, Roland. à Valle *d. cons. 87.* Fulg. *consil. 71. l. Titia. ff. de inoffic. testament.* Dec. *cons. 561.* & communiter Dd. *in l. fratres. C. de inoff. testam.* Iason *cons 71. volum. 1. in fin.* Ruin. *cons. 50. num. 20. vol. 2.* Bald. *cons. 473. permittendum. volum. 1.* quod de incestuosis & adulterinis dubitationem non habet. *authen. ex complexu. Cod. de incest. nupt.* Consuluit tamen Roland. à Valle *in d consil. contrarium.* quod frater legitimus, non attenta † illegitimationis nota, fratrem spurium naturalem instituere possit, alleg. Guil. Benedict. *in repet. cap. Raynutius. vers. & vxorem nomine. num. 5. decis. 130. de testam.* quod intelligi potest de spurio seu naturali filio, qui ex odibili † coitu omnino non est natus. Nam licet spurius à patre institui nequeat: tamen extraneo prohibitum † non est, spurium naturalem instituere, gloss. singularis *§. vltim. auth. quib. mod. natur. effic. sui. collat. 7. in verb. participium.* ibi dicitur, quod ab extraneo spurio relinqui, legari, donarique quolibet titulo possit. Vtique omnia licent, quæ prohibita non sunt. *l. nec non. §. quo. leis ff. quod met. caus.*

4 5 6 7 8 9

Vnde notandum est, quod heredis institutio non tam fa-
10 cile sibi locum vendicet in spurios † vel infamia notatos, quã legatum vel alia donatio: Quod ex eo patet, paganũ concu-
11 binæ † legare vel donare posse. Bart. *in l. miles ita. §. mulier. ff. de testam. milit.* ibi gloss. & probat tex. *in l. qui concubinam. ff. de leg. 3.*
12 Verum si concubina † heres instituatur, & frater plane prætereatur, querela inofficiosi testamenti fratri aperta est. Ang.
13 *cons. 171.* & Dec. *cons. 530.* quia concubinam † secuti spurium in numero turpium personarum reputari scribit Ias. *in d. l. fratres. nu. 10.* Bald. *cons. 473. in princip. volum. 1.* & Roland à Valle. *d. cons. 87. n. 14. vol. 3.*

Quod diuersitatem habet, concubina instituta, si clau-
14 sula † codicillaris in testamento est inserta, hereditas restitui debet concubinæ, refert Dilect. *caut. 16. titul. 4. de arte te-*
15 *stand. per cons. Ang. 119.* Ratio esse potest, quod frater † vel soror non debet melioris conditionis esse, quam sunt ascẽden-
16 tes, quibus legitima † relicta eos contentos esse oportet, etiãsi liberi naturales instituantur. textus *in authent. quib. mod. natur. effici. sui. §. discretis. versicul. si vero filios.* Qua de causa, clausula codicillaris in testamento inserta, frater retenta sibi quarta
17 Trebellianica, heredi scripto, licet sit turpis † persona, vel infamia notata, hereditatem restituere tenetur. Ang. *in l. 1. ff. de inofficios. testamen.* Afflictus *decisione centesima vigesima quinta. per l. coheredi, §. cum filiæ.* ibi Castren. *ff. de vulg. & pupill.* Oldrad. *cons. 171. n. 18.*

18 Quo pertinet etiam, si † portio vsque ad legitimam fratri quolibet titulo sit relicta, frater testamentum fratris perturbare nequit. Bald. *in l. 1. Cod. de inoffic. testament.* Iason *in dict. leg. fratres. num. 2. vers. addo.* Ang. *in d. l. 1.* Paris. *cons. 64. num. 26. vol. 2.* dicit communem opinionem, & consuluit in terminis Corn. *consil. 176. vol. 4.* ibidem scribens, quod & actio ad supplemen-
19 tum cesset, cum fratri legitima † non debetur, & ait Afflictus, in specie facti in consilio Neapolitano iudicatum esse, quod

sorori

sorori impugnanti testamentum fratris spurio instituto, adiudicata sit legitima, vtpote quartæ. illius portionis, quam soror in totum ab intestato habitura fuisset *per l. quoniam. Cod. de inoffic. testament.* quia iura antiqua quo ad fratrem non sunt correcta, sufficit quilibet titulus. *dict. l. 1. Cod. de inoffic. testament.*

Porro fratre præterito, si omnino nihil relictum sit, tunc non propter fratris amorem vel charitatem, sed propter turpem personam institutam querelæ inofficiosi datur locus, *argum. d. l. fratres. C. de inoff. testamen.* & Corn. *cons. 176. volum. 4.* & illo casu si nihil sit relictum fratri † testamentum in totum rescinditur. 20 Castrens. *in l. cum filium.* & Bart. *in l. fratres. C. de inoff. testament. per l. Pantonius. ff. si quis à patre manum. fuerit.* & Castrens. *in l. omnimodo.* Bald. *in dict. l. fratres.* Iason *consil. 71. num. 3. libro 1.* & Iason *in authentic. ex causa. numero 16. versicul... Cod. de liberis præterit.* ait, quod tantopere testamentum † sit nullum, 21 vt eo legata non debentur, quia iura antiqua, quo ad fratrem rupto testamento per querelam non sunt correcta. *l. cum mater. in fine. ff. de inoff. testament. l. 1. in fin. Cod. de liber. & posthum.* Iason *dict. l. fratres, num. 2. & l. sancimus. C. de inoff. testament.* & secutus est Gail. *obseruat. 113. num. 6. libro 2. practicar. obseruat.* & Iulius Clarus *quæst. 50. de testament.* Deinde testamento per querelam reciso non solum frater ab intestato † admittitur, sed 22 etiam fratris filius. Platea *in §. non tantum. Institut. de inoff. testament.* & ait ita gloss. *in l. fratres.* intelligendam esse.

De Heredum Institutione in genere.

Titvlvs IV.

SVMMARIA.

1 *Heres dicitur ab hero, id est, domino.*

2 *Ho-*

2 *Homines cordatiores de sua posteritate solent heredes instituere, per quos corpore extincto voluntas in bonis habeat adhuc aliquam delectionem regnandi.*

3 *Heres & defunctus vnam eandemque personam repræsentant.*

4 *Possunt omnes heredes institui, qui ex testamento acquirere possunt, nec interest siue sit liber, vel seruus, miles vel laicus, etiam posthumus.*

5 *Heres etiam institui potest in tempus quo sit capax.*

6 *Heres potest nominatim vel indubitato signo demonstrari.*

7 *Demonstratio vice nominis fungitur.*

8 *Distributores & executores ad pias causas loco heredum habentur.*

9 *Legatum datur ecclesiæ ipsius testatoris.*

10 *Heredis institutio hodie fieri potest communibus verbis*, habeat, succedat, pertineat, *vel* deuoluatur hereditas.

11 *Verbum,* distribuo, *ad hæredis institutionem refertur.*

12 *Nulla verborum interpretatio potior habetur quam sensus testatoris.*

13 *Heredis institutio pure & sub conditione ex certo tempore & ad certum tempus fieri potest.*

14 *Heredis institutio ad certum tempus fieri dicitur, si vxor instituatur & post mortem eius alius.*

15 *Conditio in testamento adiecta, quæ est in faciendo impossibilis, reiicitur & heres habetur pro pure institutus.*

16 *Heredis institutio est de solennitate substantiali in testamento, qua prætermissa infirma est contestatio.*

17 *Heredis institutio expresse vel tacite fieri potest, certo herede nominato.*

18 *Heredis institutio directo & oblique confici potest.*

19 *Heredis directa institutio est, quando nulla alia mediante persona heres directo succedit in locum defuncti.*

20 *Institutio obliqua vel fideicommissaria alia media persona interueniente vires consequitur.*

21 *Testator*

21 *Testator quod expresse non disponit id videtur legis prouisioni committere.*

22 *Heredis institutione in testamento prætermissa, neque clausula codicillari adiecta, licet de subtilitate iuris dici potest testamentum non valere: tamen in genere voluntas recipienda est, vt valeat in vim codicillorum.*

23 *In contestatione si non valet quod ago vt ago, nec valet vt valere potest.*

24 *Testator si disposuerit vt proximi sui heredes ab intestato succedere debeant, in dubio intelliguntur successores vocati eo ordine & iure, quo iure communi vel municipali succedere possint.*

25 *Voluntas testatoris in dubio interpretanda est, vt sit conformis dispositioni iuris communis.*

26 *Heres in fundo vel re certa institutus mandato testatoris obtemperare tenetur, qui mandare potest vt heres portione sibi relicta contentus esse debeat.*

27 *Heres in re certa institutus habetur vel loco heredis, vel legatarij.*

28 *Heres in re certa seu fundo institutus ad æris alieni solutionem non est obligatus.*

29 *Heres in certa re institutus non detrahit Trebellianicam.*

HEres dicitur † ab hero, id est domino. *§. pro herede. Instit. de hered. qualit. & different. l. item Mela. §. legis. ff. ad l. Aquil.* 1
Solent enim homines cordatiores † de sua posteritate testan- 2
do sibi heredem instituere, per quem corpore extincto, voluntas quasi adhuc habeat aliquam delectationem regnandi in bonis defuncti. *§. hæc quidã. vers. nullus. & §. vlt. auth. de hered. & Falcid. l. heres. ff. de vsucap.* Vnde effluxit axioma, q; heres & defunctus vnam eandemque † personam repræsentant. *auth.* 3
de iureiur. à morient. præstit. in princ. l. sancimus. C. de agricul. & censit. lib. 11. Et heres in locum & ius defuncti succedit. *l. hereditas. ff. de regul. iur. l. nihil aliud. ff. de verb. signif.* Possunt enim † here- 4
des institui omnes, qui ex testamento possunt acquirere, nec

Q quid

quid intereſt ſiue ſit liber, ſiue ſeruus, princeps, miles, laicus, clericus, mutus & ſurdus, furioſus & prodigus, infans & poſthumus alienus. *Inſtit. de hered. qualit. & different. gl. in §. legari. Inſtit. de legat. & per totum ff. de hered. inſtit.* Quin etiam heres † in-
5 ſtitui poteſt in tempus, quo ſit capax hereditatis. *l. in tempus.* ibi gl. & Bart. *ff. de hered. inſtituend.*

6 Poteſt etiam à teſtatore nominatim, vel † indubitato ſigno demonſtrari heres. *l. quotiens. §. ſi quis. §. ſeq. ff. de hered. inſtituen.*
7 Nam demonſtratio plerunque vice nominis † fungitur, *l. nominatim. ff. de cond. & demonſt.* quæ etiam ex poſt facto declarari poteſt. Ioan. Faber. *§. incertis. Inſtit. de legat.* Speculator *tit. de fide inſtrument. §. compendioſe. n. 7.*

Quin etiam in diſpoſitione ad pias cauſas teſtator mandare poteſt quibuſdam executoribus, vt ſua bona inter paupe-
8 res diſtribuant, & iſti diſtributores † vel executores loco heredum habentur. *cap. tua nos. c. heredes. c. cum tibi. de teſtament. l. ſi quis ad declinandum. C. de epiſcop. & cleric. l. id quod. l. nulli licere.* ibi Dd. *C. de ſacroſanct. eccleſ.* Bald. *conſil. 136. volum. 2.* Alex. *conſ. 12. n. 13. vol. 3.* Qui executores cum in teſtamento nominati ſunt, non requiritur alia certitudo: ſin vero ſimpliciter relinquitur eccleſię, nec ſpecificatio fiat, de qua eccleſia ſenſerit teſtator,
9 valet relictum, & datur † eccleſiæ parochiali ipſius teſtatoris. *arg. l. quæ conditio. in fin.* ibi Bart. *ff. de condit. & demonſtr.* Panorm. *in c. iudicante. de teſtam.* Rolandinus *rubr. 11 de teſtam.*

Proinde ſciendum eſt, quod olim heredis inſtitutio aliquã ſolennitatem deſiderabat, vtpote, *heres eſto, heredem inſtituo,* vel *heredem facio.* Verum quum omnis teſtator huiuſmodi verba proferre neſciat, ſufficit ad inſtitutionẽ hodie, quod com-
10 munibus † verbis teſtator vtatur, veluti, *habeat, ſuccedat, pertineat,* vel *deuoluatur hereditas.* Quibus verbis inſtitutio vel ſubſtitutio ordinata rata habetur. Bart. *in l. centurio. nu. 43. nu. 44. & ſeq.* ibidem Bald. *n. 7.* & Iaſ. *n. 63. ff. de vulg. & pupill.* Bart. *in l. tale pactum. §. pater. ff. de pact.* Bald. *in l. 1. C. de ſacroſ. eccleſ.* facit text. *in*

l. 1. §.

l.1.§.diuus.ff.de hered.instit. ibi † verbum, *distribuo*, heredis institutionē designat. Vtiq; hodie omnes solēnitates, quo ad heredis institutionem, sunt sublatæ per *l. quoniam indignum.* ibi Bart. Bald. & Castrens *C. de testam.* Vnde intelligi potest, licet in verbis testamenti sit aliquis defectus: tamē si exinde colligi potest sensus perfectus testatoris, tunc nulla † interpretatio verborum potior habetur, quam sensus testantis indicat. *l.3. C.de liber.præter.l.3.§.conditio.in fin.ff.de adimen.legat.l.cum virum. C.de fideicom.l.cum.§.donationis. l.vnum.in fin.ff.de leg.2.* ibi Papinianus ait, si omissa fideicōmissi verba sunt, & cætera, quæ leguntur, cum his, quæ scribi debuerant, congruunt, recte datū & minus scriptū, exemplo institutionis & legatorū, dispositio recipienda est. Potest & institutio fieri pure vel sub conditione ex † certo tempore, vel ad certū tempus, veluti, vxore herede instituta † & post mortem eius alio, valida habetur institutio. *l.in tempus.ff.de hered.inst. l.qui filio. eod.tit. l.filius à patre. ff.de lib.& posthum.l.extraneum.* ibi Dd. *C.de hered.instit.* Estq; de conditionib. sciendū, si conditio in faciendo nō est † possibilis, conditio reiicitur, & heres habetur pro puro instituto, tex. *in l.seruū meum.ff.de hered.inst.§.vlt.Instit.d.tit.* Est & heredis institutio de solennitate testamenti substantiali, qua † in testamēto ꝑtermissa, infirmū est testamentū *l.1.in fi.ff.de vulg.& pupil.l.ante.Instit.de leg.l.vlt.ff.de iure codicill.* Eaq; institutio nō † solum expresse fieri potest, nimirū certo herede nominato vel demōstrato, *l.quotiēs.§.si quis.ff.de hered.inst.* sed etiā tacita in iis valet institutio, vt sunt fratres & extranei, qui de iuris necessitate non debent institui, tex. *in l.Lucius Titius.& l.si quis ita heres instituatur.ff.de hered.instit.* & est communis Dd. conclusio. Iul. Clar. *q.35.* alleg. Guil. Bened. *in repet.c.Raynutius.in verb.adiicientes.n.23.* Deinde heredis institutio † directo vel obliq; fieri potest. Directa dicitur, quādo heres iure directo ita instituit, vt nullo † alio mediāte, heres directo testatori succedat. *l.1.& per tot.ff.de hered.inst.& l.1 ff.de vulg.& pup.* Obliqua institutio † seu

11 12 13 14 15 16 17 18 19 20

fideicommissaria dicitur, quando testator institutum heredem in testamento vel ab intestato venientem rogat, vt hereditas alteri restituatur, qui erit heres per fideicommissum, & capit hereditatē per obliquū, mediante alia persona, quæ sibi retinet Trebellianicam ex prouisione legis. *§. præterea. §. in primis. Institut. de fideicommiss. heredit. l. 3. ff. de testament. milit.* Bald. *cons. 284. vol. 3.* & facit text. *in l. coheredi. § filiæ. ff. de vulg. & pupill.* Guid. Pap. *quæst. 323.* Castrens. *in l. penult. C. de testam.* Corneus *consil. 245. volum. 4. & cons. 225. volum. 3.* Alex. *cons. 142. vol. 2.* dicit communem. Etenim quod testator non expresse dispo-
21 nit † videtur legis ordinationi tacite committere, vt lex de sua successione ordinet, erudite Bald. *cons. 121, volum. 4. per d. l. 3. ff. de iure codicill.*

22 Vnde in testamento heredis † institutione prætermissa, neque clausula codicillari adiecta, licet de subtilitate iuris dici possit, quod testamentum non valeat, tamen cum testator in genere disposuerit, potest quis ex voluntate testatoris in genere agere, & eidē insistere, vt in vim codicillorum contestatio valeat, quatenus est mentis testatio. *Institut. in princip. de testament.* & Afflictus per totam decisionem 134. & hoc procedat, quando testator suam dispositionem legis prouisioni commissam esse voluit. Bald. *cons. 284. vol. 3.* & Bald. *cons. 121. vol.*
23 *4.* alias secus est: quia si non valet † quod ago vt ago, nec valet vt valere potest. *l. 1.* ibi Bart. & Bald. *ff. de iure codicillor.*

Eodem pertinet, si testator suam dispositionem legis prouisioni tacite voluit esse commissam, quando disposuerit, vt proximi sui heredes ab intestato succedere debeant, in dubio
24 intelliguntur successores vocati, eo ordine † & iure, quo iure cōmuni vel municipali ab intestato succedere possunt. Bartol. *in l. heredes mei. § cum etiam. nu. 4.* quem alii sequuntur. *ff. ad Trebell.* Socin. iun. *cons. 104. nu. 26. volum. 1.* & sic omnes gradatim admittuntur ordine, quo ab intestato vocati sunt. *l. cum ita. §. cum fideicommissa. in verbo nominati sunt. ff. de leg. 2.* Paris. *consil. 3.*

ſil.3.nu.41.lib.1.& conſil.32.lib.2. & dicit Socin.iun.communem eſſe concluſionem.*conſil.43.lib.3.* Regulare eſt,quod voluntas teſtatoris in dubio † interpretetur,vt ſit cõformis diſpoſitio- 25
ni iuris communis.Bart.*in d.l.heredes mei.§.cum etiam.* Curt.iunior.*conſ.57.num.8.*eſt communis ſuffragatio Dd.

Quod diuerſam cauſam habet, quando teſtator heredes generaliter vel in certas partes inſtituit:Imo inſtitutio in vna re vel fundo facta rata habetur. *l. 1.§.ſi ex fundo.* ibi Accurſius & Dd. *l. ex facto. 2.ff. de hered. inſtit. & l.peto.ff.de legat. 2.* vbi dicitur, quod teſtator poteſt mandare, vt re cuique † relicta 26
debeat eſſe contentus. *l.quoties. §.ſi duo.ff.de hered.inſtit.* facit textus *in l.ſi fideicommiſſa. §.ſi quis ita.ff.de legat.3.* & Guido Papæ *quæſtion.93.per totam.* Et iſte heres in re certa inſtitutus habetur † vel loco heredis, vel loco legatarii. Heredis lo- 27
co habetur, quando alii heredes inſtituti hereditatem non adeunt, vel prætermittunt, in re certa inſtitutus vniuerſaliter ſuccedere poteſt,& gaudet iure accreſcendi:aliis vero adeuntibus, habetur in re certa inſtitutus † loco legatarii,qua 28
de cauſa ad æris alieni ſolutionem non tenetur, æque eſt heres in re ſeu fundo ſibi aſſignato, & iſte eſt verus ſenſus *l. quotiens.*ibi gloſſ.& erudite Salycet.*C.de hered.inſtit.* Bart. eleganter *conſ.8.incip.factum tale.num.8.lib.1.* Vnde ſcribit Bart.quod heres in re certa inſtitutus ſubiiciatur ſpeciei per ſe,quæ partim capit de natura heredis,inſtituti vniuerſaliter, partim de natura legatarii,& Bald.*in l.ex facto.2.ff.de hered.inſtit.*Bald.*conſil.179.in fin. vol.1.* Quo euenit vt in re certa † inſtitutus non 29
detrahat Trebell.Bald.*conſil.398.in fin.volum.4.& conſil.9.in fin. volum.2.* Eſtque etiam inſtitutio in re certa facta tam firma,vt ne quidem codicillis heredi adimi queat. Iaſon *l. omnimodo. num. 9.* ibi alleg. Bartol. Salycet. & Caſtrenſ. *C.de inoffic. teſtament.* Bartol.*dict. conſil.8.*

De iis, qui heredes institui nequeunt, vel indigni successione sunt.

TITVLVS V.

SVMMARIA.

1 *Magnum est Dei ministerium sacrosanctum matrimonium, ex quo liberi nati suos parentes nominare & demonstrare possunt.*

2 *Spurii dicuntur quasi sparsim vulgo concepti, qui patrem demonstrare nequeunt, & eius heredes esse non possunt.*

3 *Spurii vt sunt incestuosi, adulteriniq́, heredes institui nequeunt, & si quid illis relinquitur, scriptis heredibus manet.*

4 *Adulterinus coitus tam de iure gentium quam diuino est prohibitus, etiam punibilis.*

5 *Manzeres sunt etiam spurii ex parentibus nati, inter quos matrimonium consistere non potest.*

6 *Liberis incestuosis & adulterinis iure ciuili ne quidem alimenta debentur, sed ius canonicum illis succurrit vt alimenta habeant.*

7 *Spuriis & incestuosis ad modum alimentorum etiam legari potest.*

8 *Filii naturales, quos nothos appellamus, ex libera matre vel puella nati non sunt tam odibiles, vti adulterini: isti habentur similes naturalibus ex concubina procreatis, & possunt à patre in omnibus bonis institui, si alios liberos legitimos non habet.*

9 *Pater potest naturalibus liberis ex fœmina natis, cum qua matrimonium contrahere potuit, omnia sua bona donare, assignata parentibus legitima, si habet parentes.*

10 *Pater naturalibus vnam vnciam in testamento relinquere potest, si liberi legitimi ei non sunt.*

11 *Pater quando tenetur filiæ alimenta præstare tenetur & dotem dare.*

12 Natu-

12 *Naturales ex libera persona nati ab intestato non succedunt patri.*

13 *Liberi naturales ex concubina nati in duas vncias patri ab intestato succedunt.*

14 *Heres institutus si cum vxore testatoris stuprum commiserit, indignus defuncti successione efficitur.*

15 *Legatarius, si cum vxore testatoris stuprum commiserit, indignus efficitur legato.*

16 *Mulier si adulterum heredem instituit institutio nulla est.*

17 *Crimen commissi adulterii velamento matrimonii non extinguitur.*

18 *Adultera instituta, fratres testatoris per querelam inofficiosi testamentum euertere possunt.*

19 *Mulier, si adulterium commiserit, non potest in praiudicium mariti vel liberorum de dote testari.*

20 *Mulier propter commissum adulterium cum dotem amiserit, cedit dos liberis extantibus liberis, non extantibus dos cedit marito.*

21 *Maritus si vult vxorem de adulterio accusare tenetur se inscribere, & si non probat in pœnam incidit.*

22 *Dos sine accusatione & inscriptione propter adulterium non amittitur.*

23 *Maritus si quinquennium tacuerit videtur vxori remisisse adulterium.*

24 *Mulier si viuo marito de adulterio non fuerit accusata, potest ab heredibus mariti dotem repetere, non obstante exceptione de adulterio.*

25 *Maritus sciens vxorem adulterium commisisse, si heredibus mulieris dotem petentibus obiecerit de adulterio ab vxore commisso, exceptio non releuat quin teneatur dotem restituere.*

26 *Pœnalis actio cum sit odiosa potius est restringenda quam amplianda.*

27 *Mulier*

27 *Mulier ſi intra tempus luctus enixa fuerit, vt ſit indubitatum prolem non eſſe mariti defuncti, mulier indigna eſt hereditate vel qualibet donatione ſibi à marito relicta.*

28 *Mulier ſi aliquid inhoneſtum commiſerit propter quod maritus viuens reuocaſſet donationem, ex tacita mente teſtatoris legatum vxori non debetur.*

29 *Mulier marito mortuo ſi cœpit luxurioſe viuere, & fornicari, eiſdem pœnis ſubiicitur, ac ſi intra annum luctus nupſerit.*

30 *Mulier propter commiſſum ſtuprum in viduitate omne lucrum perdit, quod ex bonis mariti conſequi poſſet.*

31 *Crimen ſtupri eſt leuius quam adulterii, idcirco leuius punitur.*

32 *Mulier ob ſtuprum non plus amittit, quam à marito acceperit.*

33 *Mulier intra annum luctus nubens fit iure ciuili infamis, & omnia perdit, quæ à marito ſibi data ſunt.*

34 *Mulierem in dictas pœnas incidere, ſi infra tempus luctus fornicetur, poſt tempus luctus nihil amittere interpretes opinantur.*

35 *Maritus cum vxorem lugere non tenetur liberum eſt infra annum matrimonium contrahere, & donatum reſeruare.*

1 MAgnum eſt Dei miniſterium † ſacroſanctum matrimonium, ex quo liberi nati ſuos parentes nominare & demonſtrare poſſunt, & è contrario magna eſt liberorum infamia, quod præ turpitudine patrem demonſtrare nequeunt, vt ſunt nati ex mulieribus commercium cum pluribus habentibus. Inde dicuntur ſpurii, quaſi σποράδην, ſparſim vulgo con-
2 cepti, † quorum pater cum incertus ſit, eius heredes eſſe non poſſunt. *§. ſi aduerſus. Inſtit. de nupt.* Budæus *in l. vulgo. ff. de ſtatu homin.* copioſe Alciat. *c. 5. lib. 4. parerg.*

Sunt & ſpurii, qui ex odibili & punibili coitu nati ſunt, vt-
3 pote inceſtuoſi & adulterini, qui neque ab inteſtato † parentibus ſuccedere, neq; ab iis heredes inſtitui poſſunt, & ſi quid illis relinquitur iure ciuili ſcriptis heredibus vel ſucceſſoribus ab in-

ab intestato remanet. *auth. ex complexu. C. de incest. nupt. l. 1. & 2. C. de naturalibus liber. §. vlt. auth. quib. mod. natur. effic. sui. collat. 9.* Bald. *consil. 267. num. 10. volum. 1.* Alexand. *cons. 74. volum. 3.* estq; ratio quod adulterinus coitus, tam de iure gentium † quam 4
diuino non solum sit prohibitus, sed etiam punibilis. Bald. *consil. 457. volum. 4.* clare Corn. *cons. 310. volum. 1.* & scriptum est *cap. 21. Genes. Ejice ancillam cum filio, quia filius ancillæ heres futurus non erit cum filio vxoris liberi.*

Ad quos spurios † etiam manzeres refert Didac. Couarr. 5
parte 2. tom. 1. §. de spuriis. in tractat. de matrimonio, vtpote liberos qui nati sunt ex talibus parentibus, inter quos nullum matrimanium consistere possit, & Alciat. *in d. c. 5.*

Cæterum licet contra huiusmodi incestuosos & adulterinos liberos iure ciuili durum statutum sit, vt neque à † patre, 6
neque à matre heredes institui possint, ne quidem alimenta habeant. *d. authent. ex complexu.* gloss. *in l. si qua illustris. C. ad Orfic. & §. vltim. auth. quib. mod. natural. effic. sui.* tamen ex benignitate iuris canonici huiusmodi spuriis alimenta debentur, *cap. cum haberet.* ibi Panorm. & Canonistæ *de eo qui dux. quam ant. matr. poll.* & Panorm. *consil. 155. in fin. lib. 2.* Dec. *cons. 611.* Bald. *in l. vlt. n. 7. ff. de his quib. vt indign.* & attestatur Gabriel Paleot. *c. 19. in tractat. de nothis & spur.* & est communis opinio, & multa cõgessit Ferdinand. Vasquius pro ista opinione, quod filiæ ex damnato coitu alimenta debeantur, vel dos, quæ est loco alimentorum. *lib. 2. §. 20. requisit. 29. num. 153. de success. vltimar. volunt.* & secutus est Gail. *obseruat. 88. lib. 2. practicar. obseruat.* ibidem materiam tractat. Et † spurio legari posse ad modum alimentorum 7
consuluit Roland. à Valle *consil 74. num. 29. volum. 1.* Bartol. *in dict. l. vltim. ff. de his quib. vt indign.* Bald. Nouell. *part. 6. priuil. 16. in tract. de dote.*

Sunt & alii liberi naturales, quos & nothos appellamus, ex libera matre vel puella non domi custodita nati, quorum conditio non est tam odibilis, quam incestuosorum & adul-

terorum, text. *in d. auth quib. mod. natur. effic. sui.* & Alciat. *d. cap. 5.*
8 Et isti similes habentur † naturalibus ex concubina natis in domo retenta. *l. penul. §. vlt. ff. de concub. l. si quis. ff. de ritu nupt. §. si quis autem. auth. quib. mod. effic. sui.* & dicuntur naturales, quod ex libera fœmina pater eos natura generante sustulerit, non honestas coniugii. *c. vlt. 32. q. 4.* & clare Alciat. *d. c. 5. parerg. lib. 4.* Et huiusmodi naturales seu nothos, si pater legitimos liberos nõ habet, in omnib. bonis suis heredes instituere potest, præteritis agnatis, modo cum matre matrimonium contrahere potuerit. *auth. licet patri. C. de natur. lib. §. discretis. auth. quib. mod. natur. eff. sui. coll. 7.* Bart. *in l. 1. ff. de bon. poss. contr. tab.* gl. & Bald. *in l. vlt. ff. de reg. Caton. c. innotuit. de elect. c. tanta. qui filij sint legit.* Baldus *cons. 58. in princ. vol. 4.* dicit certo certius esse. Alex. *cons. 79. vol. 2.* Rom. *cons. 49.* & est communis Dd. conclusio. Iul. Clar. *q. 31. de testam.* Et ista conclusio procedit, etiamsi parentes testa-
9 toris sunt † superstites, modo legitima portio eis assignet, gl. communiter approbata *in d. auth. licet patri. C. de natur. lib. & d. §. discretis.* Sin vero patri legitimi sunt liberi, huiusmodi filio
10 naturali in testamento vnam † vnciam, id est, duodecimam partem bonorum, tantum relinquere vel donare potest, per text. *in §. discretis. d. auth. quib. mod. natur. effic. sui.* Bald. & Alex. *in*
11 *auth. ex complexu. C. de incest. nupt.* Imo in casibus, in † quib. pater tenetur filiæ alimẽta p̃stare, tenetur & illã dotare. Bart. Imol. Castren. *in l. Titio centũ. §. Titio genero. ff. de cond. & demonst.* & est com. opin. Quantũ vero ad successionẽ ab intestato attinet,
12 liberis † legitimis non extantibus, est differentia inter liberos nothos ex libera persona natos, & naturales ex domestica cõcubina procreatos: quia illis ius succedendi ab intestato non est, duntaxat à legitimis ali debent secundũ substantiæ mensuram, à bono viro arbitratam: ita & Dd. *§. si vero effusa. in verb. si quis igitur. auth. quib. mod. natural. effic. sui. collat. 7.*

Hi autem naturales ex sociata concubina in domo patris nati, legitimis non existentibus, alimenta consequũtur, & patri ab

tri ab intestato † in duas vncias succedere possunt, si plures 13
sunt liberi aut vnus, matre ex vnciis virilem portionem accipiente: *d. §. discretis. in verb. si quis autem. auth. quib. mod. natur.* & hoc intelligitur procedere de liberis, qui nati sunt ex muliere, quam pater vnicam habuit sociatam in domo, & quod ipse sit solutus & cum illa matrimoniū cōtrahere potuerit, nec plures habuerit mulieres fornicātes. Et ita tria copulatiue videntur in huiusmodi naturalib. requiri, quod nati sint ex vnica concubina, quæ est in domo retenta, & vt inter patrem & illā matrimoniū consistere potuerit. *d. §. discretis. ve. s. quis autem. & §. si vero effusa. d. auth. quib. mod. natur. effic. sui.* Bart. *in l. vlt. C. de his quib. vt indig.* & est communis opinio. Curt. iun. *cons. 136. n. 9.*

Porro si heres institutus cum vxore testatoris † stuprum 14
cōmiserit, indignus successione defuncti efficitur. Bart. Bald. Alex. & Castr. *in l. sororē. C. de his quib. vt indig.* in eandē pœnam legatarius † incidit, si cum vxore stuprum commiserit. Faber 15
& Iason *in l. filiæ. in fin. ff. de annuis leg.* Bar. *in l. 1. ff. de his quib. vt indig.* Roland. à Valle *cons. 88. vol. 2.*

Similiter si mulier cōstante matrimonio † cū alio viro adul- 16
terium cōmiserit, qui illam mortuo priori marito in vxorem duxerit, eandemq; adulteram heredem instituerit, institutio vires non habet: idem est si mulier adulterū instituerit. *l. Claudius. ff. de his quib. vt indig.* quam legem intelligunt Canonistæ locū habere, quādo adulter viuo adhuc marito mulieri fidem dederit, quod mortuo viro illā velit ducere. *c. vltim. de eo qui dux. in matrim. quā ante poll.* & ita gl. & Bart. sentiunt, *l. Claudius.* quoad pœnā adulterii esse correctam, secus quo ad ius succedēdi ex dispositione coniugis, quæ propter cōmissum adulterium nō valet. Ratio est, quod crimen commissi adulterii † velamēto ma- 17
trimonii non extinguitur. *l. cōmissum. C. ad leg. Iul. de adult.* Vnde fratres testatoris adultera instituta, per querelā † inofficiosi 18
testamentū euertere possunt. *l. fratres.* ibi Bart. Bald. Castrens. & Ias. *C. de inoff. testam.* Castrens. *in l. cum filium. d. tit.*

19 Quin etiam probato, vel pro probato † habito, mulierem adulterium commisisse, non potest mulier in præiudicium mariti vel liberorum de dote sua testari, quam ratione commissi adulterii amisit, sed remanet dos, secundum diuersitatem casuum, marito vel liberis existentibus, clare Lud. Rom. *consil. 286. incip. hæc Iuliana. per c. plerisq. de donat. inter virum & vxorem. authent. vt liceat matr. & auia. §. quia vero plurimos. collat. 8.*
20 *& auth. si nouo. C. ad l. Iuliam. de adult.* ibi gloss. & liberis † non existentibus dos marito cedit: sin extant liberi, illis conseruatur ius dotis iuxta *d. §. quia vero plurimos.* & dicit gloss. & Rom. *d. cons. 286.* Et quod dos ad heredes mulieris deuoluatur, tradit Campetius *in tract. de dote. q. 2.* allegat Bart. Castrens. Alexand. & Iasonem *in l. si ab hostibus. ff. solut. matrimon.* Ruin. *consil. 8. volum. 2.*

Cæterum hæc theorica, de dote per adulterium amissa, vt
21 locum habeat, requiritur quod vxor † à marito accusetur, seque maritus inscribat & probet adulterium esse commissum, in qua probatione, si maritus defecerit, ipse subiicitur pœnis. per text. *d. §. quia vero plurimos.* Ang. *in l. consensu. C. de repud.* Alexand. *cons. 189. num. 8. incip. in causa & lite. vol. 6.* Bart. *in l. miles. ff. de adult.* ibidem & gloss.

Vnde intelligi potest, ꝙ sine accusatione & inscriptione
22 propter † adulterium dos non amittitur, qua de causa si ma-
23 ritus quinquennium à tempore cõmissi adulterii † tacuerit, & simulando contentus fuerit, videtur vxori adulteriũ remisisse. Salyc. *in l. vlt. n. 4. vers. aut sciuit. C. de adult.* Bald. *cons. 303. vol. 3.* ibi ait, si maritus mores vxoris nouerit, & diu tacuerit, videt̃ factũ obliuioni tradere, & per cõsequens mulier à marito vi-
24 uo nõ accusata potest † ab heredib. mariti dotẽ repetere, nulla exceptione de adulterio obstante. Bald. *cons. 182. incip. Petrus firmo. volum. 3.* Castrens. *in l. cum mulier. num. 4. in verb. & tunc. ff. solut. matrim.* & Roman. *in l. Lucius. d. tit* Specul. *tit. de exception. §. declaratio. per l. 1.* ibi & Bart. *ff. solut. matrim.*

Pari

Pari ratione si mortua vxore maritus sciens de adulterio v-
xoris heredibus dotem petentibus velit obiicere, quod mu-
lier † adulterium commiserit, exceptio adulterii ei nihil pro- 25
derit, quin teneatur heredibus dotem restituere. *argument.l.*
cum mulier.ff.solut.matrimon.& Bartol.*in l.miles.§.soror.in fin.ff.de*
adulter.& argum.d.§.quia vero plures. Salycet.*in d.l.vlt.C.eodem.*
& scribit Constantius Rogerius *priuil.8.num.78.in tractat.de*
priuileg.dotis. quod pœnam amissionis dotis, cum non fuerit
accusata mulier, haud transmittat contra suos heredes, qui-
bus dotis repetitio competit, & Bartol.*in l.1.ff.ne ex delict.pri-*
uator. Quæ Bart.opinio etsi à Bald.Imol.Castren.& aliis *in d.l.*
*cum mulier.*improbetur: Eius tamen opinio nititur æquitate,
nimirum quod pœnalis actio sit † odiosa potius restringen- 26
da, quam amplianda, neq; transeat in heredem.*l.pupillum.§.in*
heredem.ff.de reg.iur.l.1.ff.de priuatis delictis.

Sin etiam mulier intra tempus luctus enixa fuerit, vt indu-
bitatum † sit, prolem non esse mariti defuncti, mulier effici- 27
tur indigna hereditate, vel qualibet donatione sibi à marito
relicta, *l.1.iuncta ibidem auth. eisdem pœnis. C.de secund.nupt.* Iason
& Dd.*in l.fideicommissum.C.de fideicommiss.* Quibus congruit, si
mulier tale aliquid inhonestum commiserit, propter quod
testator in vita donationem † reuocasset, ex tacita mente te- 28
statoris legatum seu donatio vxori non debetur. Bartol. Ca-
strens. Salycet. & Iason.*in d.l.fideicommissum.* & probat text.*in*
l.inimicitiæ.ff.de his.quib.vt indig.l.3.ff.de adimend.legat.

Vnde etiam si mulier marito mortuo cœpit luxuriose viue-
re & fornicari, eisdem pœnis † subiicitur, quas mulier pati- 29
tur intra annum luctus secundo nubens. *§.vlt.in auth.de restit.*
collat.4. Ripa *in l.2.num.7.ff.solut.matrimon.*& gloss.*in authent.sa-*
cramentum.in verb.contractis. C. quando mulier offic. tutel.fung.po-
test. quam gloss.sequitur Dec. *in l.1. C.de secund.nupt.* & Hippo-
lyt.*in singulari 687.* & ita perdit mulier propter commissum
stuprum in viduitate † omne lucrum, quod ex bonis mariti 30

habitura foret, non secus ac si stante matrimonio adulterium commiserit. Bart. Castrens. Salyc. & Ias. *in d.l. fideicommissum. n. 3.* & Castrens. *cons. 146. alias 121. iuxta primam impressionem. incip. reuocatur in dubium. lib. 2.* & Castrens. *d.l. sororem. in fine.* ibidem & Ias. & gloss. *in auth. eisdem pœnis. C. de secund. nupt.* Alciatus *reg. 2. præsumpt. 9. de præsumpt.* Chassan. *rubric. 6. §. octauo. la femme. in consuetud. Burgund.* ibi scribit, si mulier post mortem defuncti luxurietur, quod omnia sibi à marito relicta perdit, per Iason. *in l. 2. ff. solut. matrimon.* & Boerius *decis. 336.* & clarius Alexand. *in d.l. sororem.* & Crot. *in l. 4. §. Cato. collat. 4. vers. 7. quærit.* Bart. *ff. de*
31 *verbor. oblig.* ait, quod crimen † stupri sit leuius, quam adulterii, ideoque leuius punitur. *§. itém lex Iulia. Instit. de public. iudic.* Qua de causa, licet ob commissum adulterium mulier dotem amittat, *§. quia vero. authen. vt liceat matr. & auia.* tamen ob stu-
32 prum commissum non videtur, quod † plus amittere debeat, quam à viro acceperit, à quo dos remota est, vti Alexander probabiliter opinatur, cuius opinioni subscribit Chassan. dicitque se vidisse ita iudicari *in tit. des droitz. rubric. 4. §. 6. nu. 22. vers. sed quæro. folio 156. in consuet. Burgund.* & scribit Socin. hanc opinionem esse veriorem *cons. 111. vol. 3.* & probatur *arg. l. 1. l. 2. C. de secund. nupt.* scilicet, quod mulier infra annum luctus nu-
33 bens fiat iure ciuili infamis, & † perdat omnia, quæ à marito defuncto titulo lucratiuo consequi potest. *d.l. 1. & 2.* Vtiq; stuprum committere non magis honestati conuenit, q̃ secũdas nuptias infra tempus luctus contrahere. & Bart. *in l. his solis. in fin. C. de reuoc. don.* scribit, quod omnes pœnæ secundo nubentibus etiam locum habẽt in his, qui inhoneste viuunt, & secutus est Gail. *obs. 98. n. 15. lib. 2.* ibidem hanc materiam tractat. Et ꝙ per stuprũ mulier amittat ea, quæ habet ex donatione mariti defuncti, Alciatus interpretatur procedere, quando fornicetur infra tempus luctus; sin v. post tẽpus luctus stuprum
34 commiserit, nõ amittere ꝙ † à marito ei donatum est. Alciat. *reg. 2. præsump. 9. in tract. de præsum.* qui ita conciliat opinionem Castrens.

Castrens.& Alexandri,& dilucide Roland.à Valle *conf.86.nu.37.volum.2.* ibidem ait, mulierem multo minus amittere dotem, quæ est ipsius propria:& ista Alciati conciliatio habet rationem, etsi Petr. Duennas illam putat esse superuacuam, cum Alexandri opinio sit communis. Duen.*reg.12.* ibidem vtramque opinionem refert, & Boer. *decis.338.* copiosius *decis. Pedemontan.77.* & Roman. *cons.182.* scribit, quod maritus non amittat legatum,ab vxore ei † relictum, etsi infra annum ma- 35
trimonium contraxerit,quia vir vxorem lugere non tenetur. *l.vxores.ff.de quib.not.infamia.*

De Probatione verborum enunciatiuorum in vltimis voluntatibus.

TITVLVS VI.

SVMMARIA.

1 *Dispositiones defunctorum pro lege sunt seruandæ.*

2 *Verba dispositionis propter se prolata in testamento enunciata, inducunt probationem eorum, quæ in testamento geruntur.*

3 *Verba enunciatiua in vltima voluntate propter se emissa habent effectum in essentia actus, qui geritur.*

4 *Ex verbis enunciatiuis principaliter non propter se, sed propter aliud prolatis dispositio non resultat.*

5 *Verba enunciatiua respiciunt plerunq; tempus præteritũ & futurũ.*

6 *Verba enunciatiua conditionaliter prolata non inducunt dispositionem.*

7 *Enunciatiua voluntas militis rata habetur.*

8 *Testatoris enunciationi seu confessioni non statur, quod alii certam quantitatem vel summam debeat, nisi ab alio probetur, quod confessio testatoris sit vera.*

9 *Verba enunciatiua vel confessio testatoris quod in testamento non probet ratio est, quod liberi in sua legitima per talem confessionem possunt præiudicare, etiam creditores.*

10 Testa-

10 *Testator si sua bona in ultima voluntate taxauerit & æstimauerit, æstimatio est infirma, contradictore existente.*

11 *Testator si voluerit alicui per verba enunciatiua assignare aliquam quantitatem, tunc illa quantitas ut legatum honorato debetur.*

12 *Testator quando suam confessionem fundat super aliqua intentione, heres contra confessionem defuncti venire nequit.*

13 *Testator si iuramentum præstiterit, vel in testamento dixerit se iurasse, heredes stare tenentur iuramento defuncti.*

14 *Nemo præsumitur suæ salutis immemor.*

15 *Præsumitur esse verum quod quis in articulo mortis confitetur.*

16 *Confessione in ultima voluntate emissa, quam pars præsens acceptat, in cuius fauorem fit confessio valida habetur.*

17 *Confessio acceptata eandem vim habet, quam confessio inter viuos.*

18 *Verba enunciatiua fauore dotis probant, si testator præsente uxore fuerit confessus dotem se accepisse.*

19 *Verba enunciatiua fauore matrimonii probant.*

20 *Confeßio de dote accepta morte confitentis confirmari potest.*

21 *Confessione de dote accepta maritus sibi & suo heredi præiudicare potest, secus est quo ad creditores.*

22 *Verba enunciatiua fauore piæ causæ in ultima voluntate probant.*

23 *Verba enunciatiua ad liberandum prolata probationem inducunt & sufficit nudus consensus partium.*

24 *Verba enunciatiua gemina probant.*

25 *Geminatio verborum denotat firmitatem, & geminatus consensus tantum operatur quantum iuratus.*

26 *Verba enunciatiua in antiquis instrumentis probant.*

27 *Verba enunciatiua quoties ad substantiam actus, qui geritur, sunt necessaria, toties probant in testamento vel contractu.*

Iuris

IVris est incunctabilis, quod defunctorũ dispositiones pro lege † sunt seruandæ, *§. disponat. auth. de nupt. l. 1. ff. de legat. præstand. l. 2. C. comm. de legat.* Vnde verba dispositionis enunciatiua seu narratiua propter se in testamento de præsenti prolata probationem inducunt † eorum, quæ in testamento gerũtur. *l. cum proponebatur*, ibi & Bart. *ff. de legat. 2.* Corn. *consil. 210. n. 3. volum. 4. & cons. 108. volum. 2.* Bart. *in l. Lucius. in princ. ff. ad Trebell.* Gozadin. *cons. 11. n. 4.* Bald. *in l. his verbis. C. de testament. milit.* & Bald. *in l. serui electione. in fin. ff. de legat. 1.* Et ita verba enunciatiua in vltima voluntate propter se emissa † efficaciam & effectum dispositionis habent in essentia actus, qui geritur. Baldus *in d. l. his verbis.* & Bald. *cons. 511. n. 3. vol. 5.*

1
2
3

Vnde è contrario intelligi potest, quod ex verbis enunciatiuis, in testamento non principaliter propter se, sed propter aliud † prolatis, dispositio non resultet *l. ex hac scriptura.* ibi Bart. & Bald. *ff. de donat. l. verba testamenti.* ibi Alexand. *C. de testament.* Corn. *consil. 131. num. 2. volum. 3. & consil. 260. eod. volum.* & Alexand. *cons. 45. num. 4. volum. 1.* Bald. *consil. 263. volum. 1.* estq; communis Dd. conclusio. Franciscus Viuius *in verb. venditor. lib. 1. in suis commun. opinionib.* respiciunt enim huiusmodi verba enunciatiua † plerunque tempus præteritum vel futurum. Alexand. dilucide *consil. 190. num. 29. volum. 6.* Oldrad. *cons. 158. num. 2.* idcirco & conditionaliter † prolata dispositionem nõ inducunt. *l. ex facto etiam.* ibi gloss. *ff. de hered. instit.* Bald. *cons. 263. num. 3. volum. 1. per l. ex his verbis. C. de testament. milit.* ibi habetur, verba enunciatiua dispositionem testamentariam efficere non posse nisi testator sit miles. Cuius † voluntas enunciatiua valida habetur. Castrens. *cons. 407. satisfaciendo. num. 2. part. 1.* quem sequitur Crauett. *in tract. de antiquitat. tempor. in 1. part. in princip. incipient. ampliatur. num. 30.* & Bald. *consil. 511. num. 3. vol. 5.* scribit, quando huiusmodi enunciatiua verba seu narratiua non sunt de eadem dispositione seu eodem contractu, probationem non efficiunt.

4
5
6
7

Vnde testatore in suo testamento enunciante vel cõfiten-
8 te, quod alicui † aliquam quantitatem vel summam debeat: quam ex testamento nominatus petat, & heres negat confessionem testatoris esse veram, non statur cõfessioni seu enunciationi testatoris, sed petens adstringitur probationi quod enunciatio testatoris sit vera. *l. Lucius Titius. § quisquis. ff. de leg. 2. & l. verba testamenti. C. de testament. l. seu mancipia. ff. ad Trebell. l. si quis decedens.* ibi gloss. Bart. & Bald. *ff. de legat. 3.* Corn. *cons. 232. volum. 3.* Cuman. *cons. 61. n. 2.* & Castrens. *d. cons. 315. part. 1.* & Castrens. *in d. § quisquis.* ait, quod iste text. ad hoc semper allegatur, & Oldrad. *d. cons. 158.* & facit *c. vlt.* ibi Panormit. *n. 19. de suc-*
9 *cess. ab intestat.* notat, quod ista verba enunciatiua seu † confessio debiti testatoris in testamento non probat, rationem habet quod per confessionem suam testator possit liberis in sua legitima præiudicare, vel etiam agnatos & creditores in suo iure fraudare, vt habet textus *in d. l. seu mancipia.* & Panormit. *in d. c. vlt.* dilucide Speculator. § *nunc vidend. tit. de confess.* Bald. *in l. qui testamentum. ff. de probat.* & conuenit textus *in l. rationes.*
10 *C. de probat.* ibidem gl. celebris. Qua de causa si † testator in vltima voluntate sua bona taxauerit, taxatio infirma est, contradictore existente, qui veriorem taxationem & æstimationem adducere poterit, veritati dãdus est locus Castrens. *cons. 177. n. 2.* vbi subscriptio in parte. Nam cum verba remota sunt à dispositione sunt & remota ab effectu dispositionis. Et hæc ita de verbis enunciatiuis non propter se principaliter prolatis sese habent, *d. l. rationes.* ibidem gl. *in l. scriptura. C. com. vtriusque iud. facit l. 3. § si quis. ff. ad Silan.* Verum si voluntas testatoris ad dispositionem tendit, vtpote ea mente verba enunciatiua ꝓtulit testator vel cõfessus est se alicui aliquã quantitatẽ de-
11 bere q̃ consequi debeat, fideicõmisso locus est & † honorato tanquam legatum danda est quãtitas illa, modo qualitas verborũ hoc admittat. *l. Lucius Titius. § quisquis.* ibi & Bart. *ff. de leg. 2.* Bart. *in l. cum quis decedens. § codicillis. ff. de leg. 3.* Panor. *in c. vlt. n. 19. de*

29.de success.ab intestat. Alex.*cons 52.n.2.*& Ioan.Dilect.*tit.6.caut.6.in tract.de art.testand.*& cōmunis opinio.Nam quando testator suam confessionem † super aliqua intentione fundat he- 12
res contra confessionē defuncti venire nequit.Bald.*cons 89.n.3.vol.1.*Rol.à Vall.*cons.71.n.45.vol.2.*alleg.Rui.*cons.32.n.6.vol.1.*& Menoch.*cons.772.n.18.lib.8.*Simili modo quādo testator iuramentum præstiterit vel in testamento dixerit se iurasse,tūc propter † religionem iuramenti inter heredes standum erit 13
confessioni defuncti *l.cum quis decedens.§.codicillis* ibi Bartol.& Bald.*ff.de leg.3.*& facit tex.*in auth.quod obtinet.C.de probat.*Bart. *in l.Aurelius.§.quidā.ff.de leg.adimend.*& hoc casu militat regula pro confessione defuncti,q nemo † p̄sumitur suæ salutis im- 14
memor.Alc.*reg.3.præsump.4.de præsum.*& Felin.*in c.sicut.extr.de re iud.*q̃ præsumptio ex eo stabilitur,q quis † in articulo mor- 15
tis confitetur præsumitur esse verū,Hippolyt.*in rub.de fideiuss.n.46.*per gl.*in l.1.in fin.vers.apud iudicem.ff.de interrog.act.*

Quo pertinet etiam,confessione in vltima voluntate emissa,si pars † præsens est in cuius fauorem fit confessio,illamq; 16
expresse vel tacendo acceptauerit vel alius suo nomine acceptam habuerit,rata habetur confessio,adeo vt neq; reuocari queat.Castrens.*in d.l.Lucius Titius.§.quisquis.ff.de leg.2.*glo.*in l.cum pater.§.meæ.ff.de leg.2.*Socin.*cons.112.collat.3.*& Panor.*in d.c.vlt.*& Ioan.Dilect.*tit.6.caut.6.de arte testand.*Et habet huiusmodi † confessio acceptata eandē vim q̃ habet cōfessio inter vi- 17
uos.Iacob.de Beluis.*in auth.de iureiur.à morient.præstit.*Bald.*in l.Lucius.§.antepen.ff.de leg.3.*& Hippolyt. de Marsil.*in rubr.C.de probat.n.112.*

Pari ratione si testator præsente vxore fuerit † confessus, 18
quod dotem acceperit fauore dotis,verba enūciatiua probationem vel dispositionem inducunt.Bald.*cons.467.incip.confess.volum.3.*Alexand.*cons.190.num.25.volum.6.*Corn.*consil.232.in fin.volum.3* Cuman.*consil.612.*& Gozadin.*cons.42.num.10.*scribit,licet verba † enunciatiua inter alios non probent, tamen 19

fauore matrimonii probationem inducunt, Bald. *in c. sciens. de testibus.* diserte Alexand. *conf. 45. volum. 1.* ait, si confessio de dote fiat in præsentia vxoris, quod habeatur irreuocabilis, per Iacob. de Beluis. *in d. auth. de iureiur. à morient. præstit.* & confessio valida habetur, etiamsi vxor taceat, gloss. *in d. l. cum pater. §. mea. ff. de leg. 2.* Soc. *conf. 112.* Dec. *in l. semper. num. 4. ff. de regul. iur.*
20 Fulgos. *conf. 87.* Imo etiam huiusmodi confessio † de dote accepta morte confitentis confirmari potest. Bald. *in l. 1. in fin. C. de donat. ante nupt.* Alexan. *consil. 26. volum. 2.* & tenetur heres non minus quam ipse maritus confessionem ratam habere, argumento quod confessio præiudicans marito, potest & heredi præiudicare. *l. si creditoris. C. de seruo pign. dato manum. l. venditrici. C. de reb. alien. non alienand.* Roland. à Valle *consilio 91. volum. 1.*

Sed in huiusmodi confessione memoria tenendum est,
21 quod licet maritus sibi & suo heredi de † dote accepta possit præiudicare, tamen quantum ad creditores attinet contrarium est, in quorum præiudicium confessio nihil operatur, nec quicquam probat, nisi realis numeratio dotis demõstretur, inanis est confessio de dote accepta. Bald. Salycet. & Dd. *in l. assiduis. C. qui potior. in pig. hab.* & explicat Gail. *obs. 81. lib. practicar. obseru.*

Quin etiam pia causa doti comparatur, & è contrario. *l. cum his. §. si mulier. ff. de cond. indeb.* Bart. *in l. si ego. §. 1. ff. de iure dotium.* quem sequitur Menoch. *conf. 81. num. 22. volum. 1.* & Gozadin. *d. conf. 42.* & per consequens verba enunciatiua fauore
22 piæ causæ in vltima † voluntate, imo etiam in contractibus probant. Bart. *in repet. l. 1. quæst. 2. C. de sacros. eccles.* Alexand. *conf. 190. num. 16. volum. 6.* Bartol. *in l. ex facto. ff. de hered. instit.* copiose Tiraquell. *priuil. 86. in tract. de priuil. piæ causæ.*

23 Sin etiam verba enunciatiua † ad liberandum sunt prolata, confessionem & dispositionem inducunt, nec requiritur causa confessionis, prout in confessione ad obligandum desideratur.

deratur.*l.creditori.Cod.depact.*& ſcribit Schurff.*conſil.10.num.36. centur.3.*Nam in confeſſione ad deliberandum ſufficit modo nudus conſenſus partium interuenerit.Bald.*in l. verba. C.de teſtament.*& Felin.*in c.ſignificauit.extr.de teſtib.* Quin etiam verba † enunciatiua geminata probant. Bart. & Ang. *in l.ſeruus. verſ.ſin autem. C.de agric. & cenſitis. C.lib.11.* Caſtrenſ.*conſ.386. part.2.& in l.hac ſcriptura.ff.de donat.* Panormit.*in c. cautio.de fide inſtrum.*Corn.*conſ.104. volum.2.* & Euerhard.*in locis à vi geminationis per totum num.3.* ſcribit, quod conſenſus geminatus tantum operatur † quantum conſenſus iuratus,& geminatio verborum denotat firmitatem propoſiti & voluntatis.*l.quinquaginta.ff.de probat.l.Baliſta.*iuncta gloſſ. *ff. ad Trebell. l.ſi mulier. C.ad Velleian.*& Bartol. *in dict. l. cum ſeruus.* & Euerhard.*in dicto loco.* 24 25

In antiquis inſtrumentis † verba enunciatiua probant, velut ſi in antiquo inſtrumēto enunciatur vel narratur, Titium eſſe de aliqua iuriſdictione, vel huiuſmodi eſſe confinia, vel poſſeſſionem rei particularis ad aliquem pertinere: verba enunciatiua fidem faciunt.Bald. & Salycet.*in l. cum aliquis.C.de iure delib.*Bart.*in l.ex hac ſcriptura.ff.de donat.* Alexan. *conſ.60. circa fin.volum.1.*Iacobus Nouellus *in tract. de iure protomiſ.in 5.q.n. 77.*Bald.*conſ.112.nu.8.vol.1.* & Tiraq. *in tract.de præſcript.fol.104.* Menoch.*conſ.174.n.11.lib.2.* & Gail.*obſeru. 71.num 7.lib.2.pract. obſeruat.* Quotieſcunque ad ſubſtantiam † actus qui geritur verba enunciatiua ſunt neceſſaria, toties in teſtamento vel contractu probant.*l.cum proponebatur.ff.de leg.2.* Gozadin.*conſ. 11.*Corn.*conſ.210.vol.4.*Bald.*in l.qui volebat.in princip.ff.de hered. inſtit.*Bart.*in l.Lucius. §.filiam.ff.ad Trebell.* 26 27

De Conteſtatione in rebus alienis.

Titvlvs VII.

SVMMARIA.

1 *Iura testamentorum per se firma esse oportet, neq; debent ex alieno arbitrio dependere.*

2 *Sententia iusta nostræ voluntatis esse nequit, quæ alterius arbitrio subijcitur.*

3 *Impossibile est, quod vnius voluntas sit alterius voluntas.*

4 *Nemo sibi in rebus alienis heredem facere potest.*

5 *Hereditas est ius, & nemo plus iuris in alium transferre potest quã ipse habet.*

6 *Nemo licentiam alteri dare potest, vt suo nomine testetur.*

7 *Consentiens præsens alteri vt de suis rebus disponat, tunc ipsius expressus consensus efficit vt dispositio rata habeatur.*

8 *Quando alter disponit, alter expresse consentit, contestatio ex vtriusque consensu vim consequitur.*

9 *Qui alii consentit, sibi & suis successoribus præiudicat non secus ac si ipse actum celebrauerit.*

10 *Consentiens donationi rei suæ videtur donare, quia consentire est alienare.*

11 *Testator potest rem alienam legare.*

12 *Testator tam rem heredis quam propriam potest legare.*

13 *Res aliena alteri legata vero domino non præiudicat.*

14 *Heres tenetur à domino legatum redimere vel æstimationem legatario præstare.*

15 *Dominus legati si immensum petit sufficit iusta æstimatio.*

16 *Æstimationem legati iudex constituere potest vt iusta sit.*

17 *Res aliena si legatur oportet testatorem scire, quod sit res aliena, alias inutile est legatum si ignorat.*

18 *Testator si rem quam legat possidet & suam esse putat valet legatum.*

19 *Dubium si de scientia inciderit ad legatarium spectat probatio.*

20 *Res coniunctæ vel dilectæ personæ à testatore legata, non requiritur, an sciuerit vel ignorauerit testator rem alienam esse, con-*

se, coniunctæ vel dilectæ personæ debetur legatum vel eius æstimatio.

21 *Dilectæ personæ testatori esse censentur quæ licitæ affectionis ei sunt amici, vel diu testatori inseruierint.*

22 *Licita affectio habetur in testamento loco clausulæ codicillaris.*

23 *Personæ coniunctæ habentur fratres & ipsorum liberi similesque personæ iudicis officio censendæ.*

24 *Persona coniuncta censetur esse vxor testatori.*

25 *Rem alienam quam possidet testator si legat adiectis verbis, quod rem totam leget, æstimatio totius rei censetur esse legata.*

26 *Fundum vel rem communem si testator simpliciter legat non adiecta aliqua portione, dicitur solam portionem vel ius legasse quod testator in re habuit.*

27 *Ius pignoris vel vsumfructum si testator tantum in re habet, censetur ius illud legasse quod in re habuit.*

28 *Legatum in voluntatem heredis, quasi in arbitrium boni viri collocatum ratum habetur.*

29 *Dotis fauore legatum in alterius voluntatem conferri potest.*

30 *Fauor dotis & piæ causæ pari passu ambulant.*

31 *Heres ex cognatis testatoris vnum eligere potest, cui legatum præstatur.*

32 *Testator si plures habet fundos, domus seu equos, & in genere cuiq; arbitrio tertii legauerit, valet legatum vt à tertio declaretur.*

33 *Substantia legati non confertur in alterius arbitrium, sed electio.*

34 *Legatum si tertius nominatus arbitrari non potuerit vel noluerit, ad legatarium deuoluitur electio legati.*

35 *Legatarius rei legatæ habet electionem si à testatore nemo nominatus est qui electionem rei legatæ faciat.*

36 *Heredis est electio rei legatæ, si ex coniectura apparet testatorem de re certa sensisse.*

Iura

1 IVra testamentorum per se firma esse oportet, neque † ex alieno iudicio dependere debent. *l. illa institutio. l. illa autem. ff.*
2 *de hered. instit.* Quia sententia iusta nostræ voluntatis † esse nequit, quæ alterius arbitrio subiicitur, *l. 1.* Bartol. & Bald. *ff. de*
3 *testament.* estque † impossibile, quod vnius voluntas sit volun-
4 tas alterius: quin etiam nemo in rebus alienis † sibi heredem facere potest. *auth. ingressi. cum gloss. C. de sacros. eccles.* Bart. *in l. 1. n. 42. C. eodem. l. illa institutio. ff. de hered. instit.* Paul. Paris. *consilio 26. exteriore num. 17. lib. 2.* Alexand. *consil. 168. volum. 2.* Corn. *consilio 160. volum 2.*

5 Estque hereditas ius, & nemo plus iuris † in alium transferre potest, quam ipse habet. *l. hereditas. l. nemo potest. ff. de regul. iur.* Imo species furti est, de alienis largiri & debitorem sibi ex rebus alienis constituere. *l. si pignore. ff. de furt. l. si quis seruum. §. inter duos. ff. de legat. 2. l. si quis. §. cum. ff. ad Sillanian.* Cuius iuris obseruantia procedit, etsi quis alteri licentiam dederit, vt suo
6 nomine vel pro se testetur, nihilominus † contestatio nulla est, dicitur captatoria & plane à legibus improbatur. *l. illa institutio. & l. 2. ff. de hered. instit. l. captatorias. C. de testament. milit. l. captatoriæ. ff. de leg. 1. l. vtrum. §. cum quidam. ff. de reb. dub. l. si quis Sempronium. ff. de cond. & demonstrat.* quo casu defunctus decipi potuerit, vt ipsius bona ad heredes non peruenirent, de quibus ille cogitauerit, copiose Petrus Pecchius *c. 12. per tot. libr. 1. de testament.*

Quod diuersam rationem habet, quando quis est actui contestationis præsens, & alteri expresse consentit, vt de suis
7 rebus disponat, tunc consensus efficit, quod † dispositio rata habeatur, in bonis ipsius consentientis *per l. sicut.* ibi Angel. *§. venditionis. ff. quib. mod. pig. vel hypoth. soluitur.* Guil. Benedict. *in c. Raynutius. part. 1. in verb. condidit. de testament.* Iason *in l. vlt. n. 11. C. de pact.* Bart. Salycet. & Iason *in l. cum alienam. C. de legat.* & Nicolaus Euerhard. *cons. 12. & cons. 60. per totum.* cui subscribit Petrus Pecch. *d. c. 12. in fin. & c. 18. de testament. coniug.* & Ferdinan.

Vasq.

Vasq. *§.17.requisit.26.lib.2.in tract.de vlt.volunt.* & Ioan. Dilect. *tit.6.caut.37.tit.de legat.in tract.de arte testand.* Ratio esse poterit, quod alter † disponit, alter dispositioni expresse consentit, ex 8
quo vtriusque consensu contestatio vim & effectum consequitur. *d.l.illæ autem institutiones.l.Clemens patronus.§.vlt.ff.de hered.instit.* iuxta vers.

Si quid concedas nulla ratione coactus
Id ius donatum, sponte fuisse putat.

arg.l.donari.ff.de reg.iuris.

Vtique qui alii consentit, † sibi & suis successoribus non 9
secus præiudicat, ac si ab ipso actus dispositionis sit celebratus, obligaturq; ad præstandum illud, in quod consenserit, *l. cum quidam.C.de administr.tutor.* Ang.Bart.& Alexan. *in Apostil. d.§.venditionis.* Bart.Bald. & Ias. *in d. l. cum alienam.* Bald. *cons. 272.volum.5.* & copiose Nicol.Euerhard. *dict.cons.60.& cons.12.* scribit, quod consentiens dispositioni postea pœnitere nequeat, & clare Bald. *cons.102.incip.punctus.volu.2.* Vasq. *in d. loc.* & Roland. à Valle *cons.57.num.16. & seq.* inquit, quod consentiens donationi † rei suæ videatur donare, quia consentire est 10
alienare. *l.alienationis verbum.ff.de verb.signif.* & postquam consensus est præstitus contrauentioni non est locus. *l.sicuti ab initio C.de act. & obligat. l.in commodato.§.sicut ff. de commendat.* Est etiam speciali iure † ciuili introductum, quod testator potest 11
rem alienam legare. *l. cum alienam rem. C. de legat. §. non solum. Instit.eodem.* vbi dicitur, quod testator † tam rem heredis, quã 12
propriam possit legare. *§.potest.Instit.de singul.rebus per fideicom. relictis.l.vnam ex familia.§.si rem.ff.de legat.1.* Ias. *in l.heredem.C.de fideicom.* Cuius iuris obseruantia ita est intelligenda, ne vero domino † dispositio legati præiudicet, cuius proprium manet 13
legatum, sed heres tenetur à domino † legatum redimere, vel 14
iustam æstimationem legatario præstare. *d.§.non solum.* & Baldus *cons.84.vol.2.* Bart.Bald. & Ias. *in d.l.cum alienã* In qua æstimatione si dominus † immensum petat, iusta æstimatio suffi- 15

16 cit, quam etiam † iudex constituere potest. *l. qui quatuor. in fi. ff. de legat. 3.* Alex. *cons. 10. vol. 2. l. alienus. in fin. ff. ad leg. Falcid. l. non dubium. & l. et si dominus. ff. de legat. 3.*

Est & de legato rei alienæ aduertendum, quod procedat si
17 testator scit † rem esse alienam, sin ignorat, nullum est legatũ. *§ sed et si rem. Inst. de legat. l. 3.* ibi gl. & Dd. *C. eod.* Castrens. Saly-
18 cet. & Ias. *in d. l. cum alienam rem.* quæ nullitas † cessat, si testator rem legatam possidet, quam legat. suam esse putat, ratum habetur legatum. gl. *in d. l. cum alienam. in verb. si vxori. in fin.* quam secutus est ibi Cyn. & Platea *in d. § non solum. num. 18. Institut. de legat.*

19 Cæterum si de scientia † dubium inciderit ad legatarium spectat probatio. *§ verius. Institut. de legat. l. verius. ff. de probat.* & Dd. *in d. l. cum alienam.* Platea *in d. §. non solum.* Quæ probatio
20 cessat, quãdo legatarius † est persona testatori proxime coniuncta, vel dilecta, ab illa probatio non requiritur de scientia testatoris, an sciuerit rem alienam esse vel ignorauerit, æque vtile habetur legatum, quod præstandum est, vel eius æstimatio. Bart. Bald. Castrens. & Ias. *in d. l. cum alienam.* Paris. *consil. 57. num. 25. lib. 3.* & est communis Dd. conclusio. Corn. *cons. 32. vol. 1.* Alex. *cons. 157. in fin. vol. 7.* & secutus est Ioan. Dilect. *tit. 6. caut. 32. in tract. de art. testand.*

21 Dilectæ personæ esse censentur † testatori, quę liciti amoris & affectionis illi sunt amici, nimirum, quæ diu testatori inseruierint. Bald. Castrens. Fulg. & Ias. *in d. l. cum alienam.* & Ias. *in l. non dubium. C. de testam.* ibi secutus Bald. scribens, quod licita
22 affectio in † testamento habeatur loco clausulæ codicillaris. Bald. *in l. si iure. C. de testament. manum.* & Iason *in l. verbis ciuilib. num. 15. ff. de vulg. & pupill.* inter coniunctas personas habentur
23 fratres, & illorum liberi similesq; † personæ iudicis arbitrio censentur. Corn. *cons. 32. num. 2. vol. 2.* & voluit gloss. *in l. testamento. ff. de fideicom. heredit.* Alex. *cons. 4. vol. 2.* & Ias. *in d. l. non dubium. & in l. si res obligata. num. 8. ff. de legat. 1.* Bellon. *cons. 9. num. 8.*

Quin-

Quin etiam vxor † censetur marito esse coniuncta persona. 24
Bald.& Salycet.*in l.manifestissimum.§.cum.C.de furt.*& ait Bald. fieri coniunctione sacramentali.

Porro si testator rem alienam legat, quam possidet, & ad-
iicit verba quod rem totam leget, notandum est verbum † to- 25
tum, quod æstimatio totius rei censeatur esse legata: *per l. Iulianus.ff.de leg.3.*Bartol.Castrens. & Alexand. *in l.serui electione. §.vltim.ff.de legat.1.*Panormit. *in cap.filius noster.num.*4. ibidem Couarru. *num.5. de testament.* Alexand.*consil.10.num.15.volum.2.* Gozad.*cons.47.n.6.in fin.*Roland.à Valle *cons.85.num.47.vol 4.* & Francisc.Mantic *lib.3 tit.1.num.23.in tractat. de coniectur. vlt. volunt.* est & in huiusmodi casu voluntas testatoris consideranda: quid ille senserit.

Sin vero testator rem vel fundum communem simpliciter legat, non adiecta aliqua portione, dicitur solam portionem
vel ius legasse, quod testator † in re communi habuit: *l.serui e-* 26
lectione.§. vlt. ibi Bart.& Castrens.*ff.de legat.1.*& textus *in l. Sticho.ff.de vsufruct.legat.*ibidem Bartol.& Bald.*consil.414. volum.5.* Gozadin.*consil.47.num.6.* Iason *in l.res obligata.num.4.ff.de leg.1.* & Roland.*d.consil.85.lib.4.*

Pari ratione, si testator saltem ius † pignoris vel vsumfru- 27
ctum in re habet, censetur ius illud legasse, quod eius in re fuerit.*l.si domus.§.vltim.ff.de legat.1.* Iason copiose *in dict.l.si res obligata.*& Dd.*in l.cum alienam.Cod.de legat.* Alexand.*cons.47.nu. 4.volum.7.*

Quin etiam legatum in voluntatem heredis quasi in arbi-
trium boni viri † collatum, scilicet, si heres iustum putauerit, 28
firmum habetur. Bart.*in l.captatoria.ff.de legat.1.& l.si sic legatum. in princip. ff.de legat.1.* Barthol.*in l. Theopompus. de dote prælegat.*
scribit, quod fauore † dotis legatum in voluntatem alterius 29
conferri possit, quia dotis † & piæ causæ fauor pari passu 30
ambulat, Couarru,*in cap.relatum.num.2.& num.22.de testament.*

Imol. *in l. captatorias. ff. de hered. instit.* Bart. *in l. si ego. in princ. ff. de iure dotium.* Bald. *in l. illud. C. de sacrosanct. eccles.* & Tiraquellus *in præfat. in tract. piæ causæ.* Bart. *in l. nonnunquam. & l. si ita. ff. de cond. & demonst. l. 1.* ibi & gl. *ff. de leg. 2.* Et per consequens præcedēte
31 volūtate testatoris heres vnum ex cognatis † testatoris eligere potest, cui præstetur legatum *per l. heredes mei. §. vlt. ff. ad Trebellian.* Eodem pertinet, si testator plures habet fundos suis li-
32 mitibus † dimensos, vel domus, seu equos, etiam schypos, ex quibus in genere cuique arbitrio tertii legauerit, valet legatum, vti à tertio sicuti boni viri arbitrio declaratur *l. 1. ff. de leg. 2. l. vlt. §. sed et si. C. com. de legat. l. si lancem. ff. de aur. & arg. legat.* Castrens. *in l. si quis arbitratu.* ibidem & Zas. *num. 8. ff. de verb. oblig.* quo casu substantia institutionis seu legati non confertur in
33 alterius † arbitrium, sed rei electio. *l. fideicommissaria, ad fin. C. de fideicom. hered. l. heredes palam. ff. de testam.* Bald. *in l. captatorias. C. de testam. milit.* Sin vero tertius nominatus non voluerit vel nō
34 potuerit arbitrari vel eligere rem legatam, electio ad legatarium potest deuolui, ita tamē vt rem mediæ æstimationis eligat *d. l. vlt. §. sed et si. C. com. de legat.* Idem iuris est, si à testatore o-
35 mnino † arbiter non est nominatus, legatarius eligere potest. *l. legato generaliter.* ibi gloss. & Bart. *l. qui duos. l. si seruus legatus. §. cum homo ff. de leg. 1.* Et hæc ita de electione legati in genere relicti locum habent, nisi aliæ coniecturæ vel indicia appareāt
36 testatorem † de re certa vel domo certa sensisse, heredis est electio. *dict. l. legato generaliter.* ibi Accurs. & Bart. *l. si quis filio. §. si quis plures. l. si domus. ff. de legat. 1.* facit lex *qui lancem. ff. de aur. & argent. legat. §. optioni. Instit. de legat.*

De Vulgari Substitutione heredum.

Titvlvs VIII.

Svmmaria.

1 *Testator non solum sibi heredem instituere, sed etiam illi, quem instituit,*

stituit, alium substituere potest, idque directe vel oblique,

2 *Vulgaris substitutio sequens secunda est institutio, quæ à quolibet fieri potest, veluti si ille mihi heres non erit, alius sit heres.*

3 *Substitutio in se continet etiam institutionem.*

4 *Omnis substitutio habetur pro institutione.*

5 *Testamentum à gradu vulgaris substitutionis incipere potest, si præcedens gradus deficiat.*

6 *Substitutio vulgaris potest esse expressa vel tacita. Exempla ponuntur.*

7 *Differentia est inter directam vulgarem & fideicommissariam, quod ex illa directe succeditur in ius defuncti, ex hac per aliam mediam personam.*

8 *Vulgaris substitutio totam hereditatem in substitutum transfert, fideicommissaria Trebellianicæ subiecta est.*

9 *Substitutio potius præsumitur directa quam fideicommissaria.*

10 *Substitutio quoties directa interpretari potest, nunquam obliqua interpretatur.*

11 *Ex vulgari substitutione semel heres existens, postea heres esse non desinit.*

12 *Hereditate ex vulgari substitutione adita omnis voluntas testatoris rata constituitur.*

13 *Rata constituitur voluntas testatoris, quando aditio ab ipso instituto facta est.*

14 *Fideicommissaria seu obliqua substitutio vires consequitur per aliam mediam personam, vtpote conditione existente, vt hereditas fideicommissario restituatur, retenta instituto Trebellianica.*

15 *Nihil interest in fideicommissaria substitutione, an ex testamento codicillis vel ab intestato fiat.*

16 *Substitutio per verba communia facta ante pupillarem ætatem censetur esse directa, post pubertatem obliqua.*

17 *Substitutus pupillo moriente in pupillari ætate directe succedere potest post pubertatem vsq; ad Trebellianicam.*

18 *Substitutio pupillaris fideicommissum non admittit.*

19 *Substitutio directa post pupillarem ætatem hereditate adita sibi non vendicat locum, sed fideicommissaria.*

20 *Heres fideicommissarius totius hereditatis iura actiua & passiua consequitur, excepta Trebellianica.*

21 *Substitutio si ita facta sit, si intra certos annos filius moriatur, filio adeunte hereditatem, & intra annos 25. moriente, non obstat aditio à filio facta, quin possit ex fideicommisso hereditatem adire substitutus.*

22 *Heredibus filii manet salua Trebellianica.*

23 *Hereditas licet sit restituenda, tamen fructus medio tempore percepti non sunt restituendi.*

24 *Si institutus conditione pendente vel die cedente bona dissipat, cautionem fideicommissario præstare tenetur de bonis non dilapidandis sed restituendis.*

25 *Fructus in Trebellianicam computantur ex mora interueniente.*

IVribus testatum est, testatorem non solum in suo testamen-
1 to sibi heredem instituere, sed etiam illi, quē † instituit, aliū substituere posse, idq; per directam, vel obliquā seu fideicommissariam substitutionem. Quarum prior directo ius succedendi substituto contribuit, secunda vero non nisi alia persona mediante. Bald. *in l. si quis ita. ff. vsufruct. quemad. caue.* Bart. Bald. *in l. filium. C. famil. ercisc.* Bald. *cons. 170. vol. 4. §. restituta. Inst. de fideicom. hered.* Bald. *cons. 422. volu. 3.* habentur & huiusmodi substitutiones difficiliores, quod in quæstione voluntatis testatoris plerunque versantur.

2 Estque vulgaris † substitutio sequens vel secunda institutio conditionalis, quæ à quolibet fieri potest, veluti si testator dixerit: *si ille mihi heres non erit, ille heres esto. in princ. Instit. de vulg. l. 1.* ibi gl. Bart. & Dd. & copiose Iason *ff. de vulg. & pupill.* Iason *in l. 1. ff. de legat. 1.* Bald. *cons. 170. vol. 3.* Vnde intelligi potest, quod
3 substitutio in se etiam † continet institutionem, scilicet, si testator

ſtator dixerit: *Sempronium mihi heredem inſtituo, & ſi ipſe heres nõ erit, Titium inſtituo vel ſubſtituo:* intelligitur, quod Sempronius pure in primo gradu ſit heres, & ſequitur conditio, *ſi ipſe heres non erit Titium heredem fore. d. l.* ibi Bart. Iaſon & reliqui *ff. de vulgar. & pupil.* & text. *in l. 2. §. defertur. ff. de bonor. poſſ. ſecundum tab.* & clare Rolandinus *rub. 22. in ſuo tract. de teſtam.* Vtique omnis ſubſtitutio † habetur pro inſtitutione. Bart. & Bald. *in l. mulier.* 4 *§. vlt. ff. de condit. inſtit.* & gloſſ. *in l. ex facto etiam. ff. de hered. inſtit.* & Alex. *conſil. 233. volum. 1.* Vnde etiam teſtamentum à gradu ſubſtitutionis † vulgaris incipere poteſt, ſi præcedens gradus 5 deficiat. *l. 3. §. vlt.* ibi Bart. *ff. de lib. & poſthum. l. ex facto. §. Lucius. ff. de vulg. & pupill.* Nam primo gradu vitiato, non corruit teſtamentum. Iaſ. *in l. 1. n. 14 ff. de leg. 1.*

Deinde ſciendum eſt, quod ſubſtitutio vulgaris † alia ſit 6 expreſſa, alia tacita. Expreſſa eſt, *ſi Sempronius non erit heres, Titius heres eſto.* Tacita ſit ſubſtitutio, quando tacite ſubauditur, veluti, *Sempronium & Titium mihi heredes inſtituo, & eos inuicem ſubſtituo,* ex quibus † verbis, *eos inuicem ſubſtituo*, tacite intelli- 7 gitur, ſi Sempronius heres non erit, Titium heredem fore, eodemque modo, ſi Titius heres non erit, Sempronium heredem futurum. *l. cum in teſtamento. §. hac verba ff. de hered. inſtit. l. nam & hoc iure.* ibi clare Bart. *& l. Lucius in princip. ff. de vulgar. & pupillar.* Et poteſt huiuſmodi ſubſtitutio reciproca ſeu breuiloqua dici. *l. cum hoc iure. & l. Lucius ff. de vulgar. & pupillar.* ibi Bart. *& l. Titius & Seius. ff. de heredibus inſtituend.*

Porro eſt differentia inter vulgarem ſubſtitutionem † directam, & fideicommiſſariam ſeu obliquam. Ex hac ſucceditur interueniente alia perſona. Bald. *in d. l. ſi quis ita. ff. de vſufru. quemad. caueat.* Illius directæ natura eſt, vt deficiẽte vel nõ ſuccedẽte inſtituto, quod ſubſtitutus directo ſine vlla diminutione hereditatem capere poteſt. *l. quoties. § heres. & l. hereditas. ff. de hered. inſtit. l. centurio.* ibi Doctores *ff. de vulg. & pupill. l. cum proponas. C. de hered. inſtit.* Guil. Bened. *in c. Raynutius.* Bald. *conſ. 298. volum.*

volum.1. & Dec. *consi.416.* Quo euenit, vt directa vulgaris insti-
8 tutio totam † hereditatem in substitutum trásferat, quæ plenior & dignior esse intelligitur ex eo, quod à Trebellianica sit immunis, cui fideicommissaria seu obliqua institutio subiecta est, ideoque minus vtilis. *l. coheredi. §. filia. & l. centurio.* ibidem Bart. & Dd. *ff. de vulg. & pupillar. §. sed quia stipulationes. Instit. de fideicomm. hered. l. 1. & per totum. ff. ad Trebell. l. iubemus. Cod. eodem.* Bald. *consi.422. volum.3. l. vltim.* ibi gloss. *C. quand. dies legat. cedit.*

Quin etiam respectu dignioris substitutionis potius præ-
9 sumitur substitutio † directa, quam fideicommissaria seu obliqua. Bart. *in l. Gallus. §. recte quidem. num.2.* ibidem & Alex. *nu.6. ff. de liber. & posthum.* Bald. *in l. verbis ciuilibus. ff. de vulg. & pupill.* gloss. & Bald. *in l. precibus. C. de impub. & aliis substit.* & Ruin. *consi.*
10 *320. num.18. volum.2.* scribit, quoties substitutio directe † potest interpretari, quod nunquam interpretetur fideicommissarie; erudite Bald. *consi.35. incipien. pater filio. volum.2.* Bald. *in l. si quis ita. ff. vsufruct. quemadm. quis.* Paris. *consi.41. num.12. volum.2.* Roland. à Valle *consi.69. volum.1.* & secutus Menoch. *parte 2. libro 4. num.66. in tractat. de præsumpt.* estque magis recepta opinio.

11 Quo euenit etiam ex directa substitutione vulgari † semel hereditate adita quod adiens postea heres esse nōn desinit. *l. post aditam,* ibi Bart. Bald. Castrens. & Ias. *C. de impub. & aliis substit. l. qui soluendo. in fin. ff. de hered. instit.* Corn. *consi.160. volum.4. & consi.303. num.7. volum.1.* Imo hereditate ex simplici vulgari in-
12 stitutione adita † omnis voluntas testatoris quantum ad directam institutionem & substitutionem rata constituitur. *l. si patroni. §. fideicommissa. in verb. cum eum. ff. ad Trebell.* & hoc intel-
13 ligitur procedere, quando † aditio facta est ab ipso substituto in locum instituti succedēte. Bart. *in l. Cornelia. num.2. de vulg.*

Quod diuersum est in fideicommissaria seu obliqua sub-
14 stitutione, quæ vires † consequitur per aliam mediam personam.

nam. Bald. *in d. l. si quis ita. ff. de vsufruct.* à qua persona conditione existente fideicommissario tota hereditas restituitur, reseruata instituto Trebellianica. *l. 1 l. heredi as. ff. ad Trebell. §. in primis. Institut. de fideicommiss. hered. l. iubemus. C. ad Trebell.* Nec quid interest, an restitutio ex testamento vel ab intestato, seu ex codicillis † fiat, æque detractioni Trebellianicæ locus est. 15
l. vlt. ibi gl. & Bart. *C. quand dies leg. ced. l. hereditas. l. quamuis. ff. ad Trebell. l. 2. in fin. ff. de iure codicill.* Quo euenit, vt aditio, quæ respicit tempus restitutionis hereditatis & detractionis Trebellianicæ, medio tempore maneat commutabilis. Nam posito quod pater habeat impuberem, cui vulgariter substituat, vtputa quod dicat, *si filius sine liberis decesserit, quod Titius sit heres* Quæ substitutio per verba communia facta, continet pupupillarem & † vulgarem substitutionem, & censetur ante 16
pubertatem iuris esse directi, post pubertatem fideicommissarii iuris. *l. in pupilla i. & l. 2. ff. de vulg. & pupil.* Bart. *in l. 1. num. 56. & in l. centurio. ff. eodem.* legaliter Oldrad. *cons. 125.* scribit quod hoc fiat ex effectu verborum communium. gloss. Alexander, Iason *in l. precibus. C. de impuber. & aliis substit.* Bald. *consil. 175. vol. 5. num. 5. & cons. 398. vol. 4.* Roland. à Valle *consil. 69. lib. 1.* Zasius *in c. 1. in fin. in tract. substit.* Alexand. *cons. 32. volum. 2.* Gozad. *cons. 32.* estque communis opinio Bald. *d. cons. 398.* & ita per consequens filio in pupillari ætate decedente substitutus illi in totum † directo succedere potest post pubertatem vsque ad 17
Trebellianicam. Bald. *d. consil. 398. volum. 4. & consil. 185. n. 5. vol. 5. & cons. 176 in fin. vol. 3.*

Estque ratio diuersa vtriusque substitutionis succedendæ, nempe, quod † pupillaris substitutio fideicommissum non 18
admittit, sed directo ius succedendi contribuit substituto. *l. verbis ciuilib. l. ex facto. §. item quæro. & l. in pupillari ff de vulg. & pupill.* Post pupillarē ætatem; hereditate adita, directa substitutio sibi non † vendicat locum, sed fideicōmissaria, quæ ex 19
causa alterius personæ, scilicet successoris ex testamento, vel

ab intestato incidit, à qua persona etiam herede fideicõmis-
20 sarius totius hereditatis iura actiua & † passiua consequitur, excepta Trebellianica, *§. restituta. §. sed quia stipulationes. Instit. de fideicom. hered. l. 1. l. hereditas. ff. ad Trebell. l. iubemus. Cod. eodem.*
21 Nec quid refert, quod hereditas sit adita: nam substitutio † in certos annos facta, annis finitis, fideicommissum vires acquirit, veluti si filius intra 25. annos vita decesserit alius sit heres, tunc filii aditio intra 25. annos decedentis facta substitutio alii non obstat, quin ex fideicommisso hereditatem cõsequa-
22 tur, salua heredibus † filii Trebellianica, id est, hodie legitima, *l. cum auus. ff. de cond. & demonst. l. cum acutissimi. C. de fideicom. l. si pater puellæ. C. de inoffic. testamen. l. ex his verbis. C. quand. dies leg. ced.* Bald. *consil. 398. volum. 4.* dicit, omnes ita tenere. Bart. *in l. 1. num. 56. ff. de vulg. & pupill.* Oldrad. *consil. 125.* & Zasius *in cap. 1. in fin. in tract. de substitut.* & facit textus *in l. ex facto. §. cum filia.* ibi habetur, quod restituenti hereditatem filii debeatur Trebellianica, & hoc procedit si testamentum iure valeat, herediq; in eodem substitutio facta sit, vel heres ab intestato rogetur, vt hereditatem restituat. *d. §. cum filia. §. in primis. §. præterea. Instit. de fideicommiss. heredit.* Habet & clausula codicillis in testamento inserta vim fideicommissi constituendi. Bald. *consilio 170. in fin. volum. 5.* Socin. iun. *consil. 6. lib. 3.* Crauetta *consilio 22. num. 8.*

Porro etsi ex causa fideicõmissi hereditas substituto sit resti-
23 tuenda: tamẽ heres † seu media persona fructus quos pendẽte conditione perceperit restituere non tenetur, nã illos medio tempore ex indicio testatoris accepit *l. mulier. §. alia causa. l. fideicommissariam. ff. ad Trebell. l. 3. C. de fideicomm.* & copiose tractat Gail *obs. 133. lib. 2. pract. obseru.* quod indicium testatoris ad fructus consumẽdos se solummodo extendat. Nam si iste heres pendente conditione ipsa bona dilapidat, quorum vsum-
24 fructum habet, potest substitutus heres † ab ipso descriptionẽ bonorum & cautionem de nõ minuenda hereditate petere

Guid.

Guid.Pap.*q.351.auth.contra.C.ad Trebell.l.inter omnes.ff.qui satisd.* *& l.diuus.ff.de petit.hered.* Quin etiam si quid ab illo instituto alienatum est à fideicommissario vsq; ad Trebellianicam ab emptore posse reuocari consuluit Bald.*cons.485.vol.5.* Deinde etiam si moram in restituenda hereditate committat, fructus quos percepit in Trebellianicam † computantur. *d.l.fideicommissariam.& d.l.mulier.* ibi Accurs. Bart. & Bald. *& in l.ex facto.in princ.ff.ad Trebell.* Gozad.*cons.97.* Corn.*cons.158. vol.3.* & Gail.*d. obs.133.* plures limitationes colligit. 25

De Pupillari substitutione.

Titvlvs IX.

SVMMARIA.

1 *Iure Romano pater liberis impuberibus de futuro herede prospicere potest, donec ad ætatem peruenerint, qua sibi ipsi heredem constituere possint.*

2 *Pater sibi testamentum facere potest, & pupillarem substitutionem in eodem testamento adiicere.*

3 *Pupillare testamentum est paterni testamenti sequela.*

4 *Pupillari in institutione præcipue requiritur, quod sit impubes in potestate constitutus, & heres instituitur pupillus.*

5 *Impubes si ante pupillarem ætatem decedat, substitutus in omnibus bonis pupillo succedit.*

6 *Olim iure Romano habebat pater in liberos vitæ & necis potestatē exercendi.*

7 *Cessante patria potestate cessat & pupillaris substitutio.*

8 *Pater liberis emancipatis & naturalibus, quos non habet in potestate pupillariter substituere nequit.*

9 *Mater cum liberos non habet in potestate eis substituere nequit.*

10 *Vulgaris institutio quando in se continet tacitam pupillarem, & pupillo pupillari ætate decedente tota hereditas deuoluitur ad substitutum.*

11 *Pupillaris tacita substitutio vti sub expressa vulgari continetur, ita sub expressa pupillari tacita vulgaris continetur.*
12 *Pupillaris substitutio per se adueniente pubertate in totum expirat, nec obliquam substitutionem admittit.*
13 *Pupillaris substitutio si ad tempus infra pupillarem ætatem est limitata, pupillo superuiuente illud tempus, substitutio in totum extinguitur.*
14 *Conditione existente vel die veniente ex vulgari substitutione succedit substitutus vsq; ad Trebellianicam.*
15 *Mater potest vulgariter substituere licet liberos non habeat in potestate.*
16 *Filius à matre institutus si ante pubertatem vel post pubertatem diem obierit, vtroq; casu substitutioni est locus.*
17 *Patria potestas est iure Romano inæstimabilis.*
18 *Pupillaris substitutio non habet locum in regnis & prouinciis, in quibus secundum ius Romanum patria potestas non seruatur.*
19 *Patria potestate cessante cessat & pupillaris substitutio.*
20 *Pupillaris substitutio causam à patria potestate habet.*
21 *Legitima debetur heredibus impuberis.*
22 *Facultates propriæ filij non tenentur fideicommissi.*
23 *Filius de vxore ducenda institutus si duxerit, in totum substitutio extinguitur.*
24 *Momento temporis vt conditio momentanea impleatur sufficit ad institutionem & substitutionem.*
25 *Testator si sine liberis decesserit, & liberis procreatis, si tempore mortis testatoris non extant, substitutio in eum casum non extinguitur.*
26 *Verba,* sine herede, *intelliguntur, sine liberis.*

MOribus populi Romani introductum est, quod paterfa-
1 milias † liberis suis impuberib de futuro herede prouidere poterit, donec ad ętatem illam peruenerint, qua sibi ipsi heredem

heredem instituere possint. Qua de causa si pater sibi testamentum fecerit, & in eodem † pupillarem institutionem inseruerit, rata habetur patris institutio & filii substitutio. Nam pupillare † testamentum est pars & sequela testamenti paterni. *§. liberis. Instit. de pupill. substit. l. 2. l. qui plures. ff. de vulg. & pupillar. l. Papinianus. §. sed nec impuberib. ff. de inoffic. testam.* 2 3

Et hæc pupillaris substitutio secundum ius Romanum vt sibi locum vendicare possit, præcipue tria requiruntur. Primo, cui substituitur quod sit de liberis testatoris in potestate constitutus.

Secundo quod fiat † impuberi, quo loco habetur & posthumus: nam pupillariter puberibus non substituitur. 4

Tertio quod impubes heres instituatur, cui substituitur, alias testamentum viribus deficitur. *d. l. 2. ff. de vulg. & pupill.* ibi Bart. *num. 2. §. extraneo. Institut. eodem. l. inter cætera. ff. de liber. & posthum.* copiose Gozadin. *consil. 104. per tot.* Zas. *in c. 2. de pupillar. substit.* plura requisita commemorat.

Ex quibus intelligitur, quod speciali iure scilicet ratione patriæ potestatis introductum est, patrem posse liberis impuberibus condere testamentum & substituere, *l. 2.* ibi gloss. & Bartol. *ff. de vulgar. & pupillar. Institut. per tot. pupil. substitut.* Cuius substitutionis effectus est, si impubes vel posthumus ante pubertatem decesserit, quod in omnibus † bonis vndecunq; acquisitis siue à patre, siue à matre, substitutus impuberi succedere possit. §. *non solum.* ibi Platea *Institut. de pupillar. substitut. l. 2. & l. sed si plures.* §. *substitutos.* ibi Bartolus & Bald. *ff. de vulgar. & pupill.* Bald. *consil. 464. num. 3. volum. 5.* Rom. *consil. 394. in fin.* Bart. *in l. si pater. & seq. ff. de capt. & postlim. reuers.* Alexand. clare *consil. 247. vol. 6.* scribit, quod etiam huiusmodi pupillaris substitutio habeat locum adhuc matre viuẽte. Cuius iuris obseruantiã † à iure Quirito, id est, Romuli, originem traxisse, & postea in leges 12. tabularum relatam esse scriptores referunt, quo iure patribus potestas data est, non solum liberos 5 6

vendere, sed etiam in illos vitæ, necisq; potestatem exercere *l. in suis. in fin. ff. de liber. & posthum. & l. vlt. C. de patria potest.* Vnde intelligi potest, quanta insatiabilis dominandi Romulo & suis posteris fuerit libido, vt proprio sanguini non parcendũ statuerit, tum res leuis erat, vt in bonis liberorum ius testandi parentibus concederetur, idque intuitu patriæ potestatis,
7 quâ cessante † cessat & huiusmodi pupillaris substitutio, quod ex eo cognoscitur, in liberis emancipatis & liberis na-
8 turalibus, in patris potestate non † existentibus, pupillarem substitutionem non habere locum. *l. 2. ff. de vulgar. & pupillar. l. 3. ff. de his qui sui vel alien. iuris. & in princip. Institut. de patria potestat.*

9 Pari ratione cum mater † liberos non habet in potestate, illis pupillariter substituere nequit. *§. mater. Institut. de exhered. liber. §. cæteri. Instit. de hered. qualit. & differ.* Ex quibus & latius infertur, in regnis & prouinciis, vbi obseruantia patriæ potestatis secundum ius Romanum non est recepta, quod ibidem non tam pupillaris substitutio habeat considerationem, quã vulgaris in se continens tacitam pupillarem, veluti si dico, *Filium meum mihi heredem instituo, & si filius mihi heres non erit, Titius heres esto.* Sub qua vulgari substitutione tacite pupillaris comprehenditur: quia eo ipso cum dico, *si heres non erit*, resultat vtriusque substitutionis species, scilicet vulgaris & pupillaris. Vnde si filius decesserit in pupillari ætate
10 tota hereditas † deuoluitur ad Titium substitutum. *l. iam hoc iure, ff. de vulgar. & pupillar. l. quamuis. & gloss. vltim. in leg. precib. in verbo, sed in pagano. Cod. de impuber. & aliis substitut.* Quam gloss. sequuntur Alexander & Iason, quia cum dictum sit, *si filius sine liberis decesserit, vel sine liberis quandocunque decesserit, Titium substituo*: censetur directa substitutio esse intra pubertatem, post pubertatem fideicommissaria. Dyn. Gloss. & Bart. *in l. centurio ff. de vulgar. & pupillar.* Alexand. & Iason & gloss. *in dict. l. precibus. de impuber. & aliis substit.* Oldrad. *consil. 125.* estque com-

communis opinio. Bald. *conſ.175. volum.5. & conſil.389. volum.4.* Roland. à Valle *conſil.69. lib.1.* Zaſius *in cap.1. in fin. de ſubſtit.* Alciat. *cap.1. lib.10. parerg.* Couarru. *in cap. Raynutius. §.9. de compend. ſubſtitut.*

Quin etiam prout ſub vulgari expreſſa † ſubſtitutione ta- 11
cita pupillaris continetur: ita & ſub expreſſa pupillari continetur tacita vulgaris. *dict. l. iam hoc iure. in princip.* ibi Bart. & *in l.1. & 2. ff. de vulg. & pupillar. l. qui liberis. §. hac verba. ff. eodem.* Canoniſtæ *in c. Raynutius.* ibi Couarru. *§.5. de pupill.* Afflictus *deciſione 367.* Guil. Benedictus *in cap. Raynutius. num.138.* Vnde per conſequens prout ex expreſſa vulgari teſtamentum incipere poteſt, ita à tacita pupillari contenta in expreſſa poteſt initium ſumere. *l. iam hoc iure.* ibi Bartol. & Doctores *ff. de vulgar. & pupillar.* Matthæus Gribald. *in verbo, teſtamentum. in tract. com. opinion.*

Qua ratione, etſi ambæ ſubſtitutiones conueniunt, quod vtraque à ſuo gradu incipere poſſit, tamen diſſidet pupillaris à vulgari, quod illa nullum † fideicommiſſum admittit & pu- 12
bertate eueniente in totum expirat, ne ex illa ſubſtitutus ſuccedere poſſit, *l. in pupillari. l. verbis ciuilibus.* ibi Bartol. & Dd. *l. ex facto. §. item quæro. ff. de vulg. & pupill. l. quamuis. C. de impuber. & aliis ſubſtit.*

Pari ratione ſi pupillaris ſubſtitutio intra pubertatem ad certum tempus, vtputa ad decem annos, eſt limitata & conſtricta, & illud tempus filius † ſuperuixerit, in totum ſubſti- 13
tutio extinguitur. text. *in l. ſi ita quis. ff. de vulg. & pupill.* Bart. *in l.1. n.56. verſ. mihi. d. tit. & argum. d. l. iam hoc iure. & l. in pupillari. ff. de vulg. & pupill.*

Quod diuerſam cauſam habet, quando pupillaris expreſſa in ſe continet etiam tacitam vulgarem, multo magis expreſſam, tunc pupillari ſubſtitutione extincta vulgaris in fideicõmiſſum reſoluta locum obtinet, ſcil. poſt pubertatẽ filio moriente, vt conditio ſubſtitutionis extiterit, vel dies venerit, ex

vulgari

14 vulgari substitutione † substitutus succedit vsque ad Trebellianicam, quæ heredibus filii cedit. *l. coheredi. §. si ita. ff. de vulg. & pupill. l. si pater puellæ. C. de inoff. testament.* clare Bald. *consil. 176. in fin. volum. 3. & consil. 398. volum. 4. & cons. 278. d. volum.* Corn. *cons 303. vol. 1.* quod ius vulgariter substituendi & matri est concessum, cũ liberos non habet in potestate, ex qua directa substitutio causam habet. Qua de re si mater pupillariter & vul-
15 gariter † liberis substituat pupillaris substitutio est inualida, vulgaris rata habetur & sortitur effectũ. *l. si mater.* ibi gl. & Castren. *ff. de vulg. & pupil.* & per consequens, si filius, cui substitu-
16 tio facta est à matre, intra † pubertatẽ vel post pubertatẽ diem obierit, vtroq; casu fideicommissariæ substitutioni est locus: Bart. *in l. verbis ciuilibus. num. 6. ff. de vulg. & pupill.* dicit, omnes ita tenere, gloss. & *in addit. in l. precibus.* ibi Bald. Castrens. & Salyc. *C. de impub. & aliis substit.*

Vtiq; in substitutionum quæstionibus voluntates testantium dominantur, quo fit vt explicatu & interpretatione habeantur difficiliores, & Doctores, dum alter alterum in explicatione vel cumulatione potius opinionum superare contendit, minus mentem ac sensum testatoris considerant, nędum causam iuris oriundi sat perpendunt, quę est in pupilla-
17 ri substitutione patria potestas, iure Romano † inæstimabilis. *l. filiusfamilias. §. si liberos. ff. de legat.* Vnde colligere promptum est, quod substitutio pupillaris locum non habeat in regnis & prouinciis, vbi patria potestas non viget secundum observantiam iuris Romani, vti apud Germanos & alias
18 gentes, apud quas † cessat ius illud rigorosum Romanum patriæ potestatis, etiam potest cessare pupillaris substitutio, ita tamen vt vulgaris substitutio suam vim & effectum obtineat. Veluti filio in ætate infantiæ adhuc existente, vel impubere, & pater testamentum fecerit, in quo substituerit, si filius sine liberis morietur, vel antequam vxorem duxerit, vel antequã ad legitimam ætatem peruenerit, vita decesserit, quod alius

sit

sit heres, vel substitutus, filio in pupillari ætate mortuo existimandum est, scilicet † patria potestate cessante, ex qua pu- 19
pillaris substitutio suam causam † & essentiam habet, quod 20
etiam cessare possit in pupillari ætate directa substitutio, & quod tam intra tempus pubertatis quam post ipsam pubertatem fideicommissariæ substitutioni sit locus, salua heredibus filii Trebellianica, *argum. l. si pater puellæ. C. de inoffic. testam.* ibi Dd. *& l. iam hoc iure. ff. de vulgar. & pupill.* clare Bald. *cons. 84. volum. 4. & cons. 198. volum. 4.* probatur *l. coheredi. §. cum filiæ.* qui textus indicat, cum impubes, cui facta est substitutio, decedat, quod heredibus eius debetur Trebellianica, hoc est legitima, quæ iure naturæ & ciuili ad impuberem statim patre mortuo sine omni conditione & grauamine est deuoluta. *l. quoniam prioribus. in fin.* ibi Bart. Bald. & Iason *C. de inoffic. testament.* & Dd. *in auth. nouissima. C. de inoffic. testament.* & Bald. *d. consil 84. & cons. 398. volum. 4.* Qua ratione si filius, cui substitutio facta est, sine liberis decesserit, vel ad legitimam ætatem non peruenerit, vel vxorem non duxerit, licet de rigore iuris heredes filii videantur exclusi: tamen ex prouisione legis in ius
legitimæ, quod filius à † patre habuerit, succedere possint, de 21
qua & filius testari potuerit. *l. ex tribus. C. de inoff. testamen.* Bald. *cons. 398. volum. 4. & l. quoniam prioribus.* ibi Bald. Bart. & Salyc. & argum. §. *cum filiæ.* ibi ait Papinianus: *Quod propriæ facultates*
filii † fideicommissi non teneantur. Idcirco à patre substituto ni- 22
hil iuris in legitima competere potest. Bald. clare *in d. consilio 398. & cons. 281. in fin. volum. 1.* scribit, quod puberi in legitima non potest substitui. Verum si filius vxorem duxerit, vel tem-
pus legitimæ ætatis superuixerit, substitutio † in totum extin- 23
guitur, *l. si ita quis. ff. de vulgar. & pupill.* Bart. *in l. 1. n. 56. versic. mihi.* & Bart. *in l. verbis ciuilibus. d. tit. §. masculo. Instit. eodem.* Idem iuris est, si filius liberos procreauerit, sufficit liberos extitisse, qui licet ilico moriantur, conditio habetur pro purificata &
substitutio viribus deficitur. Ratio est, quod in † momenta- 24

nea conditione ſufficit, quod momento temporis impleatur, licet non perdurauerit, copioſe Oldrad. *conſ.141. l. Arethuſa. ff. de ſtatu hom. l. vxori. C. quand. dies leg. ced.* Bart. Bald. & Salyc. *in l. 1. C. de cond. inſert. l. filiusfam. §. cum quis.* ibi & gl. *C. ad Trebell.*

Secus eſt in conditione negatiue concepta, veluti ſi di-
25 ctum ſit, ſi ſine † liberis deceſſerit teſtator, & poſtea liberis procreatis, ſed tempore mortis non exiſtentibus, ſubſtitutio non extinguitur. *l. ex facto. §. penult.* ibi Bart. & Bald. *ff. ad Trebell.* Idem iuris eſt, ſi dictum ſit, ſi ſine herede deceſſerit. Quæ verba *ſine herede*, intelliguntur de liberis procreandis, quibus nõ procreatis vel mortis tempore teſtatoris nõ exiſtentibus, fideicommiſſaria ſubſtitutio vires retinet. *l. ex facto. §. vlt. ff. ad Trebell. & d. §. penult.* De hac pupillari inſtitutione ſine liberis vide ſupra. *tit. 9. lib. 1.*

De Compendioſa ſubſtitutione.

Titvlvs X.

Svmmaria.

1 *Compendioſa ſubſtitutio fit verbis generalibus, vel ſpecialibus, vel etiam ſingularibus. Verbis generalibus dicitur fieri compendioſa ſubſtitutio, ſi filius ſine liberis moritur, Titius heres eſto.*

2 *Verbis ſpecialibus compendioſe ſubſtituitur, ſi dictum ſit, filius meus ſi ſine liberis morietur, Titius heres eſto.*

3 *Verbum*, quandocunque, *in ſubſtitutione compendioſa quando adiectum ſit, ante pubertatem deſignat directam inſtitutionem, poſt pubertatem fideicommiſſariam.*

4 *Pupillaris ſubſtitutio licet veniente pubertate expiret, ex præſumpta legis poteſtate firma tamen manet, & in fideicommiſſum reſoluitur.*

5 *Subſtitutus ſi ſemel adierit hereditatem ex pupillari compendioſa ſubſtitutione, poſtea heres eſſe non deſinit, niſi in ſubſtitutione aliter ſit prouiſum.*

6 *Pu-*

6 *Pupillaris singularis compendiosa substitutio est, quando dictum est, si filius intra vigesimum quintum annum decesserit, Titius heres esto.*

7 *Homines plebei propriis vocabulis & nominibus non vtuntur.*

8 *Testator, si in testamento clausulam codicillarem adiecerit, pro voluntate testatoris præsumptio est, quod voluerit per fideicommissum substituere.*

9 *Clausula codicillaris efficit vt verba communia post pubertatem obliquentur.*

COmpendiosa substitutio non solum habet affinitatem cum pupillari, sed & plane cõuenit impuberi. gl. & communiter Dd. *in l. precibus. C. de impuberum & aliis substitutionibus.* gl. *in c. si pater. in verb. absq; deductione. de testament.*

Potest enim compendiosa substitutio fieri vel verbis generalibus, vel specialibus seu singularibus. Verbis † generalibus 1
fieri dicitur, quãdo testator dixerit, si filius meus mortalitatẽ expleuerit, Titium substituo, quæ indefinita substitutio æquipollet vniuersali. *l. si plu ib. ff. de legat. 2.* Idem est si testator dixerit, sin filius meus sine liberis decesserit. *l. cum acutissimi.* ibi Bartol. Salyc. *C. de fideicom.* & hæc compendiosa substitutio probatur à glossa magna *l. in testamento. C. de testamen. milit.* & sequitur Couarr. *in c. Raynutius. §. 9. n. 5. de compend. substit.* Curt. iun. *in l. precibus. n. 47. C. de impuber. & aliis substit.*

Verbis autem specialibus concipitur compendiosa substitutio, si testator habet filiũ † impuberẽ & substituat Titium, 2
si filius sine liberis morietur, vt intelligatur substitutionem in tempus pubertatis factã esse, scribũt Bar. & Dd. *in l. centurio. ff. de vulg. & pupil. & d. c. si pater. de testam.* & dubiũ nõ est, quin ex istis simplicioribus verbis, si decesserit in pupillari ætate resultet directa substitutio fideicommissum nõ admittẽs. *l. 2. l. ex facto. §. itẽ quæro. l. in pupillari. l. verbis ciuilib.* ibi Bart. & Dd. *ff. de vulgarib.* & in eo omnes Dd. cõueniunt: sed discrepãt, quando dictũ sit,

quandocunque decesserit filius, an post pubertatem huiusmodi substitutio locum habeat, sed communior & receptior
3 est interpretum sententia, quod † huiusmodi substitutio, si filius decesserit vel quandocunque diem obierit ante pubertatem sit directa substitutio post pubertatem fideicommissaria. gloss. Dyn. Bartol. & Iason *in l. centurio.* & Bart. *in l. 1. num. 56. ff. de pupill. & vulgar.* Alexan. Iason, & Corn. *in l. precibus.* Bald. *cons. 175. volum. 5. & cons. 355. volum. 4.* Oldrad. *consil. 125.* scribens, quod in substitutionibus verba communia vsque ad pubertatem habẽt vim directæ substitutionis, post pubertatem fideicomissi. Nec quicquam facit, quod sub conceptione vna diuersæ substitutiones comprehenduntur. Et hanc opinionem probat Roland. à Valle *consilio 69. num. 4. & 5. lib. 1.* Bald. *consil. 392. super primo. vol. 4.* Zasius *in c. 1. in fin. de substit.* ait, licet pubertate veniente pupillaris expiret, vulgaris tamẽ ex præ-
4 sumpta legis potestate † firma manet, nisi aliud de mente testatoris appareat, Couarr. *in c. Raynutius. §. 9. de compendiosa substitut.* Alexan. *consil. 12. volum. 3.* Corn. *consil. 28. volum. 4.* & secutus est Franciscus Turzan. *opinione 49. in tractat. commun. opinionum.* Menoch. *præsumpt. 43. libro 4. in tractatu de præsumpt.*

Est & sciendum, quando semel substitutus ex pupillari compendiosa substitutione hereditatem adierit, quod post-
5 ea heres † esse non desinat. *l. post aditam.* ibi Bartol. Bald. Castrens. & Iason *C. de impuber. & aliis substit.* Verum si in ista pupillari compendiosa substitutione comprehenditur tempus, vel conditio vltra pubertatem succedendi, tunc non obstante priore aditione, sed tempore veniente vel conditione existente, fideicommissariæ aditioni manet locus, priori aditioni Trebellianica salua, *l. Scæuola. l. ita tamen. §. rogatus. ff. eodem. §. restituta. §. sed quia stipulationes. Instit. de fideicom. hered.* Bald. *consi. 398. volum. 4.* & Bald. *cons. 422. vol. 3. & cons 398. vol. 4.* Gozad. *consil. 104.* vide *tit. 9. lib. 1.*

Singularis compendiosa dicitur substitutio fieri quando

dictum

dictum est, si filius meus † intra vigesimum quintum annum 6 decesserit, Sempronium substituo. Bart. *in l. centurio. num. 9. ff. de vulg. & pupill.* Qui & alii subscribunt, & Couarru. *in d. §. 9. de substit. in cap. Raynutius.* In qua specie substitutionum diligenter est cõsiderandum, quæ sit voluntas & mens testatoris, quę totum regit. *l. ex facto. §. rerum. ff. de hered. instit. l. 3. in fin. ff. de adimend. legat. l. cum virũ. C. de fideicom. l. in conditionibus. ff. de conditionibus. ff. de condit. & demonst. l. 3. C. de liber. præterit.* Vtique plebei homines propriis vocabulis † ac nominibus non vtuntur, 7 scribit enim Vlpianus ad Sabinum, si iam puberi iuniori 25. annis sic erat legatum, cum ad pubertatem peruenerit, & iam pubere existente, quod testator de ea ætate senserit, quæ restitutione in integrum caret, hoc est, cum ad 25. annum peruenerit. *l. cum filiusfam. in fin. ff. de legat. 3.* Idem est, si dictum sit, quando impubes legitimæ ætatis factus est, intelligitur de ætate 25. annor. Ex cuius Vlpiani responso, cũ habeamus certã testatoris voluntatem, sequitur quod frustranea sit disputatio de apicibus verborum *l. non aliter.* ibi Bartol. *ff. de legat. 3. l. 2. in fin. Cod. comm. de legat.* ibi habetur, quod lex rebus & non verbis imponitur. Ex quibus inferri potest, quando ex huiusmodi verbis communib. elicitur, quod testator voluerit substitutionem vltra pubertatem extendere, ipsius voluntati acquiescendum erit, cum præsumptio pro extentione sit, quod illam magis in fauorem substituti, quam instituti fecerit testator, prout eleganter explicat. Alciat. *c. 1. lib. 10. parerg.* & multorum authoritates adducit Menoch. *lib. 4. præsumpt. 43. in tractat. de præsumpt.* Bart. & Ias. *in d. l. centurio. n. 45. ff. de vulgar. & pupill.* & Oldrad. *d. cons. 125.*

Quo spectat etiam, si testator in testamento clausulam codicillarem substitutioni adiecerit, præsumptio † est pro 8 voluntate testatoris, quod per fideicommissum voluerit substituere. Bald. *l. consil. 170. quidam Nicolaus. volum. 5.* Socin. iunior *consil. 6. libro 3.* Crauett. *consil. 22. num. 8.* & Emanuel à Costa *c. 1.*

in verb. obliquo. n. 20. de teſtam. Menoch. *in tract. de præſump. par. 2. lib. 4. præſumpt. 66. in fin.* Etenim clauſula codicillaris efficit, vt
9 verba † communia directa poſt pubertatem obliquentur. Socin. *in l. Gallus. §. 1. ff. de lib. & poſthum.* Curt. iun. *conſ. 139.* & Bellon. *conſ. 58.*

Et ita pari ratione non ſolum in ipſo teſtamento, ſed etiam in codicillis poteſt heres rogari, vt hereditatē fideicommiſſario reſtituat. *§. in primis. §. inſtitutus Inſtit. de fideicom. heredit. l. hereditas. l. quamuis. ff. ad Trebell.* & cum ex codicillis fit reſtitutio, ſucceditur ab inteſtato. *l. vlt. C. quand. dies leg. ced.* ibi gloſ. & Bart. & ita reſtitutione facta omnia iura actiua & paſſiua trāſeunt in fideicommiſſariū vniuerſalem. *§. reſtituta. §. ſed quia ſtipulationes, Inſtit. de fideicom. hered.*

De Reciproca ſeu breuiloqua ſubſtitutione.

TITVLVS XI.

SVMMARIA.

1 *Reciproca inſtitutio dicitur, quando ſub breuitate ſermonis plures ſubſtitutiones comprehenduntur.*

2 *Exemplum reciprocæ ſubſtitutionis eſt, ſi dictum ſit, Titius & Sempronius vter eorum viuat, heres eſto.*

3 *Quandocunq; ſi dictum ſit, filii deceſſerint, inuicem ſint inſtituti, cenſetur eſſe reciproca ſubſtitutio, propter verbum,* inuicem.

4 *Legatum ſi ita ſit, Titio & Sempronio lego, vter illorum viuat, vtriq; debetur legatum, ſi vterque vixerit, vno mortuo, alter habet legatum.*

SVbſtitutio reciproca conuenit plane ſubſtitutioni pupillari, & iiſdem regulis iuris conſiſtit, vnde fieri nequit, niſi liberis impuberibus in poteſtate patris exiſtentibus, alias nullius eſt momenti. Bart. *in l. Lucius. & l. 2. ff. de vulg. & pupill.* Qua

ratione,

ratione,ſi pater plures habeat liberos impuberes in poteſtate,& eos inſtituat ac eoſdem inuicem ſubſtituat,dicitur reciproca vel breuiloqua ſubſtitutio, idq; ideo quod plures ſubſtitutiones ſub breuitate † verborum in ſe complectitur,lexq; 1
illam reciprocam appellat,text. *in l.iam hoc iure*. ibi gl. Bart. & Dd.quod reciproca etiam dici poteſt breuiloqua.*ff.de vulg.& pup.& l.Lucius*.ibi & Bart.*d.tit.*

Exemplum † reciprocæ ſubſtitutionis poteſt eſſe, ſi pater 2
dixerit: Titius & Sempronius vter eorum viuat mihi heres eſto,quo caſu ſi ambo viuunt, ambo heredes ſunt, altero vero mortuo ſuperſtes ex aſſe fit heres. text. *in l. Titius & Seius.ff.de hered.inſtit.*Bart. & Iaſ.*in d.l. Lucius.ff.de vulg.& pupill.*

Similiter ſi pater dixerit. *quandocunq; filii mei † deceſſerint eos* 3
inuicem ſubſtituo, videtur reciproce ſubſtituere, propter verbum,*inuicem*.Bald.*in l.in teſtamento.n.8.C.de teſtam.milit.*& facit text.*in d.l.iam hoc iure.ff.de vulg.& pupill.*

Idem eſt dicendum in legato eodem modo relicto, veluti, *Titio † & Sempronio do,lego,vter eorum viuat*. Quo caſu ſi vterq; 4
vixerit, vtrique debetur legatum, & ſi alter tantum vixerit,is tantum conſequitur legatum.*l.ſi fundum. §. his verbis.ff. de leg. 1.*quem textum ad hoc notant Dd.*& l.idq;.ff.de hered.inſtituen.* Extinguitur & huiuſmodi reciproca ſubſtitutio eiſdem modis,quibus aliæ ſubſtitutiones & pupillares.

F I N I S.

LIBER

LIBER TERTIVS, DE SOLENNITATIBVS IN TESTAMENTO IN SCRIPTIS ADHIbendis.

TITVLVS I.

SVMMARIA.

1 *Tempus omnia mutat & cuncta sua periodo determinat, vicemq; personæ gerit.*

2 *Tribus ex causis formula testamenti in scriptis est inuenta.*

3 *Testamenti substantia in scriptis est scriptura, sine qua testamentum in scriptis fieri nequit.*

Solennia in testamento in scriptis sunt ad amussim obseruanda.

4 *Testes si ignorant tenorem testamenti, & nihilominus suas scripturas & signacula opponunt, argumentum est quod testator in scriptis testari voluerit.*

5 *Ex subscriptione & signatione oritur vehemens coniectura, testatorem habere animum testandi in scriptis.*

6 *Fauentis animus magis à forma ipsius actus declaratur quam verbis ipsis.*

7 *Declaratio testatoris sibi locum vendicat, si omnia implicite nuncupata sunt, quæ desiderantur ad solennia testamenti in scriptis.*

8 *Scriptura testamenti perfecta, ab ipso testatore oblatio fieri debet coram testibus.*

9 *Tabellionis vel alterius elocutio nihil facit si testator taceat.*

10 *Testamentum nuncupatiuum ad interrogationem factum valet.*

11 *Testamentum in scriptis ad interrogationẽ alterius factũ non valet.*

12 *A testatore loquente testibus testamentum adsignandum & subscribendum debet offerri.*

13 *Nemo potest testamentum nuda voluntate constitui.*

14 *Nomen,* heredis, *ab ipso testatore vel ab octauo scriptore in testamento inserendum est.*

15 *Testator si testamentum sua manu non scripserit, tunc in præsentia testium subscribere debet.*

16 *Testator si sua manu totum testamentum scripserit aliá scriptione non est opus.*

17 *Octauus scriptor adhibendus est, quando testator noluerit vel non potuerit scribere.*

18 *Testamentum in scriptis in substantiali forma deficit, si manus testatoris vel octaui scriptoris non interuenerit.*

19 *Vnus de septem testibus pro testatore subscribere testamentum in scriptis nequit.*

20 *Tabellio in numero testium non computatur quando testamentum in scriptis conficitur.*

21 *Testamentum in scriptis præter scriptorem requirit solennem numerum septem testium.*

22 *Tabellio non potest vicem duplicis personæ sustinere.*

23 *Testamento quando tantum sex testes sunt adhibiti, & testamentum debet per instrumentum probari, instrumentum testatoris voluntatem non probat.*

24 *Vno teste adhibito tabellio instrumentum conficere nequit.*

25 *Probatio testamenti quando debet fieri per scripturam corruit testamentum, nisi septem testes cum tabellione sint adhibiti.*

26 *Notarius & septem testes requiruntur in testamento in scriptis, qui omnes testamentum subscribere & signare debent.*

27 *Tabellio in testamento nuncupatiuo vel scriptor computatur in numero testium.*

28 *Quando de actu aliquo probando agitur per testes per viuam vocẽ, vel vocem simul, tabellio inter testes numeratur.*

29 *Solennitas testamenti in scriptis desiderat septem testes masculos pubercs.*

30 *Solennitas numeri septem testium non solum est probatoria, verum etiam substantialis in testamento in scriptis.*

31 *Ex solennitate confirmatur testamentum.*

32 *Vnus testis si deest, testamentum viribus destituitur.*

33 *Testis si adhibeatur à testatore, qui adhiberi nequit, dicitur actum lusorium agere.*

34 *Testis ad testamentum in scriptis adhiberi nequit, qui scribere non potest.*

35 *Furiosus si est compos mentis tempore, quo adhibetur testamento, ipsius testimonium recipitur.*

36 *Seruus si creditur liber in testem admittitur.*

37 *Error facit ius.*

38 *Testes si habiles sunt tempore, quo adhibentur, non nocet, si quid eis postea contigerit.*

39 *Testes in recognitione suorum sigillorum & manuum nudum ministerium præstant.*

40 *Testes si tempore, quo conditur testamentum, fuerint inhabiles, ex testamento hereditas adiri nequit.*

41 *Testes rogati hodie intelliguntur, si sciant se testamentario actui esse adhibitos.*

42 *Ex signaculis & scriptionibus satis apparere potest, quod testes sint rogati.*

43 *Rogatio testium in testamento est necessaria, alias testamentum non valet.*

44 *Tabellio præsumitur esse rogatus, si in scriptura hoc confitetur.*

45 *Testes debent nomen suum & testatoris subscribere in testamento.*

46 *Vnius testis si subscriptio omittatur, testamentum vt in scriptis non valet.*

47 *Testis non subscribens habetur pro non adhibito, & testamentum non valet.*

48 In

48 *In testamento quod ruri conditur vnus testis pro altero subscribere potest, & sufficiunt quinq; testes.*

49 *Nobiles ruri habitantes testari possunt coram quinq; testibus, sicuti rustici.*

50 *Signacula testium in testamento inscriptis adhibenda sunt.*

51 *Testis si vnius signum omittatur in testamento in scriptis non valet testamentum.*

52 *Signum vnius testis omissum, neque vt in scriptis neque vt nuncupatiuum valet testamentum.*

53 *Signacula coram testatore vno in loco à testibus testamento apponi debent, alias non valet testamentum.*

54 *Vnus testis potest cum alterius testis annulo etiam testatoris testamentum signare.*

55 *Testis signans cum alterius annulo debet illud in sua subscriptione profiteri.*

56 *Vnico contextu & tempore testes ad confectionem testamenti sunt adhibendi.*

57 *Actus testandi est indiuiduus non admittens separationem.*

58 *Actus non necessarius debet immisceri testamenti confectioni.*

59 *Testamentum inualidum est si vno actu pro parte & altero actu etiam pro parte fit.*

60 *Annus, mensis & dies in testamento inserenda est, vt etiam locus.*

61 *Publicationem testamentũ in scriptis desiderat, hoc est, vt testes suas subscriptiones & signacula recognoscãt, cũ aperietur testamentũ.*

62 *Testamentum in scriptis si manu priuata scriptum est, manet scriptura priuata, nec probat donec testes suas manus & signacula recognoscant.*

63 *Vno aut altero teste moriente antequam testamentum publicetur, testamentum in scripturam priuatam redactum corruit.*

64 *Cautela est vt testator alium notarium adhibeat & duos testes, qui notarius faciat testes testamentarios suas manus & signacula recognoscere, ex qua recognitione conficiat publicum instrumẽtum, testamentum validum habetur etsi omnes testes moriantur.*

65 *Septem testes si in instrumento testamenti publico scripti sunt, scribit Iason de consuetudine obseruari quod alia publicatione testamenti non sit opus.*

66 *Interdictum prætoris de aperiendis & publicandis testamentis generaliter loquitur non distinguens testamentum, an sit manu publica vel priuata conscriptum, & est potius publicum per se instrumentum & publicationem requirit.*

67 *Testamentum coram competenti iudice est publicandum.*

68 *Quinque testes si tempore publicationis superstites sunt, estque instrumentum publicum confectum, quod vicem duorum testium gerit, testes & instrumentum sufficiunt ad publicationem testamenti.*

69 *Clausula in testamento adiecta*, quod omni meliori modo & iure valere debeat, *à solennitate iuris recedi potest.*

70 *Testamentum inter liberos non opus habet publicatione.*

DIuersa genera testamentorum olim in vsu fuisse ab Imperatore Iustiniano relatum est, sed cum ætas semper aliquid noui producit, ista genera in desuetudinem abiuere, & noua, quæ hominibus magis vsui videbantur, inuenta ac introducta sunt, inter quæ & testamentum in scriptis non vltimum locum obtinet, per progressum temporis inuentum. Quia tempus omnia mutat & in rebus permutandis vicem personę gerit, & cuncta sua periodo determinat, iuxta doctri-
1 nam † Philosophi. Bald. *in l. 1. n. 18. C. de emancipat. liberor.* quibus concinit Ouid. *lib. 5. Metam.*

Nec species sua cuiq; manet rerumq; nouatrix,
Ex aliis alias reparat natura figuras.

Item de Pont.

Tabida consumit ferrum lapidemq; vetustas,
Nullaq; res maius tempore robur habet.

Estque magna ex parte à prætoribus Romanis & constitu-
2 tionibus principum formula † iuris testandi in scriptis excogitata

gitata & inuenta *l. si quando. in princ. C. de inoffic. testam. l. hac consultissima. l. iubemus. C. de testam.* idque ex probabilibus rationibus, scilicet, cum testator se viuo noluerit quemquam scire suam vltimam voluntatem, habet potestatem scriptis illam secrete committere, ne in odium prouocentur quibus spes succedendi ex testamento esse queat, si intelligerẽt sibi nihil relictum vel donatum fore, deinde quibus successio vel legatum datũ est, ne testatori insidias parent, vt citius ad successionem peruenirent, vel etiam ne testamentũ à testatore mutaretur. *§. si quis ante. Instit. de pupillar. substit. §. sed cum paulatim.* ibi notat Viglius & Faber *in §. possunt. n. 5. Inst. de testam.* Cæpolla *caut. 88.* quem secutus est Rolan. à Valle *cons. 36. vol. 1.*

Formula testandi in scriptis habetur *in l. hac consultissima. l. iubemus. auth. eo non obseruato. C. de testam.* videlicet, vt testator suam voluntatem in scripturam per semetipsum vel alium scriptorem redigat. Deinde septem testibus scripturam conuolutam ad hoc requisitis, referendo illud suum esse testamentum, ad subscribendam & signandam tradat: ratum habetur testamentum in scriptis, cuius † substantia ex scri- 3
ptura dependet. *d. l. hac consultissima. & Instit. eod.*

Requiruntur & plura solennia in testamento in scriptis, quæ ad amussim sunt obseruanda, alias testamentum viribus caret. Paris. *consil. 61. num. 10. volum. 2.* Roland. à Valle *cons. 33. volum. 3.* & enumerantur requisita & solennia à Castrensi, *in d. l. hac consultissima. in princ.* Speculator *in §. vt autem testamentum. tit. de instrumentor. edit.* Faber *in d. §. possunt.* & Schurff. *consil. 15. cent. 2.* & facit *l. testamentum.* ibi dicitur, quod necessaria prætermissa voluntati officiant. *C. de testam.*

Qua de causa in primis requisita & solennia consideranda sunt, an testator in scriptis testari voluerit, cuius rei ac propositi argumentum est, quod tenor scripturæ testibus non innotescat, saltem † suas subscriptiones & signacula opponunt, 4
vnde euidens præsumptio oritur, quod testator in scriptis te-

stari voluerit. Cyn. Castrens. & Corn. *in d. l. hac consultissima. §. per nuncupationem.* Faber *in d. §. possunt.* & Alex. *cons. 105. num. 5. volum. 7.* Socin. *consil. 14 :. lib. 1. & cons. 173. lib. 2.* Ruin. *consil. 193. lib. 2.* & secutus est Menoch. *cons. 313. num. 37. volum. 4.* scribens,
5 quod ex subscriptionibus † & signaculis vrgens proueniat coniectura, testatorem habuisse animum testandi in scriptis. *argum. l. non codicillum. C. de testam.* & Castrens. apte *in l. heredes palam. ff. de testament.* cuius sententiam consilium Neapolitan. approbauit. Afflictus *decis. 143. num. 6.* & secutus est Vasquius
6 *lib. 1. §. 2. in tract. de success. vltimar. volunt.* quia † animus facientis magis declaratur à forma ipsius actus, quam verbis ipsis. *l. si tamen. ff. de aedilit. edict. & argum. l. non omnes. ff. si cert. petat. l. non*
7 *tantum. ff. rem ratam haberi.* Cuiusmodi testatoris † declaratio sibi locum vendicat, si omnia in testamento implicite nuncupata sunt, quae ad solennia testamenti mystici in scriptis desiderantur, *l. institutio talis. ff. de condit. instit. l. asse tot. ff. de hered. instit.* Iacob. de Rauen. Cyn. & Fulgos. *in §. per nuncupationem. ff. de testam.* Gozad. *cons. 3. num. 11.* Bellon. *cons. 85.* Ruin. *cons. 1. num. 12.*
ius publicum mutare, & ſuæ conteſtationi in ſcriptis imperfectæ legem dicere, vt in vim nuncupatiui valere debeat, cum ſolennia ad nuncupatiuum non adhibeat. *l.nemo poteſt.ff.de legat.1. §.ex eo. Inſtitut. quibus mod. teſtament infirm.l.ſi vnus.l.teſtandi cauſa.C.de teſtament.l poſt legatum.* ibi gloſſ. Bartol. *ff.de his quibus vt indign.* Caſtrenſis *in dict. leg. ſi ita ſcripſero.in fin.*

voluntate testatoris expresse sit in testamento adiecta, testamentum in scriptis in vim nuncupatiui sustinetur.

20 *Clausula adiecta vt testamentum valeat quocunque modo possit, in vim codicillorum consistere consuluit Bald.*

21 *Testator si dixerit, quod velit testamentum valere cum solennitate reiecta, valet in vim clausulæ codicillaris.*

22 *Vltima iudicia hominum habent certas obseruationes & legum definitiones, sine quibus consistere nequeunt.*

23 *Clausulas in testamento implicite insertas explicite solennia habere oportet, vt ad omnem actum contradictionis consistere possint.*

24 *Clausulæ*, omni meliori modo & iure, *& similes, non de consuetudine notarii, sed ex voluntate testatoris sunt in testamento inserendæ.*

25 *Tabellio si quid per errorem omiserit per testes probari potest.*

26 *Duorum testium probatio admittitur, quando quæstio oritur de extrinseca solennitate, secus est si de ipso testamento probando agitur.*

27 *Solennia in testamento in scriptis per testes non probantur, in quibus si quid omissum sit, testamentum corruit.*

1 TEstamenti in scriptis substantia † etsi implicite ex scriptura dependeat, nihilominus potest ita cõfici, vt etiam explicite nuncupatiui vires habeat, dicaturque mistum testamentum, scilicet testatore se stricte ad genus testandi in scriptis non adstringente, sed disponente, vt testamentum tam nuncupatiue, quam in scriptis valere possit, rata habetur
2 in † vtroque genere contestatio, erudite Castrens. *in l. heredes palam. num. 5. ff. de testament.* & Castrens. *in l. hac consultissima. §. per nuncupationem. C. eod. & consil. 93. num. 4. parte 4.* Fulgos. *consil. 50. in princ.* Ruin. *cons. 1. num. 12. lib. 1.* Gozad. *cons. 3. num. 11.* Boer. *quæst. 240.* Bellon. *cons. 85.* Ioan. Dilect. *caut. 1. tit. 2. in tract. de arte testan.* Vasq. *lib. 2. §. 2. in tract. de success. progress.* & Menoch. *consil. 575. num. 6. lib. 6.* Estq; ratio, quod ista genera testamentorum

non

non sunt repugnantia, sed diuersa, quæ se inuicem † compati 3
possunt & alterum genus alterum non consumit. Castrens. *in d.l.heredes palam.* & facit textus *in l.re coniuncti.ff. de legat.3. & l.triplici.ff.de verb.oblig.* Cyn. Iacobus de Rauen. Fulgos. & Castrens. *in dict. §.per nuncupationem.* estque Dd. communis conclusio.

Hinc, si testator suam vltimam voluntatem testibus manifestauit, vel legere concessit nomina heredum in testamento conscripta, quod postea † clauditur, deinde superadditis sub- 4
scriptionibus & signaculis testium, dicitur etiam testamentum secundum priscam consuetudinem in scriptis fieri, *per l. iubemus.C.de testament. §.sed quum paulatim.Institut.eodem.* & per consequens testamentum secundum formulam *d.l.iubemus.* factum potest non solum in scriptis, sed etiam vt nuncupatiuum, consistere. *d.l.iubemus. & d.§.per nuncupationem.* ibi Cyn. Castrens. & Alexand. *cons.175.volum.1.* diserte Fulgos. *consil.56. in princ.* Ruin. *cons.193.lib.2.* Quia si omnia implicite nuncupata sunt via testandi in scriptis & nuncupatiue possunt inuicem adaptari. Iacob. de Rauen. Cyn. Fulg. *in d. §.per nuncupationem.* Gozadin. *cons.3.* Bellon. *cons.85.* Ruin. *cons.1.num.12.* Est & *l.iubemus.* hodie in eo reformata, quod testator nomina heredum in † testamento scribere non tenetur, sed per alium 5
scilicet octauum scriptorem illa annotare potest. *auth. eo non obseruato.* ibi Dd. *C.de testam.* sed quo ad testamētum nuncupatiuum, vt nomina heredum testibus innotescant, non inuenitur *l.iubemus.* correcta, quæ requirit expressionem nominis heredis. Cæterum quum in testibus, qui in testamento nuncupatiuo adhibentur, maior qualitas probandi requiritur, quam in testamēto in scriptis, existimat Ioan. Blonosius testamentum in vim nuncupatiui non valere, si aliqua solennitas à testibus omittatur, referunt Cyn. & Castrens. *in d.§.per nun-* 6
cupationem. Ruin. *cons.193.lib.2.* Quæ opinio etsi in puncto iuris minus dubitationis habere potest, tamen distinguendo ab

illa recedi posse Dd. interpretantur, vtpote si testator noluit se adstringere ad testamentum in scriptis, oblata clausa scriptura coram septem testib. ad hoc rogatis, dixit suum esse testamentum, quod in scriptura clausa contineatur, tunc
7 licet omnes testes non subscribant † vel signacula non apponant, nihilominus testamẽtum in vim nuncupatiui sustineri posse Dd. concludunt. Cyn. Alber. de Rosat. Fulgosius & Castrensis *in d. §. per nuncupationem*. Alexan. *consl. 170. num. 8. volum. 5*. Gozadin. *d. consil. 3*. Bellon. *consil. 85* dicit, magis esse commu-
8 nem opinionem, quod † testamentum nuncupatiuum etiam in scriptis fieri possit. Iason *in l. 1. § si quis. num. 15*. dicit ita tenere. *ff. de verborum obligat*. Socin. sen. *in l. si ita scripsero. ff. de cond. & demonst*. secutus est Menoch. *consil. 313. num. 6. volum. 4*. & Vasquius *lib. 3. §. 3. num. 34. in tractat. de success. progress*. & Iulius Clarus *quaest. 39. de testament*. ibi confitetur, quod in puncto iuris possit dubitari, quae dubitatio cessat, si textus iuris consideratur *in l. qui ex liberis. §. testamento. ff. de bonor. possess. secundum tabu-*
9 *las*. ibi Papinianus ait, quod nemo nuda † voluntate sibi testamentum constituere possit, omissis solenniis iuris publici, *l. si vnus*. ibi Bart. & Iason *C. de testament*. Quod cum verum est, per testatoris velle & nolle, testamentum in scriptis iure non factum, neque confirmari neq; in nuncupatiuum transformari potest, quod neque enunciatiue per se vires habet, quum testibus voluntas testatoris non innotescat. *l. heredes palam*. ibi gloss. & Dd. *ff. de testament. l. iubemus. C. eod.* & ibi scribentes. Vtique si testator millies testamentum valere voluerit, si
10 iure factum † non est, inualidum habetur. *l. post legatum. in princip*. ibi Accurs. & Bartol. *ff. de his quib. vt. indig. l. nemo potest*. & ibi Dd. *ff. de legat. 1. §. ex eo. §. vltim. Institut. quib us mod. testament. infir*. sed cum communi opinioni magna reuerentia debetur, subsisto, quam Dd. authoritate Bartoli stabiliunt, *in l. quem heredi. ff. de rebus dub*. & Bartol. *in l. si ita scripsero. ff. de condit. & demonst*. verum minus considerate. Nam Bart. nõ loquitur, quod

testa-

teſtamentum in ſcriptis haud ſolenniter factum in vim nuncupatiui conſiſtere poſſit, ſed quando teſtator teſtamentum iure fecerit & ſe ad aliam ſcripturam retulerit, dum † inquit 11
in teſtamento quicquid relinquitur ad ſcripturam refertur, relictum validum habetur. & ita loquitur Bart. de re particulari, non de transformando teſtamento, vt habet *d.l. ſi ita ſcripſero.ff.de condit.& demonſt.l.aſſe tota.ff.de hered. inſtituend.* ibi dicitur, ſi in teſtamento ſit dictum, quem teſtator † in codicillis 12
nominauerit, quod heres eſſe debeat, nō eſt heres ex codicillis, ſed ex teſtamento, ſaltē declaratio ſit in codicillis. *l.heredes palam.§ ſi quid.in verb.nihil.ff.de teſtam.* Quæ declaratio etiam regulariter in re particulari & legato procedit, *d.l.ſi ita ſcripſero.& l.quem heredi.ff.de reb.dub.* ibi Bart. in terminis, quem ſecutus eſt Iaſ. *l.hac conſultiſſima.§.per nuncupationem. C.de teſtam.* Salyc. *in l.vlt.C.de fideicom.* Couarr. *in c.cum tibi.n.6.de teſtam.*

Diuerſa cauſa eſt, quando teſtator teſtamentum totum in ſcriptis fecerit & in illo adiecerit, ſi non valet vt in ſcriptis, quod nuncupatiue valere debeat, tunc ſi ex defectu ſolennitatum in ſcriptis † infirmum eſt, neq; poteſt in vim nuncupa- 13
tiui valere, cum nomen vel nomina heredum in tali teſtamēto teſtibus non innoteſcāt. *iuxta l.heredes palam.ff.de teſtam.& l. iubemus.§.oportet.l.hac conſultiſſima.§.per nuncupationem.C.eod.& ſ.vlt.Inſtitut.d.tit.* Vtiq; ſi huiuſmodi teſtamentum in ſcriptis imperfectum, in vim nuncupatiui reciperetur, poterit quodlibet teſtamentum † myſticum, inſtar nuncupatiui ratum 14
haberi, quod eſſe non debet *contra l.hac conſultiſſima.& auth.eo non obſeruato. C.de teſtam.* Sane in arbitrio † teſtatoris non eſt 15
ius publicum mutare, & ſuæ conteſtationi in ſcriptis imperfectæ legem dicere, vt in vim nuncupatiui valere debeat, cum ſolennia ad nuncupatiuum non adhibeat. *l.nemo poteſt.ff.de legat.1. ſ.ex eo. Inſtitut. quibus mod. teſtament infirm.l.ſi vnus.l.teſtandi cauſa.C.de teſtament.l.poſt legatum.* ibi gloſſ. Bartol. *ff.de his quibus vt indign.* Caſtrenſis *in dict. leg. ſi ita ſcripſero.in fin.*

fin. ibi & Socin. Corn. *in dict. §. per nuncupationem.* Ruin. *consilio 193. num. 10. volum. 2.* & secutus est Franciscus Mantica. *lib. 1. tit. 7. in tractat. de coniectur. vltimar. voluntat.* dicit communem esse opinionem.

Quæ opinio tamen non attẽditur, si testator in initio proposuit in scriptis testari nec omnia solennia adhibuit, quę ad-
16 hibenda sunt † mystico testamento, sed nuncupatiue compleuit contestatiouem, tunc non refert, quo animo seu formula in initio destinauerit testari, modo adhibitis solenniis in extremo actu declarationem fecerit, vt testamentum nuncupatiue valere possit, contestatio rata habetur. Iason *in l. 1. §. si quis. ff. de verbor. obligat.* per Alber. de Rosat. Cyn. Castrens. *l. hac consultissima. §. per nuncupationem.* estque vera & communis opinio, quam & secutus est Vasq. *lib. 2. § 11. nu. 3. in tract. de vlt. volunt.* scribens, quod nullus ante ipsum attigerit, quod illi facile cõcedi posset, si Iasonis explicatio idipsum non manifestaret, certe creditur in tali specie, quod testator viam elege-
17 rit, per quam sua voluntas † potius conseruetur, quam vt pereat. *l. quotiens. ff. de reb. dubiis.* Bald. *in l. 2. C. comm. de legat. l. cum hic status. ff. de donat. inter vir. & vxor.* & sic in dubio pro testamento pronunciatur. *l. si pars. in princ. ff. de inoff. testam.*

Similiter si testator in testamento mystico adiecerit clausulam, quod illud valere velit, *omni meliori modo, & iure, quo possit*, euidens est argumentum, quod noluerit se ad testamentum in scriptis adstringere, sed formulam & viam eligere, qua sua voluntas vires & effectum consequi possit: & habet ista
18 clausula, *omni meliori modo & iure*, tantam vim † & efficaciam, vt contestatio rata habenda sit, *argum. l. 3. ff. de testam. milit.* Afflictus clare *decis. 144.* Alexan. *consil. 176. volum. 5. & consil. 186. 1. part. §. per nuncupationem.* Rom. *l. neque professio. num. 13. C. de testamen.* Bart. Castrens. & Iason *in l. 1. §. si quis. ff. de verbor. obligat.* Bellon. *consil. 85.* Quod de clausula, *omni meliori modo & iure*,
19 procedit, quæ si ex voluntate testatoris expresse † in testamento

mento fuerit adiecta, testamentum in scriptis in vim nuncupatiui sustinetur. Paris. *cons.19. volum.3.* & Grammaticus *decis. 62.num.72.* & secutus est Francisc. Mantic. *tit.7.n.7.lib.1.de coniectur.vlt.volunt.*

Pari ratione si à testatore inserta sit clausula, *si testatio nō potest iure testamenti consistere, quod valere debeat vi cuiuslibet alterius voluntatis*, satis apparet, quod testator non voluerit suam vltimā voluntatem ad certum genus testandi esse adstrictam, sed valituram † quocunque modo possit, & consuluit Bald. quod 20
huiusmodi testamentum in vim codicillorum sustineatur. *consil.504.volum.5.* Paris. *cons.25.num.6. volum.3.* Alexan. *consil.4, volum.7.* Socin. *in fallent.regul.396.in fin.* ibi ait, si testator dixerit, quod † velit suam dispositionem, omni solennitate remo- 21
ta, valere, perinde esse ac si clausulam codicillarem adiecerit. *per l.penultim.ff.de legat.2.* ibi scribit Scæuola, si testator dixerit, Quod sine vllo iurisperito rationē animi sui potius secutus, quam miseram & nimiam diligentiam, & si quid minus legitime minusue perite fecerit, pro legitimo iure haberi debet sani hominis voluntas, respondit Scæuola, quod adscriptæ portiones ex causa fideicommissi peti possunt. *d.l.penult.* Vnde etiam colligi potest, quod olim certiores obseruationes habuerunt homines in condendis suis elogiis, quam quibus hodie vtimur, habent tamen etiam hodie † certas suas ordi- 22
nationes & legum definitiones vltima iudicia hominum, quibus prætermissis consistere nequeunt. *l. nemo potest.ff.de legat.1.l.hac consultissima.l.si vnus. l.testandi causa.l.vltim. C. de testament.*

Quo euenit † etiam, vt istas clausulas in testamento im- 23
plicite insertas, explicite solēnia oporteat habere, ne voluntas in aliquo possit minui vel labefactari, sed vt ad omnem actum contradictionis æquipotenter consistere possit. Bart. *in l.quidam elogio.num.11.C.de iure deliberand. l.optio.ff.qui & à quibus manum.*

Bb Porro

Porro de clausulis in testamento adiectis sciendum est, quod illæ habeant suas operationes, si non ex consuetudine
24 tabellionis vel scriptoris adiiciantur, sed ex expressa † voluntate testatoris. Paris. *consil.19.volum.3.* Grammatic. *decis.62.nu.72.* Francisc. Mantic. *titul.7.lib.7.in tractatu de coniectur. vltimar. volunt.* Nam quod tabellio addit, id profectu carēt: sed si quid per errorem omisit, ad solennia pertinens, error commissus
25 in testamento nuncupatiuo testibus corrigi † & probari poterit. *arg.l.vnic.ff.si null.tabul. testament. ext. l.errore,* ibi Bart. Salycet. Iason & Castrens. *C.de testament.* verbi gratia, si septem testes adhibiti fuerunt, & tabellio per errorem sex scripserit tantum adfuisse, iste error duobus testibus probari poterit. Ang. *in l.ambiguitates.C.de testam.* Pari ratione, si opponitur testes non fuisse rogatos, vel quod titulus institutionis omissus sit, vel simile aliquid, duo testes ad probandum errorem sufficiunt. Bald. Castrensis & Alexander *in l.2. C. de bonor.possess. contra tabul.* & distincte Mynsinger *obseruat.98.centur.4.* scribit, id procedere generaliter, quando de probanda extrinseca
26 solennitate agitur, quod probatio † duorum testium admittitur, secus est, si de probando ipso testamento agitur, septem testium numerus requiritur, quem vocat Vlpianus solennem. *in l.heredes palam.ff.de testament.& l.hac consultissima. C.eod & per totum.d.tit.Instit.*

Quod diuersitatem habet, quo ad solennia extrinseca testamenti in scriptis, quæ erroris probationem non admit-
27 tunt, sed solennia ad amussim † sunt obseruanda, alias inualidum est testamentum. Paris. *consilio 61. num. 10. volum. 2.* & Roland. à Valle *consilio 33. volum. 3. l. hac consultissima. §. non subscriptum. C. de testament.* Guid. Pap. *decisione 130.* Dd. *in l.sciendum.ff. de verbor. obligat.*

De

De Testamento nuncupatiuo.

Titvlvs IV.

Svmmaria.

1 *Testamentum nuncupatiuum potest interueniente scriptura, vel sine scriptura fieri.*

2 *Testamenti in scriptis substantia pendet à scriptura.*

3 *Probatio testamenti nuncupatiui est potentior probatione testamenti in scriptis.*

4 *Testes in testamento nuncupatiuo de expressa voluntate testatoris testificari possunt.*

5 *Testes in testamento in scriptis nihil de voluntate testatoris testari possunt, saltem sua sigilla & manus recognoscere possunt.*

6 *Testis in testamento in scriptis esse nequit, qui scribere nequit.*

7 *Nuncupatiuo in testamento testis illiteratus esse potest.*

8 *Testamentum nuncupatiuum ratum habetur, modo legatur coram requisitis testibus, testatore omnia approbante.*

9 *Testator si prius suam voluntatem tabellioni vel scriptori exposuerit, quam scriptor postea legat, coram testatore & testibus, ratum habetur testamentum nuncupatiuum.*

10 *Testamentum nuncupatiuum valet ad interrogationem alterius factum, si testator omnia respondendo approbat.*

11 *Testator si interrogatur ab illo, qui ab intestato non est successurus, res est suspecta, nisi testator antea prædixerit testibus, vt sua contestationi adesse velint.*

12 *Interrogatio procedit si testator adhuc potest articulate loqui approbando omnia, quæ in præsentia leguntur.*

13 *Testator si valde ægrotat, magis ad molestias amicorum & affinium amouendas respondet, quod ita, quam vt animi sententiam dicat.*

14 *Laborans vehementer animi consilium non præsumitur habere.*

15 *Laborans tam vehementer, vt amplius nequeat articulate loqui ipsius responsio nullius est momenti, habetur mortuo similis.*

16 *Cum neque voce testatoris, neq; scriptura nomina heredum manifestantur, testamentum nuncupatiuum nullum est.*

17 *Clausula codicillaris nihil operatur cum voluntas testatoris in lucem non perueniat.*

18 *Notarius vel alius priuatus, si ex sua meditatione testamentum scripserit, quod postea coram testatore & testibus legat, nullius est momenti, licet testator respondeat quod sic.*

19 *Heres esse nequit, qui inconsulto testatore scriptus est.*

20 *Veteres decreuerunt, quod iura testamentorum per se firma esse oporteat, non ex alterius arbitrio dependere.*

21 *Testamentum ex alterius arbitrio conscriptum, est improba superstitio, cum talis modus testandi in iure non sit inuentus.*

22 *Scriptura non ex voluntate testatoris confecta, magis habetur pro suggestione quam voluntate.*

23 *Scriptura à Tabellione confecta, quem testator non rogauit seu requisiuit pro nulla habetur.*

24 *Testamentum non consistit, nisi formula à iure publico introducta in illius confectione sit obseruata.*

25 *Tabellio si scripserit testamentum ex voluntate testatoris, & testator antequam testamentum illi prælegatur, moriatur, scriptura Tabellionis nullius est operationis, ne quidem in vim codicillorum valet.*

26 *Testator si morte preuenitur antequam omnia disponat, dicitur imperfectam voluntatem conficere.*

27 *Donec superest aliquid agendum, nihil actum dicitur.*

28 *Elocutio in testamenti confectione testatoris omnino est necessaria, vt corporeo sensu testes percipere possint, cui actui à testatore sint adhibiti.*

29 *Elocutio testatoris si non accesserit, nihil facit, quod testator habet in mente.*

30 *Nuda voluntate testamentũ neq; implicite neq; explicite cõstituitur.*

31 Lingua

31 *Lingua eſt character mentis, qua ſilente nulla poteſt eſſe conteſtatio voluntatis.*

32 *Teſtes in conſpectu teſtatoris eſſe oportet, vt ipſum videant & teſtantem audiant.*

33 *Non ſufficit in teſtamento nuncupatiuo, quod aliqui teſtes ſcire & probare poſſunt, partem eſſe in teſtamento ordinatam, alii aliam partem, & teſtamentum nullum eſt.*

34 *Non ſufficit in teſtamento, quod teſtes dicunt ſe præſentes fuiſſe, ſed tenentur teſtari, quod ſint rogati ſeu requiſiti, alias non probant.*

35 *Rogatio teſtium, vt ab ipſo teſtatore vel à tabellione vt fiat nihil intereſt, modo requiſitio patiente & præſente teſtatore fiat.*

36 *Tempore noctis ſi teſtamentum conficitur, tria luminaria ſunt adhibenda, vt teſtatoris & teſtium perſonæ cerni poſſint.*

37 *Tabellio ſi tempore noctis ſcribat teſtamentum cognatis ſuadentibus, vt illi heredes inſtituantur, hora noctis à tabellione exprimenda eſt, qua prætermiſſa dolus poteſt argui.*

38 *Dolus præſumitur quando ſine neceſſitate aliquid fit nocte, quod in die fieri poteſt.*

39 *Quando cauſa teſtati ad ſe attrahit cauſam inteſtati, aliquantulum à iuris ſolennitate recedi poteſt.*

40 *Quando teſtator legitimis heredibus vult inferre hereditatem, id facere poteſt in teſtamento ſolenniis iuris ſtabilito alias fieret iniuria legitimis heredibus.*

TEſtamenti nuncupatiui vſus hodie eſt frequens, & poteſt ſcriptura interueniente, vel ſine † ſcriptura confici, mo- 1
do in vtroque caſu nomen vel nomina heredum ſeptem teſtibus rogatis voce teſtatoris innoteſcant. *l. hac conſultiſſima. §. per nuncupationem. l. iubemus. §. oportet. C. de teſtam. l. heredes palam. ff. eodem. §. vlt. Inſtit. d. tit.*

Et differunt teſtamentum ſolenne in † ſcriptis, & nuncu- 2
patiuum, quod illius ſubſtantia pendet ex ſcriptura, ſine qua

 eſſe

esse nequit. *d.l.hac consultissima. & auth. eo non obseruato.* ibi Dd. *C. de testament.* hoc testamentum nuncupatiuum per testes probatur etiam si scriptura non interuenerit, & ista probatio
3 testamenti † nuncupatiui est potentior, quam probatio testamenti in scriptis, illa ratione, quod testes de expressa vo-
4 luntate testatoris testificari † possunt: In testamento vero my-
5 stico in scriptis nihil testes aliud testari queunt, quam † vt tẽpore publicationis testamẽti sua signacula & subscriptiones recognoscant. Bart. Bald. Castrens. & Ias. *in l. publicati. C. de testam. & in l. 2. & l. cum ab initio. ff. quemad. testam. aper.* Differunt
6 testamentum solenne in scriptis & nuncupatiuum, quod † in illo testes adhiberi nequeunt, qui literati non sunt, nimirum quod scribere nõ possint. *d.l. hac consultissima.* secus est in testa-
7 mento nuncupatiuo, in † quo admittuntur testes illiterati. *d. §. vlt. & l. heredes palam. l. in testamento. C. de testam.* Quorum subscriptio & signatio non requiritur, sed probatio voluntatis testatoris. *d.l. iubemus.* ibi Dd. *C. de testam.*

Et hanc probationem firmam esse, hodie vniuersa Doctorum sententia est, si testator suam vltimam voluntatem in formam publicam, seu scripturam aliam priuatam, per se ipsum scripserit, vel per alium scribi curauerit, illamque scripturam fecerit legi coram requisitis & adhibitis testibus, ra-
8 tum habetur testamentum † nuncupatiuum, modo ad interrogationem legentis omnia sua voce approbet testator, etsi aliter nomina heredum non exprimat, per gloss. *in d.l. iubemus in verbo, quemadmodum.* quam Cynus, Bald. Castrens. & Iason approbant. Bartol. *in d.l. heredes palam.* Corn. *consil. 77. volum. 4.* Roman. *consil. 306.* Alexand. *consil. 12. volum. 1. & consil. 33. volum. 3.* Ruin. *consil. 8. num. 7. lib. 3.* Didac. Couarru. *in cap. cum tibi. num. 3. de testament.* Boer. *quaest. 35.* est Dd. approbata sententia, cuius ratio esse potest, quod in testamento mystico nomen heredis per alium scribi possit, ita etiam nomen vel nomina heredum per alium in testamento nuncupatiuo nuncupari

queant

queant, cui sententiæ videtur suffragari textus *in l. Pamphilio. §. propositum. ff. de legat. 3.* ibi habetur, quod dispositio ad alterius interrogationem approbata est, per verbum, μάλιστα, id est, maxime & erudite Paul. Parisi. *consil. 22. ad resolutionem. num. 15. libro 2.*

Est tamen notatu dignum, quod dict. gloss. sibi locum vendicat, quando testator suam vltimam voluntatem † prius 9 scribenti exposuerit, & illam scribens seu tabellio in scripturam redegerit, postea coram testatore & testib. adhibitis legat, testatore approbante, ratum habetur testamentum nuncupatiuum ex † interrogatione alterius, & responsione testa- 10 toris factum. Corneus *consilio 77. num. 4. volum. 4.* Ruin. *consilio 2. num. 9. lib. 4.* Cyn. Fulgosius & Iason *in dicta leg. iubemus.* & secutus est Menochius *libro 4. præsump. 8. num. 14. de præsumpt. parte 2.*

Debet & huiusmodi interrogatio esse sine suspicione. Nam si testator interrogetur ab illo, qui ab intestato non est successurus, res potest esse suspecta: si testator non prædixerit testibus, vt adesse velint suæ contestationi, responsio est sine operatione. Corn. *consil. 313. volum. 2.* Bellon. *consilio 73.* Sin autem interrogatio fiat ab eo, qui ab intestato † succedere 11 potest, res est sine suspitione, cum in facultate est testatoris respondere vel non respondere. Corn. *consil. 313. numero 4. libr. 2.* & Menochius *parte 2. libr. 4. præsumpt. 8.* alleg. Socin. sen. *consilio ducentesimo vigesimo nono. lib. 2.* Dec. *consil. 489.* Ruin. *cons. 2. num. 6. volum. 2.*

Sed hoc ita de interrogatione intelligitur procedere, si testator ex bona memoria adhuc articulate loqui potest, approbans omnia, quæ in † præsentia leguntur, antea ex sua ex- 12 positione concepta. gloss. & Dd. *in d. l. iubemus.* & Dd. *per d. §. propositum.* Bellon. *consilio 73.* Ioann. Andr. *in addition. Speculat. §. in primis. in verbo, quidam pileus. de testament.* ibi dicit, quod voluntas, quo ad heredis institutionem præcipue sit

decla-

declaranda, eſt communis opinio. Vtique fieri poteſt, vt te-
13 ſtator valde ægrotus ad inſtantiam † amicorum & affinium, magis ad moleſtias amouendas reſpondeat, quod ſic, quam a-
14 nimi ſententiam dicat, quia vehementer laborans † animi conſilium non præſumitur habere. Bald. *in l. non ſolum. num. 18. C. de bonis quæ lib.* late Socin. Nepos *conſ. 183. lib. 2.* quem ſecutus eſt Pecchius *cap. 5. num. 5. de teſtament. coniug.* Corn. *conſ. 319. vol. 1. & conſ. 103. in fin. d. volum.* Nam & ſi teſtator tam graui morbo laborat, vt amplius articulate loqui nequeat, ipſius reſpon
15 ſio ſeu conteſtatio † nullius eſt momenti, ſed habetur mortuo ſimilis. *dict. l. iubemus. §. ſi talis eſt.* ibidem interpretes & copioſe Schurff. *conſ. 49. centur. 2.* & ſcribit Caſtrenſ. quod quidam in teſtamenti confectione, ægrotoʼ, qui loqui non potuit, manum ſtrinxiſſet ac dixiſſet, vis me tibi eſſe heredem, & ægrotus manum ſtrinxit, in qua quæſtione contra teſtamentum fuiſſe iudicatum. Caſtrenſ. *in l. hac conſultiſſima. §. at cum humana fragilitas. C. qui teſtam. facer. poſſ.* & Iaſon *in d. l. iubemus.*
16 Quia cum neque † vere teſtatoris, neque ſcriptura nomina heredum manifeſtentur, teſtamentum nuncupatiuum nullum eſt, Cyn. *in d. l. iubemus.* & Afflictus *deciſ. 143.* Corn. *conſ. 73. num. 5.* neque hoc caſu clauſula codicillaris quicquam opera-
17 tur, cum † voluntas teſtatoris non venit in lucem. Cyn. Bart. Bald. & Iaſ. *d. l. iubemus.*

Similiter ſi notarius vel alius priuatus non ex inſtructione
18 teſtatoris, ſed ex ſua † meditatione teſtamentum ſcripſerit, idque poſtea legat coram teſtibus & teſtatore reſpondente
19 ſic, reſponſio nullius eſt momenti, quia heres † eſſe nequit, qui inconſulto teſtatore ſcriptus eſt, textus eſt clarus *in l. 2. §. ſi inconſulto. ff. de bonor. poſſ. contra tab.* & probat text. *in l. qui ex liberis. §. teſtamento. ff. de bonor. poſſeſſ. ſecundum tabul.* ibi habetur, quod nemo nuda voluntate ſibi teſtamentum conſtituere
20 poſſit. Etenim veteres † decreuerunt, quod iura teſtamentorum per ſe firma eſſe oporteat, non vero ex alterius arbitrio dependere.

dependere. *l. illa institutio. l. captatorias. ff. de hered. instit.* Et Rom. *cons. 306. in fine.* scribit, quando institutio heredis non procedit ab initio ex declaratione testatoris, sed ex † meditatione alterius scribatur, quod sit improba superstitio, cum talis modus testandi in iure non sit inuentus, & Iason *in d. l. iubemus.* ait, quod sit opinio valde æqua, quæ multoties fraudibus occurrit, & eandem opinionem tuetur Carolus Molineus contra Alexand. *cons. 33. volum. 1.* & Corn. *cons. 1. num. 4. vol. 1.* inquit, quod scriptura de voluntate † testatoris non confecta magis habeatur pro suggestione, quam voluntate testatoris. Bartol. Bald. Castrens. & Iason *in d. l. iubemus.* Corn. *consilio 73. d. volum. 1.* & sentit Viglius *in §. sed quum paulatim. num. 12. Institut. de testament.*

21

22

Quam opinionem Alber. Papiens. vlterius extendendam existimat, nimirum si ab initio amici de voluntate testatoris sint informati, ex illa informatione per tabellionem curant scribi testamentũ, quod deinde legatur in præsentia testatoris, interrogeturque, an ita testari velit, & testator † respondeat, *ita*, contestatio pro nulla habetur, quum scriptura à tabellione est confecta, quem testator non rogauit, seu non requisiuit. Castrens. *cons. 155. lib. 1.* Corn. *in dict. l. iubemus.* & Corn. *consil. 233. vol. 4.* & Corn. *cons. 103, in fin. vol. 1.* Rom. *in l. gerit. ff. de hered. instit.* quia tali casu daretur materia fabricandi falsum, vt refert Ioan. Andr. *in addit. Speculat. tit. de testament. §. in primis. in verb. quidam pileus.* Bald. *in d. l. iubemus.* Hieronym. Schurff. *cons. 49. centur. 2. per tot.* Sed istam opinionem Papiensis & aliorum, Menoch. per dictum consilium. Alexand. *33. vol. 1.* conatur impugnare. *in tract. de præsumpt. 8. præsump. n. 16. vers. ea ratione.* at frustra, cum Papiens. Cyn. Bald. & Ias. opinio nitatur authoritate iuris publici, quod testamentum non consistat, nisi formula iuris in illo † sit obseruata. *l. nemo potest.* ibi Dd. *ff. de legat. 1. l. vltim. l. hac consultissima, C. de testament. l. quæramus. ff. de testament.*

23

24

Quinetiam ſi ex inſtructione teſtatoris tabellio ſcripſerit
25 teſtamentum, & antequam † illud in præſentia teſtatoris prælegatur, moriatur teſtator, tunc illa tabellionis ſcriptura nullius eſt valoris & operationis, neque in vim codicillorum valet *per l. fideicommiſſa.* §. *2.* ibi gloſſ. probata & Bart. *ff. de legat. 3.* Tiraquell. *priuileg. 6. de priuileg. piæ cauſæ. in princ.* facit *l. ex ea ſcriptura. in princip.* ibi Bald. & Bart. *ff. de teſtament.* & dicitur ſaltem
26 præparatoria ſcriptura † ad teſtamentum. Vtique ſi teſtator morte præuētus, antequam omnia diſponat, dicitur imperfecta voluntas. Bald. Aretin. & Caſtrenſ. *in l. ſi quis cum teſtamentum. ff. de teſtament.* Boer. *deciſ. 93. & deciſ. 240.* & donec ſupereſt
27 aliquid agendum nihil † actum intelligitur. *l. penult. in fin. ff. ad Syllanian.* & concordat Imperatoris Maximiliani conſtitutio Anno 1512. promulgata, quod teſtamentum teſtibus prælegi debeat in præſentia teſtatoris, antequam diſcedant teſtes. Caſtrenſ. *in l. hac conſultiſſima.* §. *at cum humana fragilitas. C. qui teſtament. facer. poſſ.* Vtique nulla eſt conteſtatio, quam teſtator ſua voce coram teſtibus non approbat. Grammatic. *deciſ. 62.*
28 Certe elocutio † teſtatoris omnino eſt neceſſaria, vt teſtes corporeo ſenſu percipere poſſint cui actui à teſtatore ſint adhibiti & de eo poſtea teſtimonium perhibere poſſint. *l. qui teſtamento.* §. *veteres*, ibi Bart. Bald. & Caſtrenſ. *ff. de teſtam.* Bartol. *in l. ſciendum. num. 6. ff. de verbor. obligat.* Etenim ſi elocutio teſta-
29 toris non acceſſerit conteſtationi, nihil facit † quid teſtator habuerit in mente, quia nuda voluntate teſtamentum neque
30 implicite † neque explicite conſtituitur. *l. qui ex literis.* §. *teſtamento. ff. de bonor. poſſ. ſecund. tabul.* ſolet veteri prouerbio dici, quod lingua ſit character mentis, qua ſilente nulla poteſt eſſe
31 conteſtatio † voluntatis. Bald. *in l. cum proponebatur. ff. de legat. 3.* Quibus proxime ſciendum eſt, quod teſtes in conſpectu teſtatoris eſſe oporteat, vt teſtatorem videre & loquentem au-
32 dire † poſſint, alias voluntatem teſtatoris probare nequeunt quod eſt ſpeciale in teſtamenti confectione. *l. ſi non ſpeciale.*

ibi

ibi Bartol. Bald. Castrens. & Iason *C. de testament.* Alexand. *cons. 99. volum. 3* Cuius iuris theorica tantam considerationem habet, vt in testamento nuncupatiuo non sufficiat, quod aliqui testes scire & † probare possint, partem in testamento ordi- 33
natam esse, alii aliam partem probare possunt, testamentum inualidum est, clare Bald. *in l. cum antiquitas. num. 5. C. de testam.* cuius doctrina communiter est recepta. Castrens. Alexan. & Iason *in d. l. cum antiquitas.* Cyn. & Bald. *in l. si præsidi. C. de donat. ante nupt.* Alexand. *consil. 177. volum. 2.* Rom. *cons. 80.*

Quin etiam si vnus testis nomen heredis desierit audire, testamentum nuncupatiuum corruit. Bald. clare Alexand. & Iason *in dict. l. cum antiquitas. C. de testament. & l. qui testamento. §. vltim. ff. eodem.* Est & in testibus obseruandum, quod non sufficiat testari, se præsentes fuisse, & audiuisse, testatorem ita disposuisse, sed requiritur vt dicant † se esse rogatos vel re- 34
quisitos, alias non probant. Bartol. *in l. diuus. ff. de testament. milit.* dicit menti tenendum. Speculator *titul. de teste. §. 1. num. 92.* Bald. Castrens. *in l. heredes palam. §. in testamentis. ff. de testament.* Alexand. *consil 33. volum. 2.* est communis Doctorum suffragatio. Rogatio testium † nihil interest an ab ipso testatore, vel 35
à tabellione præsente & patiente testatore fiat, gloss. *in auth. rogati. C. de testibus.* Iason *in l. serui electione. numero 41. ff. de legat. 1.* Alexand. *consilio trigesimo tertio. num. 14. volum. 3.* Corn. *consilio 304 volum. 1.*

Sin autem noctis tempore testamentum conficitur, interpretibus placet, quod tot † luminaria sint adhibenda, vt te- 36
statoris & testium personæ cerni & cognosci possint, alias fraus & dolus committi queat, Dec. *consil. 65. num. 2[illegible].* ait, tria luminaria esse adhibenda *iuxta l. 1. §. tria luminaria. ff. de ventre inspiciend.* Iason *consil 50. lib. 3.*

Quin etiam si noctis tempore suadentibus † cognatis ta- 37
bellio scripserit testamentum, vt illi heredes instituãtur, hora noctis exprimenda est, qua prætermissa dolus potest argui.

Dec.*d.conf.66.nu.21.lib.2.* quia dolus præsumitur, quando sine
38 necessitate aliquid fit † noctis tempore, quod in die fieri potest. Socin. iun. *consil.31.num.49.lib.2.* & Grauetta *in cons.43.n.11.* & refert Menoch. *lib.4.præsumpt.12.in tract.de præsump.* qui *præsumpt.8.* plures casus congessit, quibus ad interrogationem testamentum vires acquirere possit, sed in istis interrogationibus spectandum est, an instituantur, qui testatori ab intestato succedere possint, tunc causa testati, causam ab intestato ad se attrahat, & per consequens aliquantulum à solenniis
39 iuris † recedi potest *per l. hac consultissima. §. per nuncupationem.* ibi Castrens. Iason & alii. *C. de testament.* Quod secus est, quando testator legitimis heredibus successionem vult auferre, legem perfectam, hoc est, testamentum solennitate iuris stabilire tenetur, ne à præcepto seu prouisione legis sua contestatio vinci queat, deferentis successionem legitimis heredibus ab intestato, quibus lex naturæ adsistens, à lege testatoris imperfecta, postponi non debet, alias fieret iniuria legitimis heredibus, quibus successio iure sanguinis competit. *l. vlt. C. quor.bonor.l.1.C.vnd.vir & vxor.l.non scripto.in fin.ff.vnde liber.*

De operatione clausulæ codicillaris, & aliarum clausularum.

TITVLVS V.

SVMMARIA.

1 *Clausula codicillari in testamento inserta duæ censentur esse dispositiones, altera testamentaria, altera codicillaris.*

2 *Dispositione testamentaria deficiente, codicillaris clausula vires retinet.*

3 *Heres habet electionem, an ex testamento vel clausula codicillari hereditatem adire velit.*

4 *Heres si interrogetur an ex testamento, vel ex codicillis succedere velit,*

velit, cogitur vnam viam vel ex testamento, vel ex clausula codicillari eligere.

5 *Heres si eligat viam ex testamento & succumbat propter vitium testamenti, non potest ad ius codicillorum redire, & è conuerso.*

6 *Interrogatio ante litis contestationem facienda est, postea potest respondens resoluere, quod omne ius suum in iudicium deduxerit, nec tenetur vlterius respondere.*

7 *Interrogatio habet locum, quando in vna eademque scriptura clausula codicillaris est adiecta: secus est si diuersæ sunt scripturæ, petens ex codicillis non censetur viæ petendæ ex testamento renunciasse.*

8 *Parentibus ac liberis ex iisdem ad quartum gradum agnationis, electio vnius viæ obstat, quin possint ad alterum redire.*

9 *Clausula codicillaris suas vires extendit in omnem casum, ex quo testamentum ruere potest.*

10 *Clausula codicillaris habet vim codicillorum.*

11 *Clausula codicillari censentur rogati qui testatori ab intestato succedere possunt, vt retenta sibi Trebellianica hereditatem instituto heredi restituant.*

12 *Quando defectus in numero testium est, vel testis inhabilis est, in testamento adhibitus, vel similis defectus, virtute clausulæ codicillaris contestatio resoluitur in fideicommissum.*

13 *Quando hereditas ad alios deuoluitur, quos testator ne cogitauerit grauare, & præter spem & voluntatem testatoris succedunt, illos clausula codicillaris non tangit, ideoq; neq; fideicommissa negata præstare tenentur.*

14 *Qui fortuito & non iudicio testatoris hereditatem consequuntur, non onerantur.*

15 *Clausulæ codicillari duo insunt effectus, scilicet testamento vitio laborante, ne directa institutio in illo valeat, virtute clausulæ codicillaris institutio in fideicommissum soluitur.*

16 *Testamentum quocunque modo infirmum est, per clausulam codi-*

cillarem legata censentur ab intestato repetita, & à succedentibus ab intestato legatariis debentur.

17 *Clausula codicillaris maioris est potentiæ quam sunt codicilli ex testamento pendentes, quia illa voluntatem defuncti ab intestato tuetur, codicilli ex testamento dependentes una cum testamento consistunt & corruunt.*

18 *Ex testamento priori perfecto si hereditas non aditur, & in secundo imperfecto est clausula codicillaris adiecta, succedentes ab intestato legata ex secundo præstare tenentur.*

19 *Duo testamenta si fuerint perfecta & in posteriori clausula est adiecta, quod prius in vim codicillorum valere debeat, valet respectu clausulæ prius in vim codicillorum.*

20 *Clausula codicillaris etsi in priori testamento adiecta, & secundo perfecto, in totum prius testamentum rumpitur, etsi nulla mentio prioris in secundo testamento facta est.*

21 *Instituti in secundo testamento imperfecto, qui testatori ab intestato succedere possunt, rumpitur prius perfectum, in quo extranei instituti inueniuntur.*

22 *Prius testamentum à secundo inualido licet non rumpatur, tamen clausula codicillaris in secundo inserta efficere videtur, quod legata ex secundo debentur.*

23 *Lex opus imperfectum non nouit.*

24 *Voluntas testatoris in genere valere potest, quatenus est mentis contestatio.*

25 *Larga significatione codicilli loco testamenti habentur.*

26 *Non valet si quid ago vt ago tunc valet vt valere potest.*

27 *Fideicommissum vel legatum in genere dilectæ personæ relictum valet in vim codicillorum.*

28 *Clausula adiecta, vt testamentum valere debeat quocunque modo possit, voluntas in genere valida habetur sine directa institutione.*

29 *Clausula adiecta vt volũtas donatione mortis causa valere debeat rata constituitur voluntas, modo donatio acceptetur.*

30 Ta-

30 *Tabellio nomine absentis donationem acceptare potest.*

31 *Donatio causa mortis quo ad initium contractui comparatur, quo ad effectum vltimæ voluntati.*

32 *Quando respectu clausulæ codicillaris vel similis successioni sit locus, Trebellianica detrahitur.*

33 *Numerus quinque testium iure ciuili in omni vltima voluntate desideratur.*

24 *Clausulæ, omni meliori modo & iure, non solum interpretes vim fideicommissariæ institutionis tribuunt, sed etiam quasi directa institutionis.*

35 *Solennia non magis insunt clausulæ, omni meliori modo & iure, quam clausula codicillari.*

36 *Testamento ex causa exheredationis vel præteritionis rupto, Doctores opinantur, quod ex clausula codicillari liberi teneantur hereditatem restituere, gloss. in contrarium decidit.*

37 *Actus exheredationis & præteritionis, cum sit contra ius, ipso iure in totum est nullus.*

38 *Testamentum cum sit causa clausulæ codicillaris non debet in concreto clausula codicillaris potentior esse sua causa.*

39 *Extraneis institutis, directa institutio si deficiat, fideicommissaria sit locus virtute clausulæ codicillaris.*

40 *Clausula codicillaris eandem vim habet quam codicilli.*

41 *Titulus directus institutionis ex clausula codicillari non resultat.*

42 *Clausula codicillaris eodem vitio laborat, quo ipsum testamentum.*

43 *Liberis portio ex parentum substantia directo titulo institutionis debetur.*

44 *Heres si in testamento non est institutus, Authent. ex causa cessat.*

45 *Liberis etsi vltra debitam portionem in legatis adsignetur, nihilominus testamentum nullum dicere possunt.*

46 *Actus*

45 *Actus exheredationis vel iniustæ præteritionis est contra legis interdictum.*

47 *Clausula codicillaris inter liberos operari potest quando illis est vtilis, & non damnosa.*

48 *Legata præstantur ex testamento rupto, non ex clausula codicillari.*

49 *Clausulam codicillarem inter liberos operari quando in testamento aliquis est defectus solennitatum: Dd. opinantur.*

50 *Clausula codicillaris quando est lecta coram testatore, censetur illam approbasse.*

51 *Necessarium est, vt clausula codicillaris coram testatore legatur.*

MOs & consuetudo à iure probata inualuit, quod testamenta facientes in illis clausulam codicillarem vel similem solent inserere, vtpote si testamentum vel dispositio non valet iure testamenti, quod iure codicillorum valere debeat, duæ † censentur esse dispositiones. Altera testamentaria, altera codicillaris, & per consequens, deficiente dispositione † testamentaria, vires retinet codicillaris. *l. vlt. C. de codicillis. l. 3. ff. de testament. milit.* ibi Dd. *l. generaliter. §. ex testamento. ff. de fideicom. libert. l. si patroni. §. vlt. ff. ad Trebell. l. quamuis. C. de fideicom.* Alexand. *cons. 4. in fin. volum. 7. & l. qui ab intestato. l. conficiuntur. ff. de iure codicill.* qui textus etsi præcipue de codicillis loquuntur, tamen etiam ad codicillarem clausulam trahuntur. Bald. *cons. 170. vol. 5.* Corn. *cons. 245. vol. 3.*

3 Quo euenit, vt heres habeat † electionem, an ex testamento, vel ex codicillis velit adire hereditatem. *d. l. vlt.* ibi gl. & Bart. *C. de codicill.* & ex codicillis si adeat succedit ab intestato. *l. vlt. C. quand. dies leg. ced.* Qua de causa cõtradictore existẽte, vt solent esse, qui ab intestato succedere possunt, si interrogatur heres, an ex testamento vel ex clausula codicillari

4 defuncto succedere velit, cogitur † vnam viam respondendo vel ex testamento vel ex clausula codicillari eligere, & vna via

electa

electa ab altera fit præclusio, idcirco heredis est prudenter deliberare, vtram viam eligat. Quia si eligat viam directo agendo ex testamento, & succumbat propter vitium testamēti, non potest postea ad ius † codicillorum redire, & ex iisdem tanquam fideicommissarius hereditatem petere, & è 5
conuerso *d. l. vlt.* ibi gloss. Bart. & Bald. *C. de codicill.* Speculat. §. *compendiose. num. 17. titulo de instrument. edit.* Afflict. *decis. 134.* Boerius *decis. 33. num. 12.* cuius sententiam secuti sunt assessores in Camera Imperiali Mynsing. *obseru. 25. cent. 2.*

In qua interrogatione aduertendum est, quod ante litis contestationem fieri debeat, quia † lite contestata heres pe- 6
tens ex testamento potest respondere, quod omne ius suum in iudicium deduxerit, vlteriori interrogationi locus non est, *c. abbate sane. de iudic. lib. 6.* Speculator *in d. §. compendiose. num. 17.* inquit, quod stultus fuerit interrogans, quod ante litis contestationem non interrogauerit, & secutus Ioan. Dilect. *titul. 9. caut. 17. in tract. de art. testandi.*

Et hoc de interrogatione procedit, quādo in vna eademque † scriptura clausula codicillaris est adiecta, & testamen- 7
tum conscriptum, secus est, si diuersæ sunt scripturæ, petens ex codicillis non censetur viæ petendæ ex testamento renunciasse. *l. Lucius ff. de petit. hered. l. mater decedens. ff. de inoff. testam.* & dicit Bart. sine dubio esse. *cons. 68. n. 2. vol. 2.*

Similiter si quis ex parentibus vtriusque sexus ac † liberis 8
vsque ad quartum gradum agnationis vinculis alligatus, his non obstat electio vnius viæ, quin ad alteram redire possint text. apertus *in d. l. vlt. C. de codicill.*

Cæterum de clausula codicillari sciendum est, quod suas vires † extendit in omnem casum, ex quo testamentum cor 9
ruere potest. tuetur voluntatem defuncti, habetque † vim iu- 10
ris codicillorum. *d. l. vlt. & l. eam quam.* ibi gloss. Bartol. Bald. & Castrens. *C. de fideicom. & l. quamuis d. tit. l. 2 in fin. ff. de iur. codicill. l. 3. ff. de testam. milit.* Bald. *consil. 170. volum. 5.* Quo euenit vt clau-

sula codicillari censeantur rogati, qui testatori ab intestato
11 succedere possunt, vt retenta † Trebellianica hereditatem restituant, vtpote quando defectus solennitatis in testamento est, quod plenus numerus testium non sit adhibitus, vel inhabilis testis sit vocatus, vel quod testes non sunt rogati vel similis est defectus. Virtute clausulæ codicillaris contestatio in
12 fideicommissum † resoluitur, Platea & Christoph. Porc. *in §. codicillos. Inst. de codicill. per. l. ita tamen. §. rogatus. ff. ad Trebell.* Bart. Bald. & Ias. copiose *in l. eam quã. C. de fideicom.* Bart. *in l. 1. ff. de iure codicil.* Corn. *cons. 245. vol. 3.* Bald. *cons. 170. vol. 5.* & Alex. *cons. 142. vol. 2.* Ioan. Dilect. *tit. 5. caut. 3. de art. testan.* Quod diuersam cau-
3 sam habet de clausula codicillari, quando hereditas ad † alios deuoluitur, quam testator existimauit, quos ne grauare cogitauerit, ab intestato præter voluntatẽ vel spem testatoris succedentes, clausula codicillaris non tangit, idcirco neq; fideicommissa, neq; legata præstare tenentur. Ias. *in l. eam quam. nu. 10. C. de fideicom.* Bart. clare *in l. filio præterito. n. 11. ff. de lib. & posthu.* Cyn. & Saly. *in l. 1. ff de condict. indeb.* Corn. *cons. 119. vol. 2.* & pro-
14 bat text. *in l. 6. sed et si. ff. de leg. 3.* ibi respondit Paul. Qui † fortuito & non iudicio testatoris cõsequitur hereditatem ipsum onerari non debere. Porro clausulæ codicillari duo insunt ef-
15 fectus, vnus scil. testamento vitio laborante, ne † directa institutio in eo valeat, virtute clausulæ codicillaris institutio in fideicommissum resoluitur, & fideicõmissario acquiritur hereditas, cum actionibus actiuis & passiuis, excepta Trebellianica, quæ instituto heredi debetur. *§. sed quia stipulationes. §. restituta. Instit. de fideicom. hered. l. ita tamen. §. rogatus. l. Scæuola. l. 1. §. hoc autem. & per tot. ff. ad Trebellian. l. iubemus. C. eod.* & est cõmunis Dd conclus. Guid. Pap. *decis. 513.* Alter effectus clausulæ codicillaris est, quocunq; modo testamentum infirmũ habetur,
16 legata tamen per clausulam codicillarem censentur † esse repetita: & à succedentibus ab intestato ex voluntate testatoris legatariis debẽtur. *l. eam quam.* ibi gl. & Dd. *l. quamuis. C. de fideicom-*

com. probat tex. *in l. Lucius Titius. §. filiam. ff. de leg. 2.* scite Couar. *in c. Raynaldus. §. 3. nu. 14. vers. postremo. de testam.* estq; communis Dd. conclusio. Estq; clausula codicillaris maioris potentiæ & efficacitatis † quam sint codicilli ex testamento dependentes, quia illa, testamento deficiente nihilominus voluntatem defuncti ab intestato tuetur. *d. l. ex testamento. & d. l. quamuis. l. 2. ff. de iure codicil. l. 2. C. eod. d. l. 3. ff. de testam. milit.* & sentit Ioan. Dilect. *tit. 3. caut. 1. de arte testandi.* 17

Codicilli vero, qui ex testamento dependent vna cum testamento consistunt & corrunt. *l. 3 in fin.* ibi Bart. & Bald. *ff. de iure codicill.* Quo pertinet, si ex testamento priori perfecto, hereditas † non aditur, & in secundo imperfecto, est adiecta 18
clausula codicillaris, succedentes ab intestato legata & fideicommissa ex secundo testamento præstare tenentur, quia per aditionem hereditatis ab intestato succedentes censentur approbare voluntatem testatoris. Bart. *in l. si iure. nu. 5 vers. idem. ff. de leg. 3.* cuius doctrina est recepta. Guid. Pap. *decis. 326.* Quibus confine est scire, si testator duo fecerit testamenta perfecta, & in secundo adiecerit clausulam, quod prius in vim codicillorum valere debeat, valet † respectu clausulæ prius in 19
vim codicillorum. *argu. l. posthumus. §. paganus.* ibi Bart. & Bald. *ff. de iniust. testam.* facit text. *in l. querebatur. in verbo, sed in proposito. ff. de milit. testament.* Socin. *consil. 142. reuerende pater. n. 4. vol. 1. l. non codicillum. C. de testam. l. si quis errore. ff. ad Trebel.* Quod diuersitatis causam habet, quando in secundo testamento perfecto prius testamentum in totum non repetitur, in quo licet clausula codicillaris sit adiecta, nihilominus prius testamentum in totum rumpitur à † secundo perfecto, *arg. l. si iure.* ibi Bart. & 20
Bald *ff. de leg. 3* & scite Guid. Pap. *quæst. 323.* & hoc procedit, etiam si nulla mentio prioris testamenti in secundo facta est, æque superius censetur esse ruptum. *§. posteriore. Instit. quid. mod. testament. infirmant. l. pater filio. ff. de hered. instituend. l. cum. in secundo. ff. de iniust. testament.*

21 Quinetiam in casu succedentium ab intestato, prius † testamentum perfectum, in quo instituti extranei sunt, rumpitur à secundo imperfecto coram quinque testibus conditum, si in hoc instituti sunt qui testatori ab intestato succedere possunt. *l. hac consultissima. §. si quis. C. de testament.* vbi Dd. referunt, quod causa testati attrahat ad se causam intestati.

Item etsi prius testamentum à secundo inualido non rum-
22 patur: tamen clausula codicillaris † in secundo inserta efficere videtur, quod legata secundo debentur. Bart. *in l. 1. num. 3. ff. de iure codicillor.* cuius doctrinam commendat Rolandinus Bononiens. *in 1 parte rubric. 34. de testament.* & facit text. *in l. querebatur. ff. de testam. milit.* Quod diuersum est, si vtrumque testamentum non valet, vt ex vtroque hereditas adiri nequeat, nec clausulam codicillarem vel similem habeat adiectam, legata non debentur. *l. 2. Cod. si omissa causa testamenti. l. si venio in princip. ff. de testamentar. tutela. l. nemo potest. ff. de regul. iuris. l. ex testamento. C. de fideicomm.* & gloss. notabilis *in l. si à te. ff. vt legator. nomine caueat.* & ista iuris definitio, quod ex testamento imperfecto, si clausula codicillaris non sit inserta, nihil debeatur,
23 regulariter procedit illa ratione, quod lex opus † imperfectionis non nouit. *d. l. 2.* ibi & Dd. *§. ex eo. Institut. quib. mod. testament. infirm.* Nihilominus tamen respectu causæ vel personarum, si agens suam intentionem fundat ex vltima voluntate
24 testatoris, quod valere † debeat in genere in vim codicillorum, voluntas effectum consequi potest, quatenus est mentis contestatio. *Institut. de testament. in princip.* Afflictus *decis. 134 per totum* Bald. *consil. 284. volum. 3.* Vtique larga significatione, co-
25 dicilli loco † testamenti habentur. Bald. & glos. *in l. 2. C. com. de legat.* Corn. *cons. 62. volum. 2.* & hoc procedit, si testator suam dispositionem voluit legis prouisioni esse commissam, alias
26 secus est. Quia si non valet quod † ago, vt ago, tunc valet vt valere potest. *l. 1.* ibi Bart. Bald. *ff. de iure codicillor.*

27 Vnde si testator † in genere fideicommissum vel legatum

dilectæ

dilectæ personæ relinquat, quam licita affectione prosequitur, testatoris contestatio in vim clausulę codicillaris rata habetur. *l. in testamento. ff. de fideicomm. libert.* Bald. *in l. si iure. C. de testam. manu.* Iason *in l. non dubium. C. de testamen.* Iason *in l. exigendi. C. de procurat.* Roman. *cons. 179.* Grammatic. *decis. 62. num. 17.* Guilhel. Benedict *in cap. Raynutius. in verbo, testamentum. nu. 82. de testament.*

Quo spectat etiam si à testatore inseratur clausula, vt suum testamentum valere debeat † quocunque modo possit, vel 28
cuiuslibet vltimę voluntatis sine directa heredis institutione, voluntas testatoris in genere valida habetur *per l. licet.* ibi Dd. *C. de pact. l. 1. C. de codicill.* Alexand. *cons. 4 num. 8. volum. 7.* & Ioan. Dilect. *tit. 6. caut. 2. de legat. in tractat. de arte testandi,* & Afflict. *d. decis. 134.*

Quin etiam clausula inserta vt testamentum † donatione 29
causa mortis valere debeat, rata constituitur voluntas testatoris, modo donatarius præsens acceptet donationem. *l. 1.* ibi Accurs. Cyn. & alii. *C. de donat. caus. mort. l. cum pater. §. eorum. ff. de legat. 2. l. miles ad sororem. C. eod.* facit *l. si debitor. in fin.* ibi dicitur, quod donatio causa mortis instar legatorum habeatur. *l. illud generaliter. ff. de caus. mort.* Quin etiam tabellio nomine † ab- 30
sentis donationem potest acceptare. Rom. *consil. 113. & consil. 295.* & legaliter Couarru. *in rubric. 3. num. 18. de testam.* Ratio acceptationis esse videtur, quod donatio causa mortis quo ad initium † contractui comparatur, quo ad efficaciam & effe- 31
ctum imitatur naturam vltimę voluntatis, hoc est, quando in esse est producta. Castrens. *in l. senium. num. 4.* ibidem copiose Iason *C. qui testam. facer. poss.* Iason *in l. cum antiquitas. num. 2. C. de testam.* Chassan. *rubric. 7. § 5. le testamer. num. 3 in consuet. Burgund.* diserte Alciat. *in l. verba gesserint. ff. de verbor. sign.* Estque etiam aduertendum, quoties heredi fideicommissario, legatario seu alias honorato respectu clausulæ † codicillaris vel alterius re- 32
lictum seu donatū acquiritur, quod Trebellianicæ locus maneat

neat. *l. Scæuola. & l. ita tamen. §. rogatus. ff. ad Trebell. l. 2. ff. de iure codicill. §. restituta. §. sed quia stipulationes. Instit. de fideicom. heredit.* Alexan. *consil. 142. volum. 2.* Hieron. Schurff. *cons. 50. cent. 3.* Bald. *cons. 170. vol. 5.* Corn. *cons. 225. volum. 3.* requiritur & deinde vt
33 numerus quinque testium interueniat, qui in † omni vltima voluntate iure ciuili desideratur. *l. vlt. §. in omni. C. de codicill. l. vlt. C. de donat. caus. mort.* Cuius iuris definitio regulariter procedit exceptis specialibus casibus, in quibus iure gentium vel diuino minor numerus admittitur.

Cæterum in testamento clausulæ, *omni meliori modo & iure.* adiectæ, interpretes maiorem authoritatem contribuunt, quam clausulæ codicillari, scilicet, quod ex hac saltem fideicommissaria institutio resultat: ex illa autem non solum fidei-
34 commissariam, sed etiam † quasi directam institutionem euenire, scribit Ioan. Dilect. *caut. 1. tit. 3. de liberis instituend. in tract. de arte testan.* per Bald. *in l. quoties. C. de hered. instit.* Alex. *cons. 113. post redditum vol. 3.* Alex. *cons. 50. in fi. vol. 7.* Corn. *cons. 298. ante omnia. vol. 1.* Gozad. *cons. 93. n. 15.* Quæ opinio magis pendet ab authoritate interpretum, quam rationi iuris innitens, quod requirit, vt heres certus in scriptura nominetur, vel palam exprimatur & demonstretur, idque solenniis iuris publici interuenientibus, probat text. *in l. quotiens. §. heres. & l. 1. ff. de hered. instit. l. hac consultissima. l. iubemus. C. de testament. l. heredes palam. ff. eodem.* Quæ solennia non magis insunt clausulæ, *omni meliori*
35 *modo & iure.* quam clausulæ † codicillari habenti vim iuris codicillorum. *l. vlt.* ibi Bart. & Bald. *C. de codicill. l. eam quã. l. quamuis. C. de fideicom. l. 2. in fin. ff. de iure codicillor. l. 3. ff. de testamen. milit.* quia leges quæ loquuntur de codicillis trahuntur etiam ad clausulam codicillarem. Couarr. *in c. Raynutius. n. 8. de testament.* Corn. *cons. 245. vol. 3.*

Verum an clausula codicillaris etiam habeat suam operationem & efficaciam, si ex causa exheredationis vel præteritionis, testamentum rumpatur, vt liberi retenta legitima te-

neantur

neantur institũtis heredibus † hereditatem restituere, est cer- 36
tamen ingens inter Dd. & communiter tenetur, quod hereditas sit restituenda. Cyn. Dyn. Bald. Castren. & Ias. *n.22.* dicit commune *in auth. ex causa. C. de liber. præter.* Bart. *in l. filio præterito. ff. de iniust. testam.* Bald. *cons. 395. volum. 2.* Oldrad. *consil. 171. nu. 18.* dicit verius esse. Ruin. *cons. 2. volum. 2.* Alexand. *cons. 41. vol. 1,* Paris. *cons. 31. num. 11. lib. 3.* Anton. Gabriel. *lib. 6. conclus. 7. tit. de clausulis in com. opinionib.* Guil. Benedict. *in repetitione. cap. Raynutius. in verbo, in eodem testamento relinquens, de testament.* Roman. *consil. 181. incipient. pro decisione.* secutus est Iulius Clar. *quæst. 46. de testament.* Mynsinger. *cons. 79. decis. 8.* Vasquius. *de success. progress. lib. 3. §. 3. num. 4. tit. de codi. ill.* & Gail. *obseruat. 14. num. 3. & obseruat. 134. lib. 2.* & Roland. à Valle refert. 30. Dd. ita legendo & consulendo tenere. *cons. 7. lib. 4.*

Quorum clarissimorum virorum opinioni magna reuerentia debetur & in legatis & rebus particularibus sibi locũ vendicare nulla dubitatio est. Sed an in testamento ex causa præteritionis vel iniustæ exheredationis irrito facto, clausula codicillaris tantæ efficacię & effectus esse possit, vt institutionem quam ius publicum pro irrito habet, renouare queat, quæstionis est? Et gloss. *in d. auth. ex causa.* & antiqui Dd. censuerunt, clausulam codicillarem nihil facere, nec eius respectu hereditatem esse restituendam. Quæ opinio probabiles habet rationes, scilicet, q; ius publicum filio patris odio præterito vel iniuste exheredato, rumpendo heredis institutionem, filium vocat ab intestato ad successionem parentũ, quibus hodie authoritate iuris publici interdictum est, ne liberos nisi iustis de causis prætereant vel exheredent. qũa † de re 37
cum actus pręteritionis seu exheredationis sit contra ius, ipso iure in totum actus nullus est. *l. non dubium.* ibi gloss. Bartol. & Bald. *Cod. de legibus.* & Bartolus *in l. cum lex.* ibi Imol. *ff. de fideius.* & per consequens cũ ex causa præteritionis vel exheredationis institutionem heredis ius ipsum pro nullo & irrito habet, à iure

à iure absonans est, quod ex clausula codicillari institutio debeat renouare & restaurare, quia cum testamentum est causa
38 clausulæ † codicillaris, non debet in concreto, clausula codicillaris suæ causæ esse potentior. Papinianus *in l. quod per manus*. ibi notat gloss. *ff. de iure codicillor.*

Nec quicquam facit quod per clausulam codicillarem, directa institutio in testamento inserta in fideicommissariam institutionem resolui potest. §. *vlt. Institut. de codicill. l. 2. in fin. ff. eodem. l. hæreditatem. C. d. tit.* Quia illa iuris definitio procedit, quando extranei & alii qui de necessitate iuris non sunt insti-
39 tuendi, heredes instituuntur, ex † testamento deficiente solennitatibus iuris, clausula codicillaris operatur, vt institutio directa resoluatur in fideicommissum. *l. 3. ff. de testament. milit. l. quamuis. l. eam quam. C. de fideicom. l. Lucius Titius. §. filium. ff. de legat. 2.* Et conueniunt Dd. quod clausula codicillaris non ma-
40 iorem sed † eandem vim habeat, quam habent ipsi codicilli, Bald. *consil. 170. volum. 5.* Corn. *cons. 245. volum. 3. l. 2. in fin. ff. de iure codicillor. l. 3. ff. de testament. milit.* est Dd. communis conclusio, qui codicilli; seu clausula codicillaris in testamento adiecta, cum ex iure testamenti dependet, vna cum testamento consistit & corruit *l. 3. in fin.* ibi gloss. Bartol. & Bald. *ff. de iure codicillor.*

Ius autem testamenti inter liberos est, vt necessarii here-
41 des sint instituendi titulo directo institutionis, qui † ex codicillari clausula non resultat. *§. vltim. Institut. de codicill. §. aliud quoq; auth. vt cum. de appellat. cognosc. & auth. nouissima.* ibi Bart. Baldus, & Dd. copiose Iason *C. de inoff. testament.* & est communis Dd. sententia. quam & secutus est Iulius Clarus. *quæst. 8. & q. 38. de testament.* Cuius tituli effectus directo institutionis, cum ex causa præteritionis vel exheredationis in testamēto rumpitur, & titulus clausulæ codicillaris consistere nequit. *l. 3. in fin.* ibi Accurs. *ff. de iure codicill.* Ratio esse potest, quod clausula
42 codicillaris eodem † vitio laborat, quo ipsum testamentum, quin

quin etiam titulus directæ institutionis dignior est fideicommissario titulo. *l. filium quis. §. etsi. ff. de legatis præstand.* quia ex illo etiam directo succeditur in locum defuncti, ex fideicommissario per aliam mediam personam. Bald. *in l. si quis ita. ff. vsufruct. quemad. caueat. & argum. §. sed quia stipulationes. Institut. de fideicommiss. hered. l. 1. l. hereditas. ff. ad Trebell. l. iubemus. C. eodem.* Et quum liberis portio ex parentum substantia directo titulo successionis † debetur. Bart. Bald. Salycet. & Iason *in authent.* 43 *nouissima. C. de inoff. testament.* & iidem Dd. *in auth. ex causa. C. de testament.* clausula codicillaris inutilis est; quæ non producit titulum directum institutionis. Guid. Pap. *decis. 425.* dicit esse veritatem & in iudicando obseruari, quin etiam si nullus heres in testamento est institutus ipsa authent. *ex causa.* non habet locum, gloss. *in l. 1. §. vlt. ff. de vulg. & pupill.* quam sequitur 44 Bart. *num. 2.* Castrens. *ad fin.* Alex. *num. 4.*

Cæterum si titulo legati seu codicillari liberis portio legitima & vltra sufficienter sit relicta, nihilominus testamentum parentis † dicere nullum possunt. *per §. aliud. quoque. authent. vt* 45 *cum de appell. cog. l. scimus. §. cum autem. in verb. celebrari. C. de inoff. testam.* & Iulius Clarus *quæst. 38.* scribit, etsi plus quam legitima debita filio titulo legati sit relictum, nihilominus testamentum esse nullum. *l. filio præterito.* ibi Bart. Bald. & alii, *ff. de iniust. testament. l. inter cætera.* ibi & Bart. Bald. & Castrens. *ff. de liber. & posthum. & auth. non licet.* iidem Dd. *C. de testam.*

Qua ratione cum clausula codicillaris ius dicendi primordialiter impedire nequit, quomodo potest destructam institutionem authoritate iuris publici renouare & restaurare? Quia actus † præteritionis & iniustæ exheredationis à iure 46 publico improbatus & interdictus est, & quod iure interdictum est, nullitati in totum subiicitur. *l. non dubium.* ibi gloss. & Dd. *C. de .... & l. cum lex.* ibi Bart. & Imol. *C. de legib.* Qua etiam de causa ius fideicommissi cum minoris est potentiæ, quam est ius directo institutionis, absonans plane videtur à iurispru-

dentia, quod testator inter liberos directo iure efficere nõ potest, indirecto illi concessum esse, vtpote ex quo iure irrita est institutio, cur non irrita clausula est codicillaris, vti gl. recte sentit, quod hereditas vigore clausulæ codicillaris liberis nõ est auferẽda, minus alteri restituenda. Vtiq; clausula codicil-
47 laris inter liberos operari potest, quando † liberis non est damnosa, sed vtilis, sentit & Didac. Couarru. *in c. Raynutius. §. 1. de testam.* Quod autem in testamento ex causa præteritionis vel exheredationis clausula codicillaris virib. destituta est, ex eo
48 patet, quod legata † filio præterito ex clausula codicillari non præstantur, sed intuitu voluntatis ex rupto testamento. Bart. Bald. Alex. & Saly. *in auth. ex causa. C. de lib. præter.* Bart. *in l. 1. C. de iure codicill.* & cum clausula codicillaris, quo ad legata, operatione & effectu caret, multo magis caret effectu fideicommissariæ institutionis. Et hæc iuris theoria de clausula codicillari locum sibi vendicare potest quando testator liberos habet, sin vero matrimonio nondum contracto in testamento clausulam codicillarem adiecerit testator, neque ex testamento, neque ex clausula codicillari legata debentur in præiudicium liberorum, de quibus testator non cogitauit, consuluit Bald. *cons. 424. volum. 4. de quæstion.* Gail. latius *obseru. 113. lib. practicar. obseruat.*

Ne tamen clausula codicillaris in testamento inter liberos omnino frustra sit adiecta, glo. & Dd. antiquis visum est clau-
49 sulam inter liberos † operari quando aliquis defectus solennitatis est in numero testium, vel simile quid. gl. *in fi. in d. auth. ex causa.* ibi Bald. Iacob. de Butrigar. *C. de liber. præter.* Bald. *consil. 387. quidam domina.* refert omnes antiquos Dd. ita tenuisse, & Iulius Clarus *quæst. 46. de testament.* Et hoc de clausula codicillari procedere potest, quando non sumus in casu præteritionis vel exheredationis, & vt clausula liberis non sit damnosa. Variant etiam interpretes de clausula codicillari, an ex capite tabellionis, vel de consuetudine, vel ex voluntate testatoris in

ris in testamento sit inserta. Bart. *in l.1.ff.de iure codicillor.* Corn. *consil.158.vol.2.* Alex. *cons.102. volum.3. & cons.50. volum.6.* Paris. *consil.102.num.11. volum.3.* Carol. Ruin. *cons.98.in fin.volum.1.* & alii plures, quos recenset Philip. Portius *regul. 18. in suis comm. opin.* tandem concludit, si ista clausula coram † testatore sit 50
lecta, qui nihil contradixerit, censetur illam approbasse per Corn. *consil.105.& consil.225.volum.3.* qua de causa † necesse est, vt clausula coram testatore legatur & declaretur, alias testator imperitus non intelligeret vim & effectum istius clausulæ & exinde pendentem contestationem. Imol. *in l.Lucius.colum.penult.ff.de vulgar.& pupillar.* Socin. *consil.92.volum.4.* Portius *dicto loco.*

De Iure Codicillorum.

TITVLVS VI.

SVMMARIA.

1 *Codicillus est quædam dispositio vltimæ voluntatis sine heredis institutione, & largo modo dicitur testamentum, quatenus est mentis contestatio.*

2 *Codicilli facere possunt qui & testari possunt.*

3 *Codicillis neq; hereditas directo dari potest, neq; adimi.*

4 *Codicilli cum testamento vel sine testamento confici possunt.*

5 *Codicilli cum testamento facti, si ex testamento non aditur hereditas, neque codicilli valent.*

6 *Codicilli nullam solennitatem desiderant, saltem sufficit, quod quinque testes interueniant, inter quos & mulier esse potest.*

7 *Coram duobus aut tribus testibus codicilli facti secundum consuetudinem loci rati habentur.*

8 *Minor solennitas requiritur in codicillis, quam in testamento.*

9 *Nemo plura testamenta facere potest quin posterius rumpat primum, codicillos plures quis facere potest.*

10 *De rebus particularibus plerunq; in codicillis disponitur.*
11 *Liberis prateritis codicilli ab intestato confecti non rumpuntur.*

12 *Codicilli ab intestato confecti non rumpuntur, si postea suus heres superuenerit.*
13 *Codicilli cum testamento confecto vna cum testamento subsistunt vel corruunt.*
14 *Codicillis per fideicommissum hereditas dari vel adimi potest.*
15 *Testator in testamento potest se referre ad codicillos quem in illis heredem nominauerit quod sit heres, valet talis heredis institutio in testamento & in codicillis fit declaratio.*
16 *Relictum in codicillis ante testamentum factum honorato debetur, verbum futuri temporis retro trahitur.*
17 *Nemo sibi legem dicere potest à qua ei recedere non licet.*
18 *Rogatus siue in testamento siue in codicillis de restituenda hereditate ex prouisione legis quartam Trebellianicam sibi retinere potest.*
19 *Rogatus in commodum alterius, vt totam hereditatem restituat, restituat sine detractione Trebellianica & nomine saltem est heres.*
20 *Rogando testator maiorem habet authoritatem quam prohibendo.*
21 *Detrectationem Trebellianicæ an testator prohibere possit inter Doctores est ardua quæstio & communiter concluditur posse cum Trebellianica sit similis in effectu Falcidiæ.*
22 *Liberis in primo gradu existentibus pater nō potest prohibere quin possint tertiam partem bonorum detrahere.*
23 *Trebellianica an in codicillis prohiberi possit discrepantes sunt Doctorum sententiæ.*
24 *Defectus voluntatis non minus vitiat codicillos, quam ipsum testamentum.*
25 *Solennitas voluntatis quando deficit nulla est contestatio.*
26 *Solennitas voluntatis deficit, quando testator morte prauentus, vt omnia non disponat qua disponere voluerit.*

27 Donec

27 *Donec superest aliquid ad agendum nihil actum esse dicitur.*
28 *Voluntas quæ in lucem non peruenerit censetur esse abortiua.*
29 *Voluntas trũcata & mutilata non est recipienda, sed quæ ex omnibus suis partibus constat.*

CODICILLUS est quædam dispositio vltimæ voluntatis sine heredis † institutione, & largo modo potest dici testa- 1 mentum, quatenus est mentis contestatio, Alciatus *in rubric. ff. de legat. 1.* ibidem & Bolog. *num. 48.* & Rolandin. Bononiens. *in princ. de codicill.*

Codicillos facere possunt, qui & testamenti † conficiendi 2 ius habent. *l. diui. §. codicillos. l. 2. ff. de legat. 1. l. filius fam. ff. de testam. l. conficiuntur. ff. de iure codicill.* Differunt testamentum & codicilli, quod ex illo hereditas directo in heredem transfertur, quam sine alia prouisione legis plenarie potest adire & frui. *l. quoties. §. heres. l. hereditas. ff. de hered. instituend. l. 1. & 2. ff. de acquir. hered. l. 2. C. de codicill.* & tex. *in §. vlt. Institut. de hered. qualit. & different.* Codicillis hereditas directo neque dari, neque † adimi 3 potest, sed mediante alia persona per fideicommissum hereditas potest relinqui. *§. vlt. Instit. de codicill. l. quod per manus. ff. eodem. l. si idem. l. 2. C. de codicill.* Possunt † & codicilli cum testa- 4 mento vel sine testamento confici, textus *in l. conficiuntur. & l. ab intestato. ff. de codicill.* cum testamento factis codicillis, si ex testamento hereditas non adiatur, neque † codicilli consi- 5 stant, secus est ab intestato factis. *l. 3. in fin.* ibi gloss. & Bartol. *& l. ab intestato. ff. de iure codicill. §. præterea. Institut. de fideicom. hered.* Differunt testamentum, & codicilli, quod in illo requiruntur septem testes masculi rogati. *auth. rogati. C. de testibus. l. heredes palam. ff. de testament. l. hac consultissima. C. de testam. §. vlt. Instit. eod.* Codicilli nullam solennitatem ordinationis † desiderant, 6 saltem ad probationem numerum quinque testium, inter quos & mulier esse potest expostulant. *l. vlt.* ibi Accurs. Bart. & Bald. *C. de codicil. l. ab intestato. in fin. ff. eod. §. vlt. Instit. d. tit.* Sin

tamen in aliquo loco moribus receptum est, quod testamentum minori numero quam septem testibus possit confici, idem ius probandum erit in codicillis, quod coram duobus
7 aut tribus testibus † codicilli facti rati habendi sunt. Bart. *in l. 2. ff. de legat. 1.* & dicit Couarr. communem esse opinionem *in*
8 *rubric. 3. num. 32. de testament.* quia minor solennitas in † codicillis requiritur, quam testamento. *d. l. vlt. C. de codicill. & §. Instit. eodem. l. vltim. C. quemadmod. testament. aper.* Bartol. *consil. 68. libro 2.*

Differt testamentum à codicillis, quod nemo paganus
9 duobus aut pluribus † testamentis æque valentibus decedere potest. §. *priore. Institut. quibus mod. testam. infirm. l. posthum. §. paganus. ff. de iniusto testam.* Ratio est, quod posterius testamētum semper rumpit & tollit prius. §. *posterior. Institut. quibus mod. testam. infirm. l. 1. ff. de iniust testam. l. si iure.* ibi Bart. & Bald. *ff. de leg. 3. l. quærebatur. ff. de testament. milit.* Quæ iuris definitio procedit, ne quidem clausula in priori inserta quicquam operetur. *arg. d. l. si iure.* ibi Bart. & Bald: Bart. *in l. 1. num. 20. ff. de iure codicill.* Alex. *consil. 150. vol. 7.*

Codicillos autem plures quis facere potest & omnes rati habentur. *l. diui. §. codicillos. ff. de iure codicill. §. vlt. Institut. eodem.*
10 quia in codicillis plerunque de rebus † particularibus disponitur, quæ honoratis ab herede præstentur, heres vero in testamento institutus directo per se vniuersaliter succedit, ideoque circa eadem bona plures dispositiones non cadunt, scribit Bald. *in l. cum proponas. C. de codicill.* & Cristoph. Porc. *prope fin. d. tit.*

Differunt testamentum & codicilli vtputa in illo si liberi prætereuntur vel sine iustis causis exheredantur, testamentum irritum constituitur. *auth. ex causa. & auth. non licet. C. de liber. præterit.* ibidem Dd. *in auth. aliud quoque. vt cum de appell. cog.* Codicilli vero ab intestato facti, licet in illis nihil relinquitur liberis, eorum præteritione non infirmantur codicilli ab in-

testato

testato confecti, quin † legata extraneis relicta à liberis debentur. *l.2. C. de codicill. l.3. l. ab intestato. l. is qui. ff. eodem.* Neque fit liberis iniuria, cum successio ab intestato illis pateat. Quo respexit Imperator Iustinianus, dum ait: Sola enim est nostræ sententiæ intentio iniuriam exheredationis & præteritionis à parentibus & liberis auferre 11

Et conuenienter codicillis ab intestato confectis, etsi postea † suus heres superuenerit, non rumpuntur, & succedens 12
ab intestato ad præstandum legatum & fideicommissum obligatur. *d. l.3. & l. is qui. l. ab intestato. l. conficiuntur. l. qui graui. ff. de iure codicill.* secus est, si codicilli ex testamento † dependent, illi 13
vna cum testamento consistunt & corruunt. *l.3. in fin.* ibi gloss. & Bart. *& d. l. ab intestato. ff. de iure codicillor. l.1. §. vlt. ff. de leg.3.* & Corn. *consil. 245. volum 3.* scribit, testamento facto, si postea codicilli conficiuntur & testamentum deficit, vt hereditas ex eodem non adeatur, sed proximis agnatis ab intestato succedentibus totum fideicommissum euanescet, nec quicquam succedentibus ab intestato debetur, argumento, quod codicilli recipientes confirmationem ex testamento, si illud inualidum est, ex codicillis non confirmatur. *d. l.2.* ibi gloss. & Bart. Vtique cum testamentum sit causa codicillorum, codicilli non debent esse causa suæ causæ. *d. l. per manus.* ibi glo. notabilis & Bart. *ff. de codicill.*

Quin etiam licet in codicillis duntaxat dari † & adimi per 14
fideicommissum hereditas possit, *§. vlt. Instit. de codicil. l.2. in fin. ff. eodem. l.2. C. eod. l. & sine. ff. ad Trebell. l. qui autem. ff. si quis omiss. caus. testam.* Potest tamen in codicillis heres declarari directo, si testator in testamẽto perfecto se ad codicillos retulerit, heredem † fore, qui in codicillis nominatus est, & postea nomẽ 15
Titius, est in codicillis inuentum, erit heres ex testamento, in codicillis declaratus. *l. asse toto. l. institutio talis. ff. de hered. instit. l. si ita scripsero. ff. de condict. & demonstrat.*

Eodem pertinet si testator in testamento dixerit, si quid

in

16 in codicillis reliquero ad hoc testamentum † pertinens valere volo, & postea codicilli reperti ante testamentum confecti, verbum futuri temporis retrotrahitur & relictum in codicillis honorato debetur. text. *in l. Plotiana. ff. de codicil.* Alciat. *in l. verbum erit. ff. de verb. signif.* idem docet Scæuola, si testator dixerit id vice codicillorum valiturum, quod postea sua manu scriptum vel subsignatum inueniatur, & postea epistola inuenta sed non subscripta, vires habebit, modo constiterit de fide, quod testatoris sit. *l. vlt. in princ. ff. de legat. 2. d. l. diui. §. li-*
17 *cet. ff. de codicill.* Ratio est secundum Bart. quod † nemo sibi legem dicere potest, à qua ei recedere non licet. *l. si quis. in princ. ff. de leg. 3. l nemo potest.* ibi Dd. *ff. de legat. 1. l. 4. ff. de adimend. legat.* Solent enim veteres verbum subsignationis, pro subscriptione habere. *l. subsignatum. ff. de verb. signif.*

18 Cæterum sciendum est, siue quis in testamento † rogatus sit, vt hereditatem alteri restituat, siue in codicillis, in vtroq; casu, restituens ex prouisione Senatusconsulti Trebelliani potest sibi quartam Trebellianicam retinere. *l. vlt.* ibi gloss. *C. quand. dies leg. cedit. l. filiusfamil. in fin. ff. ad l. Falcid. l. quia autem. ff. si quis omiss. caus. testament. l. iubemus. C. ad Trebell. §. sed quia stipulationes. Instit. de fideicom. hereditat. l. 1. §. sed si. ff. ad Trebel. l. 2. in fin. C. de codicill.* Alexand. conuenienter *consil. 161. volum. 2.* Verum ab ista iuris obseruantia recedi potest, quando quis ad commodum & ad vtilitatem alterius instituitur rogaturque, vt
19 totam hereditatem alteri † restituere non grauetur, rogatus sine detractione Trebellianicæ hereditatem restituat. *argum. auth. contra. & l. vlt. C. ad Trebell.* Alex. *consil. 67. volum. 1.* Bellon. *consil. 64.* ibi dicit, communem esse opinionem. Bald. *in l. post mortem. num. 7.* ibidem *in addit. C. de fideicom.* gloss. & Alexand. *l. in fideicommissaria. §. vlt. in verbo, hoc fideicommissum. ff. ad Trebellian.* Ioan. Dilect. *tit. 7. de tutor. caut. 4. de arte testand.* Vnde apparet, quod tali casu institutus nomine tantum sit heres sine commodo, si hereditatem pleno iure alteri restituere rogatus

tus sit, Dilect. *tit. 5. caut. 31. de arte testand.* per gloss. *in l. decem ff. de fideicomm. liber.* quam gloss. Bald. singularem dicit *in authen. sed cum testator. C. ad l. Falcid.* Alexand. *cons. 5. circa primum. volum. 3.* & congessit plurium Dd. authoritates. Anto. Gabriel. *lib. 4. conclus. 5. & 6.* ibidem ampliat & limitat communes opiniones. Vnde videtur, quod testator in testamento rogando † maiorem habet authoritatem, quam prohibendo: quia an testator possit prohibere Trebellianicæ detractionem, dicit Iulius Clarus terribilem & arduam quæstionem esse, & concludit posthabitis contrariis opinionibus probari posse, per gloss. *in §. sed quia. stipulationes, in verbo, liceat. Institut. de fideicomm. hered.* Roman. *consil. 205. num. 5.* Alexand. *cons. 29. num. 2. volum. 5* & interpretes stabiliunt hanc opinionem, quod Falcidia & Trebellianica sunt in effectu similes, & detractionem Falcidiæ à testatore prohiberi posse, habet tex. *in §. si vero expressum. auth. de hered. & falcid.* & dicit Clarus magis communem esse opinionem *quæst. 62. de testam.* allegatque ibidem multorum Dd. authoritates, & procedet de plano, si in testamento prohibitio expresse fiat. Paris. *consil. 21. num. 34. volum. 3.* est communis interpretum conclusio. Iulius Clarus *in d. quæst. 62.* ibidem refert † de verbis vniuersalibus æquipollentibus, quod possit 21 fieri prohibitio. Cui opinioni in extraneis locus esse potest, secus est in liberis primi gradus existentibus, quibus pater nõ potest prohibere, quin tertiam partem bonorum detrahere 22 possint. *l. iubemus.* ibi Bald. *num. 3. C. ad Trebellian.* Alexand. *cons. 5. in fin. vol. 3.* Iason *in l. Marcellus. ff. ad Trebell.* & ista opinio nititur æquitate fauens liberis. Clarus *quæst. 43. in medio. de testam.* quia liberorum Trebellianica vtpote legitima liberis debetur sine vlla detractione, & vllo grauamine. *l. quoniam prioribus.* ibi Bart. Bald. Castrens. & Iason *C. de inoffic. testamen* & est communis Dd. conclusio. Ioann. Dilect. *titul. 5. de substitut. caut 31 de arte testand* & gl. *in § si vero. auth. de hered. & falcid. collat. 1.*

20 (margin, beside "Vnde videtur … maio-")

Cæterum an in codicillis Trebellianica possit prohiberi,

 discre-

23 discrepantes sunt Dd. sententiæ. Negantes dicunt, quod hereditas codicillis neq; datur neque adimitur. *l. 2. C. d. codicillis.* quod omnino fieret, si in illis prohiberetur Trebellianica. Bald. *cons. 476. vol. 2.* cui opinioni adstipulatur gloss. *in d. l. 2. in verbo, falso.* Alciatus *in l. licet. C. de pact.* Contrariam opinionem sustinentes aiunt, in codicillis ea ratione Trebellianicam prohiberi posse, quod verbis precariis hereditas dari & adimi potest. *per l. Scæuola.* ibi Bartol. *ff. ad Trebellian.* Speculator *§. compendiose. num. 33. titul. de instrument. edit.* Ioan. Dilect. *tit. 10. de mutat. testamenti. caut. 8. in tract. de arte testand.* Couarr. *in cap. Raynaldus. § 3. num. 6. de testamen.* etiam causam allegant, quod falcidia à testatore prohiberi possit. *dict. §. si vero expressum,* scilicet, quod Trebellianica & Falcidia in effectu sunt similes, & loquitur Imperator, quod prohibitioni falcidiæ magis locus detur, quando pię agendo relinquitur, heres restituens habet mercedem à Deo: alias tamen Baldi opinio non est sine ratione, quum ius publicum constituat heredi instituto restituenti detractionem Trebellianicæ *per tot. ff. ad Trebell. & C. eodem.* Cæterum quod dictum est, codicillos nullam solennitatem ordinationis desiderare *l. ab intestato. in fin. ff. de iure codicil.*
24 *l. vltima. C. eod.* id intelligitur † quo ad iuris solennia, non vero quo ad solennia voluntatis, quorum defectus non minus vitiat codicillos, quam testamentum. *l. si iure testamento & l. si quis*
25 *ff. de legat 3. l. ab intestato. ff. de iure codicillor.* Vtique quoties † solennitas voluntatis deficit nulla est contestatio. Bart. Castrens. & Aretin. *in l. si quis testamentum. & l. ex ea scriptura.* ibi Bart. & Bald. notant. *ff. de testament.* Ruin. *consil. 204. lib. 1.* Boer.
26 *decis. 95.* solennitas voluntatis † deficit quando testator morte præuenitur, ne omnia quæ voluerit, disponat, vel truncate disponat, dicitur imperfecta voluntas. Bald. Aretin. Castren. *in d. l. si quis cum testamentum.* Boer. *d. decis. 93. n. 10. & dict. decis. 240.* gloss. & Bart. *in l. is qui. ff. de testam.* & attestatur Mynsinger in Camera Imperiali ita iudicatum esse. *obseru. 28. centur. 5.* certe

donec

donec aliquid supereſt † ad agendum nihil actum intelligi- 27
tur.text. *in l.penul.ff.ad Syllanian.* Quin etiam voluntas, quæ in 28
lucem non peruenerit dicitur abortiua. Bald. *in l. cum propone-* 29
batur.ff.de leg.2. Vtique truncata ac † mutilata voluntas non
eſt recipienda: ſed quæ ab omnibus ſuis partibus conſtat cen-
ſetur eſſe perfecta. *l.1.ff.de origine iur.*

De publicatione & aperitione teſtamenti myſtici in ſcriptis.

Titvlvs VII.

SVMMARIA.

1 *Teſtamentum myſticum in ſcriptis manet ſcriptura priuata, donec ſolenniter aperietur & publicetur.*

2 *Teſtamentum in ſcriptis ne in probatione deficeret à prætorib. Romanis edictum de publicandis teſtamentis eſt promulgatum.*

3 *Aperitio & publicatio teſtamenti alias ſimpliciter, alias ſolenniter firi poteſt.*

4 *Simpliciter fit aperitio, quando ab aliquo cauſa adducitur de ſuo intereſſe, & petitur à iudice vt velit tabulas teſtamenti introſpicere, & particulam illi edere, de qua intereſſe habet.*

5 *Particula teſtamenti petenti eſt edenda, quæ denoſcitur ad ipſum ſpectare.*

6 *Petentis ſi nihil interſit: ei editio eſt deneganda.*

7 *Teſtamentum dicitur publicum inſtrumentum, quo ad illa quæ in teſtamento ſcripta.*

8 *Heredi copia teſtamenti non eſt deneganda, vt cognoſcere queat, an ei expediat hereditatem adire.*

9 *Quorum cauſa ex teſtamento dependet, poteſt concedi inſpectio.*

10 *Formula ſolenniter publicandi teſtamentum in ſcriptis fieri dicitur quando teſtes coram competenti iudice iuramento præſtito ſuas manus atq; ſignacula recognoſcunt, citatis ad actum publicationis, quorum intereſt.*

11 *Ad examen testium sufficit sola recognitio manuum & sigillorum testium, quæ & ante litis contestationem fieri potest.*
12 *Ad publicationem testamenti in scriptis requiritur & citatio ad illos, qui testatori ab intestato succedere possunt.*
13 *In examine testium ad publicandum testamentum in scriptis non dantur articuli, neq. interrogatoria recipiuntur.*
14 *Quoties agitur de alicuius præiudicio, toties citandus est is, cui præiudicium fieri potest.*
15 *Quorum interest, si non citantur ad publicationem testamenti, publicatio nulla est.*
16 *Testamentum in scriptis est nullum, donec publicetur.*
17 *Vnus aut alter testis si ante publicationem testamenti in scriptis morietur, testamentum vt scriptura priuata non probat.*
18 *Quinque testes si superstites sunt & instrumentum publicum, quod vicem duorum testium gerit, potest ex coniunctione testium & instrumenti publicatio testamenti fieri.*
19 *Testamentum si viuo testatore publicetur alia publicatione non est opus.*
20 *Maior pars testium si præsens est, publicatio fieri potest, nec refert quod testis vnus negat suum sigillum.*
21 *Publicatio & apertitio à competenti iudice fieri debet, alias non valet.*
22 *Paria sunt, testamentum non esse publicatum, vel non legitime publicatum.*

QVamuis testator ab initio testamẽtum mysticum in scripturam, quæ est de substantia testamenti in scriptis, so-
1 lenniter confecerit, tamen illa scriptura manet † scriptura priuata donec publicetur. *l. 2.* ibi gl. Bart. Bald. *ff. quemad. testam nt. pub.* Qua de causa ne testamentum in scriptis probatio-
2 ne & effectu destitueretur, edictum † de publicatione testamenti à prætoribus Romanis est promulgatum. *d. l. 1 & l. 2. & per totum ff. quemad. testam. aper.*

Potest

Poteſt enim apertio & publicatio teſtamenti † duplici 3
modo fieri, alias ſimpliciter, alias ſolenniter. Simpliciter fit apertio, quando quis † ſummarie aliquam cauſam adducit de 4
ſuo intereſſe, & petit à iudice aperiri & inſpici tabulas teſtamenti, non vero publicari vel inſinuari, iudex poteſt: (ſi animus calumniandi petentis abſuerit) introſpicere teſtamentum vel alii honeſti viri inſpectionem facere poſſunt, ex qua inſpectione ſi appareat, quod petentis interſit, particula † il- 5
li edenda eſt, quæ denoſcitur ad ipſum ſpectare, & teſtamentum ab iiſdem inſpectoribus ſolenniter rurſus obſignatur, donec & ſolenniter publicetur, tex. *in l. 2. C. quemad. teſtam. aper. & l. ſi quis. ff. eod. l. 1.* ibi Bald. *C. eod. l. 2. §. vlt.* ibi Bart. *n. 4. ff. d. tit.* & facit *l. theſaurus. ff. ad exhibend.* Iaſ. & Dd. *in l. publicati. C. de teſtamentis.* Zaſ. conuenienter *in l. eius qui. ff. ſi cert. pet.* ibidem ſcribit, & alii, ſi aduertitur, quod petentis nihil interſit † ei editio 6
eſt deneganda. Bald. *in l. ibi agitur. & l. 1. C. de edend.* Nec obſtat *l. 1. d. tit.* loquens, quod omnibus petentibus inſpectio tabularum ſit concedenda: quia verba Edicti prætoris de aperiendo teſtamento reſtringenda ſunt ad legitimos petitores, quorum intereſt. Nam inſtrumentum teſtamenti non eſt vnius hominis vtpote heredis, ſed vniuerſorum quibus illic aliquid adſcriptum eſt, idcirco quo ad illa, quæ † in teſtamento con- 7
tinentur, dicitur publicum inſtrumentum, & ita *l. 2. d. tit.* intelligenda eſt. Et quum heredem teſtamenti ſcriptura principaliter concernit, vt poſſit † cognoſcere an hereditas tanta 8
ſit, vt expediat illam adire, vel vt res ſint in hereditate, quæ tractu temporis deteriores fiant, vt diſtrahantur, heredi copia inſpiciendi teſtamenti non eſt deneganda. *per l. Ariſto. ff. de iure deliberand. l. Ariſto. ff. de acquir. hered. l. 1. ff. de bon. author. iud. poſſ.* Similiter quorum ius vel cauſa ex teſtamẽto depẽdet, vel ex teſtamẽto adminiculum recipere poſſunt, inſpectio † con- 9
cedi poteſt, quæ conceſſio etiam filio iniuſto exheredato, vel præterito, non eſt deneganda ſi in continenti teſtamentum

nullum dicere velit, & potest. Bart. *in l. 2.* Bald. *in l. 3. C. eod.* Solennis autem publicatio testamenti dicitur fieri, quando à competenti iudice secũdum formulam iuris vel mores locorum aperitur & publicatur testamentum in scriptis, hoc est, vt testes omnes à iudice citentur, qui testamẽtum subscripse-
10 rint & signauerint, præstito † iuramento, suas subscriptiones & sigilla singulatim recognoscant, deponantq; se à testatore ad subscribendum & signandum fuisse rogatos, & ita testium assertionibus receptis, & eorum attestationibus publicatis testamentum aperietur, ratumq; habebitur iudicis decreto. Bald. Castrens. Alexand. & Salyc. *in l. publicati. C. de testam.* Cyn. Bart. & Bald. *in l. 2. C. quemad. testam. aper.* & Iason *in d. l. publicati. & cons. 67.* Vtiq; ait Imperator, quod mos fidelissimæ vetustatis retinendus est, quem si quis mutare voluerit, irritam mortuorum videri faciat voluntatem. *l. testamenta omnia. C. de testa-*
11 *ment.* Et in hoc examine sufficit sola recognitio † manuum & subscriptionum testium, quæ ante litis contestationẽ fieri potest. Accurs. *in l. 1. ff. quemad. testam. aper.* Bart. Bald. Castrens. & Ias. *in d. l. publicati.* Bart. pulchre *in l. de ætate. n. 3. ff. de minorib.* Roland. à Valle copiose *per tot. cons. 36. vol. 1. l. & si quis. ff. quemadm. testam. aper.* Specul. *§. compendiose. tit. de instrument. edit.* Secundo requiritur ad publicationem testamenti in scriptis, vt citentur illi, quorum interest, vtpote, qui testatori ab intesta-
12 to † succedere possunt, videant testes iurare & examen rite expediri, quo expedito, dicitur à iudice testamẽtum esse publicatum. Bart. *in l. 1. § si quis. num. 4. ff. quemad. testament. aper. l. 2. cum gl. & l. cum ab initio. ff. eod. l. 2.* gloss. Bart. & Bald. *C. d. tit.* Alexand. *in dict. l. publicati.* Bald. *in l. quæstionem. num. 15. in fin. C. de fideicom.*

Estque sciendum, quod in hoc examine non dantur arti-
13 culi, neque † recipiuntur ab aduersario interrogatoria. Bald, *in d. l. publicati. num. 4. versic. quæro. C. de testament.* & Rolandin. à Valle *dict. cons. 36. num. 16.* saltem citatio est necessaria ad eos,

quorum

quorum intereſt. Gozadin. *conſil.3.in princ.* Grammat. *deciſ.62. num.3.& ſeq.* Menoch. *conſ.113. num.27. verſ.4. vol.4.* certe quoties agitur de alicuius præiudicio † toties citandus eſt is, cui 14
præiudicium fieri poteſt. *l. penult. C. ad Trebell. l. nam ita diuus. ff. de adopt. l.1. §. renunciare. ff. de ventre inſpicien.* Et ſi quid ſecus fiat actus non præiudicat non citato: Quo euenit ſi non citentur ad publicationem teſtamenti, quibus ſucceſſio ab inteſtato competit, publicatio † eſt nulla, & teſtamentum probatione 15
deficitur. Bart. *in l.2. in princ. in ff quemad. teſtament. aper.* Bart. *in l.1. C. de teſtam.* Bellon. *conſ.14. in fin.* Bart. *in l.2. C. eod.* Iaſon, Bald. & Caſtrenſ. qui dicit omnes ita tenere. *C. de teſtam.* & Guido Pap. *conſ.28.* inquit, teſtamentum myſticum in ſcriptis eſſe nullum † antequam publicetur, & Grammatic. *d. deciſ.2.* ſcri- 16
bit, proximus ab inteſtato, vti nepos eſt, ſi nõ eſt citatus, quod poſſit ab herede ſcripto hereditatem auocare, per Iaſon. *in l. nemo poteſt. in 2. lectur. num.102. ff. de legat.* 1. Roland. à Valle clare *conſ.37.* & Gozadin. *conſ.3.*

Multo magis ſuccedens ab inteſtato à ſcripto herede hereditatem auocare poteſt, ſi vnus aut alter teſtis, antequam teſtamẽtum † publicetur, vita deceſſerit, ſcriptura teſtamen- 17
ti priuata non probat. gloſſ. Bart & Bald. *in d. l.2. ff. quemad. teſtament pub.* Dd. *in d. l. publicati.* eſtque communis Dd. concluſio, Gozadin. *in d. conſ.3.* & Ioan. Dilectus *tit. 2. caut. 1. de arte teſtand.* Socin. *in fallent. reg.399.*

Sin vero teſtamentum in ſcriptis in publicam formam eſt redactum & numero ſeptem teſtium vallatum, quinque teſtibus ſuperſtitibus, qui ſua ſignacula & ſubſcriptiones recognoſcere poſſunt, & teſtamẽti inſtrumentũ habens vim duorum teſtium, ex coniunctione teſtiũ † & inſtrumenti, ſolen- 18
nis numerus conſtitui poteſt, vt teſtamẽtum publicetur, ſcribit Bald. *in l. queſtionem n.15. in fin. C. de fideicom.* alleg. Petr. à Bellapert. aitque veram eſſe opinionem.

Quin etiam ſi voluntate teſtatoris ſe viuo teſtamentum

publice-

19 publicetur, alia publicatione non est opus, censetur † apud acta testari. Iason *in d. l. publicati. n. 7. per l. omnium. C. de testament.* Item si maior pars testium præsens fuerit, iudex publicando testamentum procedere potest, nec etiam refert, si vnus ne-
20 gat suum sigillum † agnoscere, nihilominus publicatio potest fieri. *l. si maior pars. l. 1. in fin. ff. quemad. testam. aper.* & discerte Roland. à Valle *in d. cons. 36. num. 13.* refert Wesenbec. *in parat. in hoc tit. ex lib. 4. sententiarum Pauli.* quod olim intra tertium & quartum diem à morte testatoris tabulæ testamenti aperiri solebant. Cuius ratio temporis hodie non habetur, saltem respicitur ad merũ officium iudicis, quo sine libelli oblatio, aperitio & publicatio expediri non potest, text. *in l. cum ab initio. ff. quemad. testam. aper.* Bald. *in d. l. publicati.* ibidem & Iason scribit, quod ab ordinario iudice seu magistratu fieri debeat publicatio. gloss. *in l. testamenta omnia. C. de testam.* Speculator *tit. de instrum. edit. §. ostenso.* Vnde intelligi potest, si publicatio fiat ab
21 incompetenti iudice, vel à notario † non habente ad hoc commissionem à iudice competenti, publicationem esse inualidam. Bart. Bald. Alex. Salycet. & Iason *in d. l. testamenta omnia.* Ratio est, quod incompetentia iudicis efficit, quod persona & ordo iudicij deficit. Bellon. *cons. 14. in fin.* Roland. à Val. *d. cons. 36. num. 11. vol. 1.* & Nicol. Euerhar. *cons. 188.* scribit, quod testamentum corruat, si à priuato & non ab ordinario iudice
22 aperietur: Paria enim sunt, testamentum † non esse publicatum, vel non legitime publicatum, vtroque casu hereditas ex testamento peti nequit. Bart. *in l. de ætate. ff. de minorib. l. heredes. ff. de acquirend. heredit.* Bartol. *in authen. sed et si. C. de testib.* Corn. *consil. 168. volum. 2.* Grammatic. *decisione 62.*

De

De publicatione Teſtamenti Nuncupatiui.

Titvlvs VIII.

Svmmaria.

1 *Scriptura priuata ad teſtamentum nuncupatiuum, nihil aliud facit, quam quod per illam ſeries conteſtationis facilius conſeruetur.*

2 *Scriptura priuata presbyteri vel alterius fidem non facit.*

3 *Teſtes teſtamentarii iudicis officio ſunt examinandi, citatis quorũ intereſt, vt teſtes iurare videant.*

4 *Legitime examinatis teſtibus teſtamentum habetur pro publicato.*

5 *Statutum vel conſuetudo loci, ſi ſe ita habeat, quod ſuccedentes ab inteſtato non ſint citandi, ſtatuto ſtandum eſt.*

6 *Formula publicandi teſtamenti, quod teſtator viua voce ſine ſcriptura enunciauerit, deſcribitur.*

7 *Proprie teſtamentum publicatum dicitur, quando eſt in formulam redactum.*

8 *Ad publicandum teſtamentum nuncupatiuum poſſunt dari articuli & interrogatoria, ſecus eſt in teſtamento in ſcriptis.*

9 *Codicilli eodem modo publicentur ſicuti teſtamentum.*

10 *Publicato teſtamento ſi inciderit ſcriptura, æque validum habetur teſtamentum.*

11 *Teſtamentum in formulam publici inſtrumenti à tabellione redactum, non habet opus publicatione.*

12 *Teſtamentum patris inter liberos non habet opus publicatione.*

13 *Voluntas patris cepta inter liberos habetur pro completa, ſi omnia ſunt diſpoſita.*

14 *Teſtamentum ad pias cauſas validum habetur, etiamſi non ſit publicatum.*

15 *Teſtamentum militis ratum habetur abſq; publicatione.*

Gg Sæpe-

SÆpenumero vsu venit, quod presbyter vel alius, qui notarius non est, in pagis, villis & huiusmodi locis, vbi copia tabellionis haberi nequit, ad petitionem testatoris testamentum nuncupatiuum scribit, & hoc conuocatis testibus prælegēt, dicitur scriptura priuata, quæ nihil aliud facit, ad essen-
1 tiam testamenti nuncupatiui, quam † quod series contestationis per scripturam facilius conseruetur. Cyn. & Castrens. *in l. hac consultissima. § per nuncupationem. C. de testament* Castren. *in l. 1. C. de his qui sibi in testament. adscrib.* Quia scriptura presby-
2 teri vel alterius qui notarius non est, fidem † non facit. Gozadin. *consil. 3 num. 1.* allegat Angel. *in suo tractatu. de testament. versic. testamentum nuncupatiuum. cap. vt officium. §. ad conscribendas. de hered. lib. 6.* Ioan. Dilect. *cautel. 7. tit. 2. de testam. ord. de arte testand.* Corn. *cons. 108. vol. 2.*

3. Qua ratione vt huiusmodi scriptura priuata † testamenti nuncupatiui effectum consequatur, heres potest testes testamentarios & eos, quorum interest, ad iudicem competentem vocare, qui ex suo officio examinat testes ante litis contestationem & publicat illorum dicta, habeturque testamentum pro publicato. textus *in l. 1. Cod. quemadmod. testament. aper.* & Iason *in l. publicati. l. testamenta omnia.* ibi Bartolus, Alexander & Castrensis *Cod. de testament.* Bartolus *in Authentic. si quis. Cod. dict. titul.* & Bartolus *in l. de ætate. ff. de minoribus.* Baldus *consilio quinquagesimo quinto. volum. 4. & consilio 408. in fine. volum. 2.* Quorum interest vocandi sunt, vt testes iurare videant, & ex-
4 men legitime † expediatur, quo facto publicatio habet vim instrumenti publici. Baldus *in l. quæstionem. numero decimo quinto & decimo sexto. Cod. de fideicommiss.* Speculator *de fide instrument. §. ostensa. numero 35. numero 36.* & Doctores *in dicta l. publicati.* Bartolus *in leg. vltim. numero decimo septimo. C. de edict. diui Adriani tollend.*

Verum si statutum vel consuetudo loci se ita habet, quod
5 citatio ad succedentes ab intestato † non est necessaria statuto

tuto vel consuetudini loci standum erit: diserte scribit Bartolus *in leg. de quibus. numero 28 ff. de legibus.* Bartolus *in l. 1. numero 23. C. de summa Trinitat. & fide catholic. & l. 2.* ibi Bald. notat *Cod. quemadm. testament. aper.* & Imperator docet quod mos fidelissimæ antiquitatis sit obseruandus *l. testamenta omnia. C. de testament.* & concinit illud Ennii:

Moribus antiquis res stat Romana virisq;.

Cæterum cum † testator etiam sine scriptura, viua voce coram septem testibus rogatis, quid de rebus suis post mortem fieri velit, disponere potest, *§. vltim. Institut. de testament. l. heredes palam. ff. eodem. l. hac consultissima. §. per nuncupationem. C. dict. titul.* Potest & per consequens heres nominatus certos articulos iudici ordinario tradere, & ab illo petere, quod velit super illis testes testamentarios imposito iuramento examinare, tunc si testes de voluntate testatoris, vtpote de heredis institutione, de legatis, conuenienter testari possint, & de tempore & ordine conueniunt, rata habenda erit voluntas testatoris sua viua voce enunciata, per prædicta iura, potest iudex dicta testium in formulam publicandi redigere, & habetur testamentum pro publicato, quam formulam publicandi describit Speculat. *titulo de instrumentorum edit. §. compendiose. numero trigesimo nono. versiculo. huius autem materiæ.* Castrens. *consilio 307. volum. 1.* Corn. *consilio ducentesimo sexagesimo primo. volum. 4.* inquit, quod proprie dicatur testamentum esse publicatum, quando in † publicam formulam est redactum. Bald. & Castren. *in l. cum antiquitas.* ibi & Iason *C. de testam.* 6 7

Ex quibus cognosci potest quod sit differentia in formula publicandi testamenti in scriptis, & nuncupatiui. Nã illud ex sola recognitione sigillorũ & subscriptionũ vires acquirit, neq; editionẽ articulorũ, neq; interrogatorũ receptionẽ admittit, cũ ex mero iudicis officio fiat publicatio. Bald. *in d. l.*

publicati. num. 3. & num. 4. & l. vlt. C. de edict. diui Adrian. toll. &
8 Roland. à Valle. *consil. 36. num. 16. vol. 1.* Secus est in † testamento nuncupatiuo, in cuius publicatione ad probandum dari possunt articuli atque interrogatoria. Speculator *in d. §. compendiose. tit. de instrumento. edit.* & Bald. *in d. l. publicati. num. 4. in fin.* Cuius iuris obseruantia de publicatione testamenti non solum vendicat sibi locum in ipso testamento, sed etiam in co-
9 dicillis, qui † eodem modo publicantur & aperiuntur, vti testamentum, text. *in l. vlt.* ibi Bald. & Salycet. *C. quemad. testam. aper.* habet vtique publicatio testamenti & codicillorum magnam efficaciam & vtilitatem, scilicet si inciderit scriptura,
10 nihilominus † firmum manet testamentum. *l. 1. §. semel. ff. de bonor. poss. secund. tabul. l. 2. C. de testam.* & Iason *in l. publicati, num. 6. dicto titulo.*

11 Porro cum hodie plerunque testamentum † nuncupatiuum à tabellione in publicum instrumētum redigitur, à prædicta formula publicandi receditur, quia publicum instru-
12 mentum per se fidem plenam facit, vt alia † publicatione testamenti non sit opus, & testamento à tabellione in publicam formam redacto non labefactetur, etsi testes omnes mortalitatem expleuerint. Bart. *in l. heredes. in princip. ff. de testam.* Bald. Iason & Castrens. *in d. l. publicati.* Iason *in l. bonor. quidam. ff. de bonor. possess. contra tab.* Bart. *in l. vlt. num. 4. C. de fideicom.* Corn. *consil. 319. volum. 2.* dicit, communem esse conclusionem, de consuetudine approbatam. Quod etiam in exemplo antiqui testamenti admittendum est, argumento quod propter antiquitatem omnia præsumuntur solenniter acta: Iason *in d. l. publicati. num. 5. C. de testament.*

Quin etiam si pater inter liberos contestationem fecerit, quam sua manu scripserit, vel præsentibus testibus per alium scribi curauerit, & contestationem ad finem produxerit, vt nihil quo ad perfectam voluntatem ad agendum restet, non refert quod testator moriatur antequam testamētum publicetur,

cetur,

cetur, quia voluntas patris inter liberos cepta habetur pro completa, nec † publicatione opus habet. Accurs. & Dd. *in l. vlt. C. famil. ercisc.* Ias. *in l. hac consultissima. §. ex imperfecto. n. 4. C. de testam.* Ias. *cons. 61. vol. 1. & cons. 155. vol. 4.* Bart. *in l. si is qui. ff. de testament.* & Couar. *in c. relatum. de testam.* Ruin. *cons. 7. vol. 3.* Alex. *consil. 114. vol. 7.* & multa congessit Gabr. Rom. *in suis commun. opin. conclus. 9.* & ita in Camera Imperiali iudicatũ esse refert Mynsing. *obs. 28. in fin. cent. 5.* Ratio est, quod iure gentium (quod est antiquius iure Romano) patris voluntas sine solennitate iuris ciuilis positiui inter liberos conseruetur. *l. 2 lt. C. famil. ercis. Authen. quod sine.* ibi Dd. *C. de testam.* Alex. *cons. 105. in fin. vol. 7. & consil. 117. vol. 1.* Corn. *cons. 53. n 4. vol. 1.* estq; communis Dd. suffragatio. Similiter † testamentum ad pias causas solennitatibus iuris ciuilis positiui non subiicitur, tantum in eo ius naturale & diuinum consideratur, vnde euenit, si testamentum coram testibus est dictatum, quod ratum sit habendum ad pias causas, etsi viuo testatore non sit lectum & publicatum. Bart. *in l. fideicommissa. §. quotiens, in addit. ff. de leg.* Tiraq. copiose *priuil. 6. de priuil. piæ causa.* Bart. Bald. *in l. 1. C. de sacros. eccles.* Boer. *decis. 93. n. 4.* Corn. *cons. 307. n. 6. vol. 3.* Couar. *in c. relatum. n. 11. de testam.* & hoc locum habet cum testatoris voluntas fuerit completa. Boer. *d. q. 93.* Quia probata voluntate testatoris ad piam causam rata habetur, etiamsi nutu facta sit, secundum cõmunem sententiam gloss. *in c. cum tibi ibidem.* Couar. *n. 6. de testam.* Bald. *in l. post diuisionem. C. de facti & iur. ignor.* & attestatur Tiraq. *in tract. piæ causæ priuileg. 8.*

13

14

15 Pari ratione † militis testamentum mero iure gentium ratum constituitur, qua de causa, voluntate militis probata, ipsius contestatio valida habetur absque lectura atque publicatione. *l. Lucius Titius. ff. de testamen. milit.* Angel. & Bart. *in auth. quod sine. C. de testament.*

Testamento publicato, quomodo possessio hereditatis ex interdicto, Quorum bonorum, acquiratur.

TITVLVS IX.

SVMMARIA.

1 *Per interdictum, quorum bonorum, ius adipiscendæ possessionis acquiritur possidenti, sed commutabiliter.*

2 *Edictum diui Adriani probationes per testes non admittit.*

3 *Interdictum, quorum bonorum, per testes probationes admittit, si in continenti probatio adduci potest.*

4 *Petitione hereditatis heres non solum nanciscitur possessionem, sed etiam directum dominium.*

5 *Interdictum quorum bonorum causam principalem commendat iudicio petitorio.*

6 *Petitorium iudicium requirit plenam probationem.*

7 *Interdictum, quorum bonorum, est iuris prætorii adipiscendæ possessionis, & est semiplena summaria probatione contentum, salua causa proprietatis.*

8 *Respectu summariæ probationis interdum vtilius est agenti interdicto, quorum bonorum experiri, quam petitione hereditatis.*

9 *Vt quis interdicto quorum bonorum experiri possit, tria requiruntur. Primo vt hereditas adeatur. Secundo vt bona petita defunctus possederit. Tertio vt heres petens in testamento sit institutus, vel vt ab intestato ei successio competat.*

10 *Formula libelli petendi bonorum possessionem describitur.*

11 *Hodie non est necessarium, si contradictor non extiterit, vt quis bonorum possessionem petat.*

12 *Heres ex testamento vel ab intestato, si bona à nullo possidentur, per se directo acquirere & hereditatem adire potest.*

13 *Heres*

13 *Heres si ab altero sibi controuersiam moturo veretur, potest sine causæ cognitione verbis coram iudice bonorum possessionem agnoscere, vt heres constituatur.*

14 *Iudicis officio etiam possessio possidenti confirmatur.*

15 *Contradictore in possessione existente, sola agnitio non sufficit, sed requiritur oblatio libelli & summaria causæ cognitio.*

16 *Possessio adiudicanda est illi, qui in continenti potiora iura adduxerit.*

17 *In continenti probare dicitur qui suas probationes habet in continenti paratas.*

18 *In continenti probare dicitur, qui habet instrumentum in manibus illudq; ostendit*

19 *In continenti probare dicitur, qui intra statutum terminum à iudice probat.*

20 *In continenti probatio fieri dicitur, quæ adducitur intra triduum.*

21 *Petens se immitti in possessionem non obstat, si quid vitii in testamento appareat, modo illud in continenti per testes corrigi possit, virtute interdicti quorum bonorum possessionem adipisci potest.*

22 *Nullitas seu falsitas si statim ex testamento apparet, & proximus heres ab intestato ius suum habet in continenti probatum, præfertur petenti possessionem ex testamento.*

23 *Testamentum esse vitiosum vel iure non factum ad petitorium iudicium remittitur.*

24 *In continenti probatio quæ ostenditur præfertur probationi, quæ altiorem indagationem requirit.*

25 *Ius sanguinis proximiores agnatos facit successores hereditatis.*

26 *Exceptio dominii quæ in continenti demonstratur remouet petentem à possessorio iudicio, & petitorio manet locus.*

27 *Excipiens pro legitimo habetur qui in continenti de suo iure docere potest, quod sine vitio possessionem nactus sit.*

28 Ha-

28 *Habens titulum dotis, donationis vel emptionis vel ſimilem cauſam poſſidendi, contra ipſum non habet locum interdictum, quorum bonorum.*

29 *Contra titulo poſſidentem non habet locum interdictum, quorum bonorum.*

30 *Interdictum quorum bonorum non habet locum contra creditores hereditarios.*

31 *Ab interdicto quorum bonorum iure ciuili non appellatur.*

32 *Interdictum quorum bonorum datur etiam ad poſſeſſionem rei ſingularis.*

33 *Plena probatio requiritur in interdicto quorum bonorum, ſi cauſa poſſeſſoris magni eſt præiudicii: alias ſummaria probatio ſufficit.*

34 *Miſſio ex interdicto quorum bonorum alias non datur, quam ſalua proprietatis cauſa.*

35 *Cautio à poſſidente lite pendente præſtanda eſt de non minuenda & reſtituenda hereditate.*

TEſtamentum quando publicatum eſt, vel ita cõditum, vt publicatione non habeat opus, heredi competunt diuerſimoda remedia ſuccedendi, vel ex interdicto prætoris ius poſſeſſionis adipiſcendæ, vel ex iure ciuili ius hereditatis directo adeundæ, quod contribuit heredi proprietatem domi-
1 nii, hoc autem interdictum † quorum bonorum concedit ius poſſidendi ſed mutabiliter. Platea *in §. reſtituta. Inſtitut. de interdict.* Aretin. *in §. quadrupli. num. 34. Inſtit. de act.* Salycet. *in rubric. C. quorum bonor.* Bart. Bald. Caſtre. & Iaſ. *in l. vlt. C. de edict. diui Adrian. toll.* Gozadin. *conſ. 7.* & Bellon. *conſ. 35.* Eadem iuris obſeruantia de poſſeſſione adipiſcẽda locum habere poteſt, ex edicto diui Adriani, vt ſequenti titulo dicetur. *l. vlt.* ibidem ibi Dd. Differunt tamen edictum diui Adriani & interdictũ
2 quorum bonorum, quod in illo probatio per † teſtes non recipitur, ſed locum habet tãtum, vt teſtamentũ primo aſpectu non

non vitiatum, iudici ostendatur, deturque scripto heredi bonorum possessio ex testamento, non vero ab intestato *l.vlt.* ibi Bart. Bald. Castrens. & Iason *C.de edicto diui Adrian.tollen.*

Quod diuersam † rationem habet in interdicto quorum bonorum, quod vtriusque dispositionem iuris, scilicet successionem ab intestato & probationem testium in continenti adductam admittat, *l.vlt.* ibi Bart. Bald. & Ang. *C.quor.bonor.* Salycet.*in d.tit.l.2.* Ang. Aretin.*in d.§ quadrupli.* Roland. à Val. *cons.1.n.14.* Marant.*in tract.de ordin.iudic. nu.7.in 4 part.principal. dist.4* Specul *in §.nunc videndum.tit.de testam.* 3

Iure ciuili vero, vtpote petitione hereditatis non solum consequitur heres possessionem, sed † etiam directum dominium, & controuersia de tota hereditate, lite finita, cessat, Platea *in d.§.restituta.* Aretin.*in d.§.quadrupli.num.34.* Dd.*in d.l.C. de edict.diui Adria.tollend.l.hæreditatis.C.ex quib. caus.long. tempor. præscpt. l. licet. l.sed etsi. §. petitio. ff. de petit. heredit.* & in hoc etiam differt petitio hereditatis ab interdicto † quorum bonorum, quod illa controuersiam totius causæ tollit: hoc interdictum principale litigium petitorio iudicio commendat, Aretin.*in d.§.quadrupli.* & Dd.*in l.vlt.C.de edict.diui Adrian.toll.* Bellon.*cons.35.* 4 5

Et hoc petitorium iudicium, scilicet petitio hereditatis cum finem totius controuersiæ imponit, requirit † & plenam probationem. gloss. & Bart. & alii *in l.1.C.quorum bonorum. l.verius. in fin. l.2. ff. de probat. l.vlt. C.eodem.* estque petitio hereditatis iuris ciuilis, bonæ fidei. *§.actionum. Institut.de action. l.1.* ibi Cyn & Salyc. *C.de interdicto quorum bonor.* 6

Interdictum autem quorum bonorum est iuris prætorii adipiscendæ possessionis. text.*in §.sequens diuisio.Instit. de interdict.l.1.ff.quor.bonor.l.1.* ibi Cyn. *C.eod.1.* Et sufficit in hoc interdicto, quod † summaria semiplena probatio adducatur salua causa proprietatis. Bart.*in l.1.C. dict. tit. num.10.* Aretin. *in d.§. quadrupli.* Alex.*cons.70.vol.7.* Zas.*in ... ff.eod.* Ruin.*cons.106.vol.5.* 7

Corn.*cons.1.in fin.vol.3.* Vnde respectu summariæ probationis
8 interdum † consultius & vtilius est, agenti, interdicto quorũ bonorum experiri, quam petitione hereditatis. Gozad. *consil. 50.n.5.* Bellon.*d.cons.35.* Platea *in d.§.restitutoria.n.18.*

Vt autem hoc interdicto quorum bonorum experiri quis
9 possit, tria requiruntur. Primo vt hereditas † adeatur verbis declaratiuis. Secundo, vt bona petita defunctus possederit. Tertio vt heres petens in testaméto sit institutus, vel ab intestato successio ei competat, & hoc summatim in continenti probetur, & ista requisita refert Afflictus *decis.14.n.3.per §.adipiscendæ. Institut. de interdict. l.1. C.quorum bonorum.* Speculator *§.nunc dicendum.tit.de testam.* & Gozad.*d.cons.6.*

10 Libellus potest † concipi, quod petens adeat iudicem & proponat, quod sit heres ex testamento, vel ab intestato, defuncti, cuius hereditatem Titius possidet vel sine iusta causa pro possessore vel herede detinet hereditatem, quam petens adierit, & cum heres iudicis officio debet possessor bonorum constitui, petatque vt Titius ei hereditatem restituat, quam formulam describit Aretin.*in dicto §.quadrupli.num.42.Institut. de actionibus.* Speculat.*in §.nunc dicendum, in princip. titul. de testament.* Afflictus *decis.14.* & secutus est Menoch.*in l.1.q.25.ff.de interdict.quor.bonor.*

Sin vero à nullo, bona possidentur, vel contradictore non
11 existente hodie † non est necessarium, vt bonorum possessio coram prætore seu iudice agnoscatur, sed heres ex testamen-
12 to vel ab intestato, per se hereditatem adire † & possessionem ingredi potest.*authent.de hereditatibus.ab intestato venient.collat. 9.l.hereditas.ff.de regul.iur.l.1.& 2.ff.de petit. heredit.* gloss. & Doctores *in l 1.C.de iure deliber.* Bald. & Castrens.*in rubric.C.qui admittunt ad bonor.possess.*

Si tamen heres veretur, quod alius de hereditate sibi controuersiam moturus sit, potest coram iudice sine † citatione ad aduersarium, & sine causæ cognitione bonorum posses-

sionem

ſionem ſaltem verbis declaratiuis agnoſcere, vt poſſeſſor conſtituatur authoritate prætoris *l. vlt.* ibi gloſſ. Bartol Bald. & Caſtrenſ. *C. qui admitt. ad bonorum poſſeſ.* Platea *in dict. §. reſtitutoria.* Gozadin. *conſ. 21.* ſcribit, quod in huiuſmodi ſpecie per iudicis officium poſſidenti † etiam poſſeſſio confirmetur. 14 Cyn. Bart. Bald. & Alexand. *in l. vlt. C. de edict. diui Adrian. tollen.* Guid. Pap. *quæſt. 219.*

Quod diuerſam cauſam habet, ſi contradictor in poſſeſſione extiterit, ſola agnitio non ſufficit ſed requiritur † citatio, 15 libelli oblatio & cauſæ cognitio ſummaria. *l. 1. C. quorum bonor. l. 3. § ſi cauſa cognita.* ibi gloſſ *ff. de bonor. poſſeſ. Carbon.* Iaſ. *in l. vlt. n. 18. C. de edict. diui Adrian. toll.*

In qua ſummaria cognitione adiudicatur poſſeſſio illi, ſiue ſit actor, ſiue Reus, qui † in continenti potiora iura adduxerit. 16 *l. vlt. C. de edict. diui Adrian. toll. & d. l. 1.* ibi Bart. *C. quor. bonor.* Gozad. *conſil. 93. n. 6.* Rom. *conſ. 233.* & facit text. *in l. filiam fratrib. cum gl. ff. ad Trebell.*

In continenti probare quis dicitur, quando agendo † vel 17 excipiendo ſuam probationem habet paratam, vtpote hodie conſtat, hodie agitur. *l. ſi is à qui. ff. vt in poſſeſ. leg. cauſ. eſſe liceat.* Roland à Vall. *conſ. 3. n. 32.* Dec. *conſ. 424.* & ſcribit Bald. ſi quis habeat inſtrumentum in manibus, illudque oſtendat, dicitur 18 in continenti probare, *in d. l. 2. C. de edict. diui Adr. toll.* Item dicitur † in continenti probare, quod intra ſtatutum terminum 19 pro arbitrio iudicis expeditur. *arg. l. 1. ff. de iure deliber.* Zaſ. *in l. prætor. §. Marcellus. ff. de iudic.* & Zaſ. *l. ſi ſe obtulit. §. condemnatum. ff. de re iudic.* quia iudex vt vir bonus poteſt pro ſuo arbitrio terminum probandi ſtatuere, prout ius vult in continenti fieri. *l. actus continuus. §. cum ita. ff. de verbor. oblig.* Gozad. *conſ. 7. nu. 2.* Roland. à Vall. *conſ. 99. num. 39. volum. 3.* & Guid. Pap. *quæſt. 32.* Quin etiam in continenti probatio fieri dicitur, quæ † triduo adducitur. 20 *l. vlt. C. de error. aduocatorum.* & Bald. *conſil. 382. num. 8. vol. 5.*

Huic si iudex terminum statuerit, in quo incontinenti heres testamentum ostenderit & exhibuerit, petens se in pos-
21 sessionem † hereditatis immitti, non obstat, si quid vitii apparet, modo illud per testes in continenti corrigi possit, interdictum quorum bonorum, suppletionem probationis per testes in continenti admittat, possessionemque concedat. Castrens. secutus gloss. *in l. vlt. n. 14. C. de edict. diui Adrian. tollend.* nec refert, quod de validitate testamenti dubitatio oriri potest, scilicet, quod aduersarius obiiciat, se posse nullitatem vel falsitatem testamenti probare, æque immissioni fit locus, & quæstio, quæ altiorem indagationem requirit, ad petitorium iudicium remittitur. *l. 2. & l. vlt.* ibidem Bart. Bald. & Castren. *C. de edict. diu. Adrian. toll.* Gozadin. *dict. cons. 93.* copiose Rom. *cons. 235.* & Dd. *in l. cum falsum. l. heres institutus. ff. de acquir. hered.* gloss. & Ripa *in l. 2. ff. quorum bonorum.* & facit *l. vlt. C. eod.* Rol. à Valle *cons. 1. vol. 1.*

E contrario vero si nullitas vel falsitas euidenter statim ex
22 ipso testamento apparet, & proximus heres † habet suum ius ab intestato in continenti probatum, præfertur petenti possessionem ex testamento, & quæstio testamentum esse vitio-
23 sum vel iure non factum, ad petitorium † iudicium remittitur, per textum notabilem *in l. 3. §. ibidem. ff. ad exhibend.* Bartol. Bald. & Ang. *in l. vlt. C. quor. bonor.* Roland. à Valle *consil. 1. vol. 1.* Afflictus *decis. 14. num. 4. per l. si à quo. ff. vt in possess. legat. causa.* & est communis conclusio, quod probatio, quæ in continenti ostenditur, præferatur probationi, quæ altiorem indagatio-
24 nem † desiderat, & ipsa lex naturæ in continenti proximis heredibus ab intestato probationem administrat, hoc est ius sanguinis † illos facit successores, textus elegans *in dict. l. 3. C. quor. bonor. l. cum ratio. ff. de bon. dam. l. scripto. ff. vnde liberi. l. in suis. ff. de lib. & posthum.*

Vtique & regulariter quando exceptio dominii vel obie-
25 ctio alterius iuris in continenti † probari potest, ordinario iudicio

iudicio eſt locus, & immiſſio ex ſummario iudicio non conceditur. Guid.Pap.*deciſ.356.* Bart.Bald.& Salycet. *in d. l. vlt. C. de edict.diui Adrian.toll.* & Bart. copioſe *in l. 1.num.3.ff. quor. legat.* Afflictus *deciſ.14.* eſt communis Dd.ſuffragatio.

Excipiens habetur † pro legitimo contradictore, ſi in continenti de ſuo iure docere poteſt, quod ſine vitio nactus ſit poſſeſſionem, & aliquo titulo poſſidet, vt titulo dotis, donationis, vel emptionis, vel ſimilem habet cauſam poſſidendi, interdictum quorum bonorum † contra ipſum non competit, vt omnes interpretes concludunt. Bartol.*in l.1.circa medium.ff. quor.bonor.* ait menti tenendum. Salyc.*in l.2. C.eod.* Alexan.*conſ. 184.num.9.volum.2.* Bellon.*conſil.35.* Corn. *conſ.18.volum.1.* Aretin.*in §.quadrupli, Inſtitut.de act.* Roland.à Vall. *dict.conſ.1.* Dec. *conſil.84.& conſ.218.* dicit, communem eſſe opinionem. Et in hoc conueniunt interdictum quorum bonorum † & petitio hereditatis, quod ambo contra titulo poſſidentem vires non habent, *l.regulariter.ff.de petit.hered.l.hæreditatis.C.eod.*

27
28
29

Et diſcrepant, quod petitio hereditatis omnes actiones directo in ſe concludit, ſiue ſint iura corporalia ſiue incorporalia, nihil intereſt. *l.1.l.item veniunt.§.prætor.l.item videndum.ff.de petit.hered.* Accurſ.Bart.& Iaſon.*in l.vlt. C.de edict.diui. Adriani.toll.* Secus eſt in interdicto † quorum bonorum, illud viribus deſtitutum eſt contra hereditarios creditores, textus *in l. 2.ff.quor.bonor.* Item diſcrepant petitio hereditatis & interdictum, quorum bonorum, quod à ſententia lata in cauſa petitionis hereditatis appellari poteſt: ab interdicto † quorum bonorum iure ciuili non appellatur, tex. *in l.quiſquis.Cod.quor. appell.non recip.* Bart.*in d.l.in fin.* Marant.*part 6. num. 312.in tract. de ordine iudic.* Bellon.*conſ.35.* ibi ſcribit, quod de iure canonico ſecus eſſe poteſt.

30
31

Cæterum an interdictum quorum bonorum etiam ſuas vires extendat ad res ſingulares, diſcrepantes ſunt Dd.opiniones, & extendi vult gloſ.*in l.2.C.quorum bonor.* ibidem & Cyn.

& gloss. sequitur Salycet. *in rubric. eiusdem tituli.* Aretin. *in d. § quadrupli.num.36.* Ripa *in d.l.1. nu.15.* mouetur, quod textus ha-
32 bet de hisce † bonis pro herede, & pro herede possides, quà ratione si defunctus istas res singulares possederit & heredem petentem in easdem instituerit, gloss. opinio est probabilis & vtilis, *d.l.1.in fin.* nec aliud hic sentit Menoch. licet opinionem cõtrariam referat. Cuius est & opinion. *quæst.25. de interdict.quorum bonor.* secutus Salycet. quod in causa interdicti quorum bonorum, non minor probatio sit admittenda, quam plena. Salycet. *in dict.leg.1.eiusdem tituli.* Cui opinioni locus dari potest, si adiudicatio est magni præiudicii, quod aliud iudicium non supererit, recipienda est plena probatio. Salyc. *in d.l.1.* & Ripa *in l.2 ff.eod.*

Sin vero causa possessorii non est magni pręiudicii, ex quo
33 venit in petitorio iudicio † retractanda, receptior & communior est opinio, quod summaria semiplena probatio sufficiat, ad possessorium iudicium interdicti, quorum bonorum. Bart. clare. *in l. 2. C. quorum bonorum.* cuius sententiam & alii secuti sunt, Angel. Aretin. *in d. §. quadrupli. num.37.* Alexand. *consil.70. volum.7.* Roland. à Valle *consil.75. volum.1.* Ruin. *consil.106. vol.5.* Marant. *in tract. de ordine iudic. in 4. parte. distinct.9. num.43.* Bellon. *consil.35.* Vtique cum contradictor nullam iustam causam possidendi habet, & petens suam intẽtionem summarie probat, nulla est ratio, cur ad possessionem non sit admittendus. Roland. à Valle *consil.75. num.15. volum.2* per Bartol. *in l.2. §. vlt. C. vbi in rem est act.* & facit *l. filiam fratribus. cum gloss. ff. ad Trebell.* Dec. *consil.663.* Gozad. *cons.7. num.6. & cons.12. num.11.* ibi copiose explicat, quod missio in possessionem alias non detur,
34 quam † quod causa proprietatis manet salua. *per cap. ex literis. extra, de restitut. spoliat.* Estque magna vtilitas interdicti *quorum bonorum*, quod summariæ probationi dat locum, siue ex testamento, siue ab intestato possessio petatur. Bellon. *dict. consil.36.* & Gozadinus *consil.50. num.5.* est communis opinio, in qua

qua quæſtione & iudicis eſt deliberare, quem nihil potius delectare debet, quam æquabilis iuſtitiæ tenor. Et communi opinioni tanto magis ratio iuris adſtipulatur, quod cautio non † ſolum de non minuenda hereditate, ſed etiam 35
de reſtituenda, donec controuerſia & lis pendet ab adipiſcente poſſeſſionem, agenti ſit præſtanda. *l. diuus.* ibi Bartol. & Bald. notant. *ff. de petit. hered. l. vltim. ff. quorum bonorum. l. 1. ff. qui ſatisdar. cogant.*

De Interdicto, Quorum legatorum.

TITVLVS X.

SVMMARIA.

1 *Interdictum quorum legatorum in commodum heredis eſt introductum continens cauſam, ſi quis aliquid nomine legatorum non ex voluntate heredis occupauit, quod ad reſtitutionem teneatur.*

2 *Vſusfructuarius ſi ſine conſenſu heredis poſſeſſionem eſt ingreſſus, ad reſtitutionem tenetur.*

3 *Reſtitutionem vſusfructus ſeu legati heres poteſt repetere, quando reſtitutio de Trebellianica & Falcidia quæſtio inciderit.*

4 *Legatarius quando ſine vitioſo titulo poſſeſſionem ingreſſus eſt poteſt ceſſare reſtitutio.*

5 *Ceſſat & reſtitutio ſi teſtator licentiam dederit legatario vel vſufructuario poſſeſſionem ingredi.*

6 *Inanis eſt circuitus heredi reſtituere legatum, & poſtea ab herede repetere.*

7 *Legatarius cum habeat exceptionem ex teſtamento in continenti probatam, remouet heredem per exceptionem, quod quis dolo petit quod reſtituere teneatur.*

8 *Actionem cui damus multo magis exceptionem.*

9 *Vxor poteſt propria authoritate vſumfructum ingredi, vel ſi habet retinere.*

Non

NOn solum interdictum, *quorum bonorum*, in commodum heredis introductum est, vt possessionem hereditatis consequatur, sed etiam interdictum, *quorum legatorum*, in eius fauorem est promulgatum, continens causam, si quid nomi-
1 ne † legatorũ, quis non ex voluntate heredis occupauit, q. id heredi restituere teneatur, nõ obstante q. pro legato possidere velit. *l.1.in princ. & §.quia autem.ff.de interd.quor.legat.l.legatũ. ff.de legat.2.* Vnde consuluit Rom. si vsusfructuarius propria authoritate non voluntate heredis vsumfructum ingressus
2 fuerit, quod ad restitutionem † teneatur. *consil.312.per d. l.1.§. ait prator.* & secutus est Menoch.*d.tit.quæst.28.* & facit *l.non dubium.* ibi Dd.*C.de leg.* Quia indubitati iuris est, quod ab herede legatario legatum est præstandum. *§.legatum.Instit. de leg. l. legatum.ff.de leg.2.l.2.C. com.de legat.*

Verum ista iuris obseruantia de legato heredi restituendo videtur sibi locum magis vendicare, quando heres retenta
3 Trebellianica hereditatem restituere tenetur, vt † rationem legis Falcidiæ habere queat. *l. 1.* ibi gloss. Cyn. Bart. Bald. & Salycet. *C.quorum legator.* Vnde intelligi potest, si sine vitioso
4 titulo possessionem legatarius est ingressus † restitutionem cessare, modo cessat Trebellianica. gloss. *in d.l.1. C.quor.legator.* Alexand.*consil.163.num.7.volum.6.* Quin etiam legatario si res est relicta sub conditione heredi est restituenda. *l.omnia. §.2. ff.de legat.2.* ibi & gloss. *l.1.ff.quor.legat.l.1.C.eod. l legata.ff.de cond.*
5 *& demonstrat.* Sed ista iuris definitio cessat de † legato restituendo, si testator licentiam dederit legatario, vt propria authoritate legatum apprehendere, vel, si habet, in possessione retinere possit. Bald.*in l.extraneum.num.13.C de hered.instituend.* Bald.*in l.vnic.num.6.C.quor.legat.* Gozadin.*cons.95.num.10* Bartol. & Castrens.*in l.... C.de edict.diui Adrian. toll.* Paris.*consil.53.n. 113.vol.1.*

6 Vtique foret inanis † & inutilis circuitus, heredi restituere legatum, & postea illud ipsum ab herede repetere: *iuxta l. singularia.*

ſingularia. ff. ſi certum petatur. Quin etiam heres exceptione doli remoueri poteſt, ſe petere quod † reſtituere rogatur, 7
cum legatarius habet exceptionem ex teſtamento in continenti probatam. *argument. l. 1. §. ſi debitori.* ibi gloſſ. *ff. vt poſſeſſ. legat. cauſ. eſſe liceat. l. 1. ff. de eo per quem fact. erit.* Certe cui damus actionem, † multo magis damus illi exceptionem. *l. inuitus ff.* 8
de reg. iur. In qua exceptione fundata eſt vxor, ſi maritus diſpoſuerit, q; voluerit vxorẽ habere vſumfructum, poteſt ꝓpria authoritate † vſumfructum acquirere, vel ſi habet retinere. 9
Gozadin. *conſ. 91. num. 10. per l. Titia teſtamento. §. 2.* ibi & Bart. *ff. de legat. 2.* Cuman. *conſil. 61.* & Alexand. *l. quoties. C. de hered. inſtit.* Ioan. Dilect. *tit. 6. de legat. caut. 12. in fin. in tract. de arte teſtand.*

De Adipiſcenda poſſeſſione ex teſtamento ratione l. vltim. C. de edicto diui Adrian. tollend.

TITVLVS XI.

SVMMARIA.

1 *Auguſtus Cæſar viceſimam partem hereditatis ex teſtamento extraneis relicta, pro adipiſcunda poſſeſſione fiſco perſoluere conſtituit. quæ viceſima poſtea à Republica Romana receſſit.*

2 *Scriptus heres ſi competenti iudici teſtamentum non vitiatum, non cancellatum oſtenderit, ſed in prima ſua figura perfectum, poteſt à iudice mitti in bonorum poſſeſſionem, quæ tempore mortis teſtatoris fuerunt.*

3 *Inſtrumentum teſtamenti habet paratam executionem, quo ad poſſeſſionem ex edicto diui Adriani acquirendam, etiamſi non ſit publicatum teſtamentum.*

4 *Teſtamentum nuncupatiuum, in formam publicam redactum, ſi iudici oſtendatur, heres in poſſeſſionem mittendus eſt.*

5 *Authenticum teſtamenti ſumptum manu ipſius tabellionis fidem*

facit, ad immissionem in possessionem.

6 *Copia alia ad adipiscendam possessionem vigore edicti Adriani nõ sufficit, cum requiritur testamentum non vitiatum.*

7 *Exemplum originale scripturam non probat.*

8 *Originale testamentum si est perditum, quod antea iudici est ostensum, transumptum fidem facit vt immissioni sit locus.*

9 *Ex scriptura priuata in sua forma perfecta immissio in bonorum possessionem dari potest.*

10 *Ex parte heres institutus immissionem petere poterit, etiam filius in legitimam.*

11 *Ex imperfecto testamento, quo casu illud valere potest, immissio impetrari potest.*

12 *Hereditas quando defertur per fideicommissum, heres potest vti remedio l. vlt. de edict. diui Adriani.*

13 *Ex testamento dari potest bonorum possessio quatenus est testamentum.*

14 *Remedium l. vlt. de edict. diui Adriani non competit ab intestato succedentibus.*

15 *Legatariis non competit remedium d. l. vltim. sed habent suas actiones.*

16 *Legatarii, si heres non extat, iudicis officio legata consequi possunt, vel etiam in possessionem rei legatæ, missionem impetrare.*

17 *Hereditas si est vacans, & nullus contradictor extat, hodie non est opus aditione iudicis, sed potest heres propria authoritate bonorum possessionem ingredi & apprehendere.*

18 *Herus possidens potest à iudice confirmationem suæ possessionis impetrare, si illi hoc expediat.*

19 *Notorie si constat, possessores non esse heredes, iudex potest non citatis possessoribus bonorum possessionem scriptis heredibus concedere.*

20 *Legitimus contradictor non est qui non possidet.*

21 *Contradictore existente & suam exceptionem obiiciente, iudex vtriusq; partis allegationibus & probationibus auditis, possessionẽ illi adiudicare debet, qui potiora iura adduxerit.*

22 He-

22 *Heredi non obstat quod dubitat de viribus testamenti, aque immissionem in possessionem petere potest & obtinere, modo habeat suam probationem ex testamento fundatam.*

23 *Petitorio in iudicio si cō rouersia de testamento inciderit, hereditas ex testamento controuerso adiri nequit.*

24 *Quæstio si est obscurior, quam vt in possessorio iudicio in continenti expediri possit, commendatur petitorio ordinario iudicio.*

25 *In continenti probare dicitur qui probat in termino à iudice statuto.*

26 *In continenti probare dicitur, qui habet suas probationes in manibus paratas.*

27 *Instrumentum inducit notorium.*

28 *Ab intestato venientes non sunt legitimi contradictores, instrumēto testamenti producto.*

29 *Probabilem causam suæ possessionis qui adducere nequit, non est legitimus contradictor.*

30 *Existens contradictor in possessione, qui de suo iure rite probare poterit, immissioni non fit locus.*

31 *Omnes testes si non subscripserint, vel omnes non signauerint testamentum, vel mulier, vel seruus adhibitus sit, immissio cessat.*

32 *Statim ex inspectione testamenti si apparet filium esse præteritum, testamentum nullum est, neque ex eo bonorum possessio datur.*

33 *Bonorum possessio ex testamento vitioso non datur.*

34 *Contradictor existens in possessione, si habet titulum ad dominii translationem sufficientem, à defuncto vel eius herede, vtpote pro donato, pro emptore vel simili titulo possidet, remouet petententem à possessione.*

35 *Exceptio dominii, si in continenti probatur, habet locum in possessorio iudicio adipiscendæ possessionis.*

36 *Legitimus est contradictor fideicommissarius heres, si sine vitio possessionem nactus est & demonstrare poterit de fideicommisso.*

37 *Possidens si obiiciat exceptionem de alio testamento, impedit summarium iudicium.*

38 *Exceptio præscriptionis, quæ incontinenti probari potest, remouet petentem à bonorum possessione.*

39 *Edictum diui Adriani ex sola inspectione testamenti, sibi locum vendicat, alias probationes non admittit.*

40 *Sententia lata vigore edicti diui Adriani vim habet, vt ab illa iure ciuili non appelletur: secus videtur esse de iure canonico.*

41 *Immissio nulliter facta potest reuocari.*

1 CÆsar Augustus, quum † ob bellorum impendia maximis pecuniis opus haberet, vicesimam partem hereditatum, quæ in testamento relinquebantur, tanquam vectigal constituit, qua de causa à scriptis extraneis heredibus hereditas adiri non potuit, nisi prius vicesima persoluta, quæ postea ab Imperatoribus, qui Imperio Romano præfuerunt, paulatim est remissa, & in totum à republica Romana recessit vicesima, vt explicat eleganter Alciat. *c. 6. lib. 3. dispunctionum.*

Vnde Iustinianus princeps iuris religiosissimus, centesima iam in vniuersum abolita cōstituit: *Si scriptus heres in testamen-*
2 *to vel ex asse vel ex parte, competentem iudicem adierit † & testamentum ostenderit non cancellatum, neque abolitum, neque ab vlla parte suæ formæ vitiatum, sed quod in omni prima figura sine vituperatione apparet & dispositionibus testium legitimo numero vallatum, heres in possessionem mittitur earum rerum, quæ tempore mortis testatoris fuerunt. l. 2. & vlt. C. de edict. diui Adrian. tollend.* Cui immissioni est locus siue sint bona feudalia, siue allodialia. Nicol. Bel. *cons. 10.* & Roland. à Valle *cons. 32. vol. 3.*

3 Vnde intelligi potest, quod hoc casu † instrumentum testamenti paratam habeat executionem. Bart. Bald. *in d. l. vlt. num. 13.* etiamsi non sit publicatum sufficit, solum instrumentum ad probationem immissionis in possessionem. Dec. *cons. 84. & cons. 225. in princip.* Bald. *in l. quæstionem. num. 15. Cod. de fideicom.*

*com.*Roland.à Valle *consil.32.num.16.volum.3.* Gozadin.*cons.6.num.88.*Boer.*decis.295.num.11.*Quod & procedere poteſt,ſi teſtamentum nuncupatiuum in publicum inſtrumentum † eſt 4
redactum,heres in poſſeſſionem mittendus eſt. gloſſ. Bartol. *num.17.* Alexand.*num.21.*& Iaſon *in d.l. vlt.* Speculat. *tit.de teſtam.§.vlt.n.19.*

Similiter ſi ipſius tabellionis manu authēticum teſtamenti ſumptum exhibeatur,fidem facit ad † immiſſionem poſſeſ- 5
ſionis,vigore *d.l.vlt.* Zuchar.*in tit.de edict.diui Adrian.toll. num.93.* poſt Iaſonem & Menoch. *in l.vlt. de adipiſc.poſſeſſ. num.647. verſic.quæro ſeptuageſimo quarto.* & Gozadin. *conſ.6.in fin.* & hoc intelligitur de copia, quæ eſt ſolennis & authentica. Gozad. *in d.l.vlt.n.6.C.de edict.diui Adrian.toll.* Quod ſecus eſt † in alia 6
copia, illa non probat, vt ex eadem poſſeſſio detur, quia ad poſſeſſionem adipiſcendam vigore *dict.l.vlt.* requiritur teſtamentum non vitiatum,non ſufficit copia.Caſtrenſ.*in d.l. vlt. in 2 notab.*ibi & Iaſon *num.4.*& Gozad.*conſil.21.num.15.* Bartol. Bald.*in auth.ſi in aliquo.C.de edend.*facit text.*in l.1. §.ſed ſi vnum. in fi.ff.de bonor.poſſeſſ.contra tabul.*certe exemplum originalem 7
ſcripturam non probat. *l.1. §.ſed ſi.*ibi Bartol.*ff.de bonor.poſſeſſ.* Roman *conſ.235.num.5.*Ioan.Dilect.*caut.vlt. tit.de acquir.hered. de arte teſtandi.*

Sin tamen teſtamentum originale coram iudice & aduerſario eſt productũ & in actis regiſtratum,poſtea aliquo † caſu 8
perditum,teſtamentum cenſetur præſumptiue de actis factũ, & fidem facit tranſumptum,immiſſioni locus eſt. Bald. *in leg. vlt.num.52.verſic.pono.argum.l.vnic.ff.ſi tabul.teſtament.extat.* & Menoch.*in d.l.num.113.*& ita inſtrumentum de actis tranſumptiue factum ad intentionem petentis ſufficit *l.geſta.C.de re iudicat.*ibi Bald.*& in l.2.& in authent.ſi quis in aliquo.C.de edend.* & facit textus *in l.1.§.ſemel.ff.de bonor.poſſeſſ.ſecund.tabul.* habes, ſi tabulæ teſtamenti ſemel extiterint. Cuius tenor eſt in ſcripturā redactus, quod ſcriptura probet Bald.*in l.generali.n.4.C.*

de sacrosanct. eccl. Quinimo ex scriptura & eius inspectione iudici fit notorium. Bald. *in d. l. vlt. n. 47.* & scriptura non existente, nulla inspectio, nulla lectio esse potest. Vtique legi nequit quod oculis non subiicitur. *l. 1. ff. de his quæ in testam. delent.*

Habet & scriptura tantam vim & efficaciam, si testamentum manu priuata in scripturam est redactum, & ex scriptura † apparet prima figura, quod non sit abolita neque vitiata,
9 sed in sua forma perfecta, immissio in possessionem ex illa dari potest. Bald. *in l. quæstionem. num. 16. vers. publica manu. C. de fideicommiss.* Alexand. *consil. 101. in fin. volum. 5.* & Menoch. *in d. l. vlt. n. 101.* refert ad communem Dd. sententiam.

Cæterũ licet Dd. non conueniant, si quis in quota sit heres institutus, an beneficio legis vlt. vti queat, & communior est conclusio, quod heres in parte scriptus non minus quam vni-
10 uersaliter institutus, possit † immissionem petere & obtinere, quia verba legis sunt clara, *siue quis ex asse, siue ex parte institutus. dict. l. vlt.* gloss. *in verbo, ex parte.* ibidem Bartol. facit. *l. 2. ff. de bonor. poss. secũdum tab.* Ratio est, quod in quota institutus, nõ minus sit heres in quota, q̃ scriptus ex asse *l. quoties.* ibi gl. & Bald. *C. famil erci sc.* diserte Bart. *cons. 68. incip. quidam fecit testamentum. lib. 2.* Qua ratione filius in portione seu legitima à patre institutus potest mitti in portionẽ sibi adsignatam. Bald. *in l. si quis in suo. in princ. n. 4. C. de inoffic. testam.* Menoch. *in d. l. vltim. n. 158. versic. 22.*

Simili modo beneficium & remedium legis vlt. non tantum vendicat sibi locum, quando testator perfectum testa-
11 mentum fecerit, sed etiam imperfectum † condiderit, in casu quo hoc valere & effectum sequi potest, ex eodem immissio conceditur. gloss. Bart. Bald. *in l. hac consultissima. §. ex imperfecto C. de testam.* Bart. Bald. & Iason *in d. l. vlt.* Bartol. *d. cons. 68. incip. quidam fecit. lib. 2.*

12 Quin etiam licet *l. vlt. C. de edicto diui Adrian.* † desideret testamentum, tamen interpretatione Dd. receptum videtur, quando

quando hereditas per fideicommissum relinquitur, quod heres remedio *l.vlt.* vti possit, in qua Bald.*num.46.in fin.versic.hac vera.* & facit *l.filiam fratribus.cum gloss.ff.ad Trebell.* Vtique largo modo loquendi codicillus, quatenus est mentis contestatio, 13
testamentum dici potest, & per consequens ex eodem bonorum possessionem peti posse opinantur, gloss. & Dd.*in d.l.vlt.* textus *in princ.Institut.de test am.* & Bartol. *in l.1.num.79.C.de sacrosanct.eccles.* Castrens.*in l.1.num.3.ff.de testament.* & Castrens.*in l.vlt.collat.penult.C.de codicill.* & secutus est Menoch. *d.l.vlt.nu. 192.versic.quaro 25.* Verum ista opinio Bald. quam extollit Menoch. non potest esse vera, quando ab intestato ex codicillis succeditur.*l.conficiuntur.ff.de iure codicill.* quia ab intestato succedenti † non competit remedium *d.l.vlt.* in qua omnes Dd. 14
conueniunt, sed scripto heredi instituto vel substituto. Bart. *consil.91.incip.in nomine domini lib.1.* & Gozadin.*cons.7.n.5.* & est communis conclusio. Alios casus apud Menoch. videre licet, quorum respectu bonorũ possessio petenti cõcedi potest, sed ista concessio non se extendit ad legatarios, qui per immissio- 15
nem *d.l.vlt.* legatum consequi nequeunt, sed tenentur legatum ab herede expectare & exigere. *§.legatum.Institut.de legat. l.legatum.ff.de legat.2.* Habet & legatarius ad consequendum legatum tres diuersas actiones, vel actionem in personam, seu actionem in rem, vel etiam hypothecariam. *§.nostra.Institut.de legat.& l.2.C.comm.de legat.* Et hoc ita intelligi potest, vt electione vnius actionis legatarium contentum esse oporteat.*l.cum filius.§.ex variis.ff.de legat.2.* Sin vero heres † non 16
est, à quo legatum honoratus petere poterit, iudicis licentia legatarius rei legatæ possessionem acquirere potest, modo contradictor non extiterit. Barto. *in d. consil.68.incip.quidam fecit.lib.2.* Cuius iuris obseruantia & scripto heredi competit quãdo nullus contradictor existat & hereditas est vacans, hodie non est opus quidem aditione iudicis, sed potest scriptus 17
heres propria authoritate possessionem bonorum ingredi &

appre-

apprehendere. *l. cum heres. ff. de acquir. hered.* Bart. Bald. & Iason *in d. l. vlt.* & Salycet. *num. 10.* Bartol. *in l. 3. §. missum. ff. ad Carbon.* Multo magis scriptus heres si est in possessione confirmatio-
18 nem à iudice petere potest, si illi hoc expediat, vtpote quod vereatur aduersarium sibi controuersiam de successione moturum. *l. vlt.* ibi gloss. Bart. Bald Castrens. *C. qui admit. ad bonor. possess.* Platea *in Institut. de actionib.* Gozadin. *cons. 21.* scribit, quod in huiusmodi specie possidenti possessio confirmetur. Guido Pap. *quæstione 219.* & Doctores *in d. l. vlt. C. de edict. diui Adrian. tollend.*

19 Quin etiam si notorie constat possessores non esse † heredes, vel nihil iuris in hereditate habere, iudex potest non citatis possessoribus bonorum possessionem scriptis heredibus concedere, per Dd. *in d. l. vlt.* Gozadin. *in cons. 21. num. 31. & consil. 93. num. 3.* dicitque communem esse opinionem. Salycet. & Fulgos. *in d. l. vlt.* Quod multo magis procedit si contradictor
20 in possessione non inuenitur, neque legitimus † contradictor esse potest, qui non possidet. Roland. à Valle *consil. 78. & cons. 84. vol. 3.*

Porro contradictore in possessione existente, & se opponente, petitor heres causam petendæ possessionis proponere debet, hoc est, testamentum omni vitio carens exhibere & ostendere, reus vero causam suæ possessionis & detentionis obiicere potest, se iure & legitimo modo possidere. Vnde iu-
21 dex ab vtraque parte allegationibus & probationibus † auditis & visis, possessionem adiudicare debet illi, qui potiora iura ex legitimis modis ostenderit, siue sit petitor siue possessor, obtinere debet, salua manente causa proprietatis, in petitorio iudicio, sine quo immissio non datur. Gozadin. *cons. 7.* per gloss. *in l. cum falsum. in fin. ff. de acquir. hered.* & Bald. Castrens. & Iason *in d. l. vlt.*

22 Nec obstat heredi, quod † dubitat de viribus testamenti, nihilominus potest ex eodem immissionem in possessionem

petere

petere & obtinere, modo suam probationem ex testamento habeat fundatam. Rom. *cons.235. num. 7.* per gloss. communiter receptam. *in l. cum falsum. l. heres institutus. ff. de acquirend. heredit.* & facit *l.2. C. de edict. diui Adrian. toll.* Quod secus est in petitorio iudicio, in quo si controuersia de testamento inciderit & agitur, hereditas ex testamento controuerso adiri † nequit 23
d. l. cum falsum. in fin. ibi & gloss. *ff. de acquir. hered. l. nec is.* ibi Bart. & Alexand. *ff. eodem.* Cui petitorio iudicio etiam quæstio de testamento commendatur, quando est obscurior, quam † vt 24
in possessorio summario iudicio in continenti expediri possit, sed altiorem indagationem desiderat, in ordinario petitorio iudicio finem sortitur, textus est notabilis *in l.3. §. ibidem in verbo, obscurior.* ibi notat Bartol. *ff. ad exhibendum.* Bart. & Bald. *in l. vlt. C. quorum. bonor.* Roland. à Vall. *cons.1. volum.1.* Afflictus *decis.14.*

In continenti probare † dicitur, qui in termino à iudice 25
statuto probat. Zasius *in l. prætor. §. Marcellus. ff. de iudic. & in l. si se abstulit. §. condemnatum. ff. de re iudicat. & arg. l. actus continuus. §. cum ita. ff. de verbor. oblig.* Gozad. *consil.7. num.2.* Quin etiam in continenti dicitur probare, qui suas probationes † habet 26
paratas, vtpote hodie constabit, vel quod probans habet instrumentum in manibus. Bald. *in leg.2. Cod. de edict. diui Adrian. tollend.* Roland. *in dict. consil.3. numero 32.* Dec. *cons.424. collat.2.*
Quia † instrumentum inducit notorium & præsumptio mi- 27
litat pro instrumento. *cap. venerabilis. extra, de religios. hominib. l. generali. num.4. C. de sacrosanct. eccles.* Bald. *cons.4. volum.4.* Quo euenit, instrumento testamenti producto quod ab intestato venientes † non censeantur esse legitimi contradictores. Ro- 28
land. à Valle *consil.3. in fin. & consil. 98. d. volum.* Bellon. *consil.36.* Bart. & Bald. *in d. l. vltim.* & Gozadin. *consil.7.* affirmant communem esse conclusionem, quod succedentes ab intestato non habeant remedium *d. l. vlt. C. de edict. diui Adrian. toll.* Gozad. *consil.21.*

29 In quo iure habetur & is, qui nequit probabilem † causam suæ possessionis adducere. Roland. *cons. 78. volum. 3. consil. 84.*
30 *vol. 3.* Quod diuersitatem rationis habet † quando existens in possessione cōtradictor statim de suo iure probare rite poterit, & aduersarii petitionem in continēti remouere, immissioni non sit locus, vtpote si ex inspectione testamenti in scri-
31 ptis apparet, quod omnes testes non † subscripserint, vel non signauerint, vel quod mulier vel seruus sit adhibitus in testem testamentarium, immissio cessat, *l. scio quidem. ff de testib. l. si vnum.* ibi Bart. Bald. Castrens. & Iason *C. de testamen. & l. 3. §. ibidem. ff. ad exhibend. l. 2. C. de bon. poss. contra tab. l. iubemus.* ibi Dd. *C.*
32 *de testam.* Similiter si † statim ex inspectione testamenti apparet, quod filius sit præteritus vel sine causa exheredatus, testamentum nullum est. *l filio præterito.* ibi Bart. & Dd. *& l. 1. ff. de iniust. testam. auth. non licet. C. de liber. præter.* & per consequens ex
33 testamento † tali vitio laborante bonorum possessio non datur. Bartol. Bald. & Dd. *in leg. 2. & l. vltim. C. de edict. diui Adriani tollend.*

34 Item si contradictor † est in possessione & habet titulū ad dominii translationem sufficientem à defuncto vel eius herede, vtpote pro donato, pro emptore, vel simili titulo possidet, remouet petentem à possessione. Guid. Pap. *q. 132.* & Dd. *in d. l. vlt.* Bart. *in l. 1. ff. quorum bonor.* Bald. *cons. 14. volum. 4.* Bellon. *consil. 35.* Bald. *in d. l. vlt. n. 42.* Vtique in isto possessorio iu-
35 dicio adipiscendæ possessionis, exceptio dominii, si in † continenti probatur, habet locum. Gozad. *cons. 93.* alleg. Iason & Dd. *in l. vlt. ff. de vi.* & Bart. & Castrens. *in l. vlt. C. de edict. diui Adrian.* Quod autem legitimus contradictor esse censeatur, qui titulum & possessionem habet, ratio est quod heres non potest contra factum defuncti venire. *l. cum à matre.* ibi Dd. *C. de rei vend.* Afflictus *decis. 119. num. 6.* Et hoc intelligendum erit, vt contradictor ante mortem testatoris possessionem & titulum fuerit consecutus, si testatore mortuo id fecerit, legitimus

nius contradictor non est: Saly. *in d. l. vlt. collat. 7. vers. nam quando.* Afflictus *in d. decis. 110.* Decius *in d. l. vlt. num. 42.* & secutus est Menoch. *num. 586.*

Est & legitimus contradictor fideicommissarius heres, si sine vitio possessionem nactus & paratus est de iure fideicommissi demonstrare, amouet petentem ab adipenda possessione. Bart. *in l. vlt. num. 22. versic. aut possidet.* Gozadin. *dict. consil. 93. num. 10.* Crauetta *consil. 63. in fin.* & sine vitio possessio censetur esse acquisita, quando testator dedit fideicommissario facultatem propria authoritate capiendi possessionem. Gozadin. *in d. consil. 93. num. 10.* Roland. à Valle *cons. 78. vol. 3.* Dec. *consil. 82. num. 7.* Zuchard. Fic. *num. 419.* 36

Similiter contradictor possidens, si † obiiciat se heredem scriptum esse in alio testaemto, impe it causæ cognitionem summariam, & fit locus ordinario iudicio. Bart. Alex. & Castrens. *in d. l. vlt. num. 12.* Roland. *in d. cos. 78. nu. 27. lib. 1.* Gozad. *cons. 10. n. 26* quo casu si neuter possidet, locus est summario iudicio. Menoch. hic. *n 563.* Est & legitimus cōtradictor, qui exceptionem † præscriptionis in continenti obiicere potest. gl. *in l. 2.* & Bart. *in l. vlt. n. 2.* Castrens. *num. 7. C. de edict. diui Adrian. tollend.* 37 38

Differunt petitio hereditatis & edictum diui Adriani, quod hereditas adiri poterit clausis tabulis, modo ex aliorum relatione certioratus sit, quod heres sit institutus. *l. si fratres.* ibi Iason *in fin. C. de iure deliber.* Bart. *in l. is potest. ff. de acquir. heredit.* Bart. *in l. eius qui. ff. si cert. petat.* Edictum vendicat sibi locum ex sola † inspectione testamenti, neque alias probationes admittit. *l. 2. & l. vlt.* ibi Dd. *C. de edict. diui Adr. toll.* 39

Differunt petitio hæreditatis & edictum D. Adriani, quo ad ordinē processus, quia à sentētia lata † in petitione hereditatis, appellatio locum sibi vendicat, secus est in sententia ex edicto D. Adriani lata, appellatio non admittitur. *l. quisquis. C. quor. appell. non recip.* Et hoc de iure ciuili notabile est: de iure 40

canonico grauamen admittitur, si grauamen est notorium, vt immissio ex testaméto vitioso facta sit. Bald. *cons. 141. vol. 1. per c. Romana. § sin autem. de appellat. 16. n. 6.* Quin etiam si immissio
41 est † nulla, vtpote possessore non citato, immissio potest contrario Imperio reuocari. Bald. *in dicto consilo 141.* & Gozadin. *consilio 93. num. 3.*

De Inductione, Cancellatione, Interlineatione & Additione in testamento facta.

Titvlvs XII.

SVMMARIA.

1 *Ex testamento suspecto, vtpote quod inuenitur in essentiali loco inductum, cancellatum, vel rasum, bonorum possessio ex* l. vlt. e-dict. diui Adrian. *non datur.*

2 *Inducere est per medium ducere, cãcellare est lineis in modum crucis expungere.*

3 *Inductio & cancellatio in modo differunt, in effectu conueniunt.*

4 *Inductio vel cancellatio in loco non essentiali & non suspecto, non remorat immissionem in possessionem.*

5 *Cancellatio & inductio in loco suspecto remouet immissionem in possessionem.*

6 *Quæstio de inductione, cancellatione si altiorem indagationem desiderat, ad petitorium iudicium est remittenda.*

7 *Inductio, cancellatio, interlineatio vel adiectio ad solennitatem testamenti non pertinent, sed ad voluntatis quæstionem, quæ probationem admittit*

8 *Tabulæ testamenti rasæ vel vetustate putrefactæ effectum habere possunt.*

9 *Testator si ipse testamentum scripserit, & illud correxerit, cancellauerit,*

uerit, vel induxerit, quod inductum vel cancellatum est pro non scripto habetur, cætera dispositio firma manet.

10 *Testamentum si penes testatorem fuerit, præsumitur ab illo inductum vel cancellatum esse.*

11 *Si inductio, cancellatio vel interlineatio non inuenitur in essentiali loco, ex quo vis tota testamenti dependet, neq; ex iis fundat se petens possessionem, potest immissionem impetrare.*

12 *Tabellio errando si aliud pro alio scripserit & correxerit præsumitur in ipso actu contestationis correxisse.*

13 *Verba addita vel correcta, si dispositioni apte conueniunt, quod potest ex præcedentibus & sequentibus colligi testamentum non redditur suspectum, immissioni locus dari potest.*

14 *Manu notarii si est attestatum, quod ipse cancellauerit vel aliquid in margine adiecerit, tali adiectu non vitiatur testamentum, quin ex illo bonorum possessio peti queat, si quæstio de marginali adiectione non est.*

15 *Inductio, interlineatio, vel adiectio eodem tempore à tabellione debent fieri, alias pars instrumenti esse nequeunt. Ratio est ne ex interuallo committatur falsitas.*

16 *Cancellatio, inductio, rasura vel interlineatio, si inuenitur in substantiali loco suspecto, totum instrumentum est suspectum.*

17 *Tabellio in vno loco si committit falsum totum instrumentum est suspectum.*

18 *Inductio & interlineatio, si in essentiali loco testamenti inuenitur, ex illo bonorum possessio non datur, sed vitium remittitur ad petitorium iudicium.*

19 *Ad tabellionis officium pertinet, nomen Imperatoris, annum, mensem, diem & locum in instrumento inserere.*

VT ex testamento immissio in possessionem bonorum, iuxta edictum diui Adriani ab herede peti possit, testamentum in prima figura perfectum, omnique vitio carens, iudici ostendendum est, *l. vlt.* ibi Dd. *C. de edict. diui Adrian. tollen.*

Qua de causa aliquo vitio laborante testaméto, vtpote quod
1 in aliqua parte essentiali inuenitur inductum, cancellatum, rasum, vel interlineatum, censetur esse suspectum, idcirco ex illo bonorum possessio peti nequit. *d. l. vltim.* ibi Accursius *in verbo vitiatum.* cui subscribit ibidem Bart. *num.3.* Bald. *num.17.* Alexand. Castrens. & Iason, Bald. copiose & Iason *in l. si vnus. C. de testament.* Alex. *cons.14. volum.6.* Bart. Bald. & Iason *in l. si ex transactu. C. de transact.* Bald. distincte *in l.2. n.3. C. de fideicom. he-*
2 *red.* Estque inducere per † medium ducere, cancellare est lineis in modum crucis expũgere & illinire *l. cancellauerat. l. proxime. ff. de his quæ in testament. delent.* & istam differentiam notat Bart. *in d. l. cancellauerat.* & gloss. *in l. si quis libertatem. ff. de hered.*
3 *instit.* & Alexand. *d. cons.14.* & ita licet inductio † & cancellatio in modo differant, in effectu tamen cõueniunt. Quibus proxime sciendum est, quod duplex potest esse ratio inductionis
4 vel cancellationis, quia inductio vel cancellatio quæ fit † in loco non essentiali & non suspecto, non remorat immissionẽ.
5 Quod secus est, si in loco † essentiali suspecto, cancellatio, rasura vel inductio est facta, immissio denegatur. *d. gloss. in verb. vitiatum.* quam Dd. sequuntur Bald. & Ias. *in l. si vnus. C. de testament.* & per consequens quæstio de inductione, cancellatio-
6 ne, interlineatione & adiectione, altiorem † indagationem desiderans ad petitorium iudiciũ remittitur, in quo per probationem viuæ vocis ad veritatis indagationem venitur, cui standum erit, quia inductio, cancellatio, interlineatio & ad-
7 iectio ad † solennitatem testamenti non pertinent, sed ad voluntatis quæstionem, quæ probationẽ admittat, ne testamentum vitietur (nisi nomen heredis sit inductum) probat textus *in d. l. si vnus qui loquitur. de petitorio iudicio.* text. *in d. l. cancellauerat. l.1. §. linum. ff. de bon. poss. secund. tab.* Alex. *cons.14. num. 9. & 23. volum.6.* Speculator *tit. de instrument. edit. versic. si aliquod instrumentum.* & facit *c. ex literis. de fide instrum.* Bald. & Iason *num.9. in*
8 *d. l. vlt.* Quo pertinet etiam si tabulæ † testamenti à muribus sunt

ſunt raſæ, vel vetuſtate putrefactæ, nihilominus videri ſignatæ & effectum habere poſſunt. *d. l. prima. in fin. ff. de bon. or. poſſeſſ. ſecund. tabul.*

Porro ſi teſtator teſtamentum ipſe ſcripſerit, & illud pro ſuo † arbitrio correxerit, cancellauerit, induxerit, quod eſt in- 9
ductum vel cancellatum, pro non ſcripto habetur, cętera diſpoſitio firma manet, *d. l. cancellauerat. & d. l. proxime. & l. 1. & 2. & 3. ff. de his quæ in teſtament. delent.* & ſi teſtamentum penes te-
ſtatorem † fuerit, præſumitur teſtatorem induxiſſe, Iaſon *in d.* 10
l. ſi vnus. num. 7. & num. 9. dicit omnes ita tenere, recenſet Fulgoſ. Bald. *in l. 1. ff. de his. quæ in teſtam. delent.*

Sin autem inductio, cancellatio, vel interlineatio non inuenitur in eſſentiali loco, ex quo tota vis teſtamen-
ti dependet: neque ex iis ſe † fundat agens poſſeſſorio iudi- 11
cio, poteſt poſſeſſionem adipiſci ſaluo iudicio proprietatis, gloſſ. *in dict. verbo, vitiatum.* quam ſequuntur Bart. Bald. Alexand. Salyc. Caſtrenſ. & Iaſon ibidem *l. 3. §. itidem. ff. ad exhiben.* & Cæpoll. *conſil. 63. in fin.* & dicit Iaſ. *in d. l. ſi vnus.* omnes ita tenere, *C. de teſtam.*

Quo ſpectat etiam, ſi tabellio errando aliud pro alio ſcri-
pſerit, & correxerit, præſumitur in † ipſo actu conteſtationis 12
correxiſſe. Corn. *conſil. 118. in princip. volum. 1.* Bald. *in l. 1. ff. de his quæ in teſtament. delent.* Alexand. *conſil. 70. num. 4. volum. 1.* & per conſequens, ſi verba correcta & addita diſpoſitioni apte con-
ueniunt, quod poteſt ex † præcedentibus colligi, teſtamen- 13
tum non redditur ſuſpectum, & immiſſioni locus dari poteſt. Alex. *d. conſil. 14. volum. 6.* Bart. & alii *in d. l. vlt. C. de edict. diui Adrian.* Grammat. *deciſ. 106. num. 17.* & Panorm. *in cap. ex literis. de fide inſtrument.*

Solet n. in communi praxi à tabellionibus obſeruari q, in aliqua parte vel fine inſtrumenti profitendo ſua manu adiici-
ant, abraſionem, cancellationem vel † interlineationem à ſe 14
eſſe

esse factam, vel in margine esse additum: tunc tali adiectu non vitiatur testamentum quin iudicium possessorium locum habere queat, si quæstio de contentis ex marginali adiectione non oritur. Bald. & Iason *in d. l. si vnus.* Panorm. *in d. c. ex literis.* Bart. & Bald. *in d. l. 1 ff. de his quæ in testam. debent.* Grammatic. *dict. decis. 106.* & iidem Dd. *in d. verb. vitiatum.* Bart. *cons. 208. lib. 1.* & Alex. *d. cons. 14.*

Estque etiam de inductione, marginali adiectione vel in-
15 terlineatione obseruandum, vt † eodem tempore à tabellione fiat, quo conficitur instrumentum, alias pars instrumenti esse nequit, quod rationem habet, ne tabellio ex interuallo nouum instrumentum facere, vel falsum committere videatur. Bartol. Bald. copiose Alex. & Iason. *in d. l. si vnus.* Speculat. *tit. de instrument. edit. §. ostenso. in verb. dixit Rolandinus.* Anchoran. *consil. 213.* Corn. *cons. 28. num. 2. vol. 1.* Bart. & Bald. clare *in l. Imperator. ff. de statu homin.* Grammat. *d. decis. 106.*

Cæterum si inductio, cancellatio, rasura vel interlineatio inuenitur in loco substantiali suspecto, totum instrumentum
16 fit † suspectum. gloss. Alex. Bald. Castrens. *in l. iubemus. C. de testament.* Iason & Bald. *in d. l. si vnus.* scribit, si vno in loco aliquid scripserit & abraserit, deinde aliud scripserit, tunc propter varietatem primo aspectu præsumitur scriptura falsa, ideoq; ex illa rasura nihil probatur. Bald. *in d. l. si vnus. in fin.* Vtique si
17 tabellio in vno capitulo committit † falsum, totum instrumentum fit suspectum & vitiatur. Bart. *in l. si ex falsis. C. de transact. n. 4.* ibidem Salycet. copiose & Iason secutus *num. 9. d. titul.* Qua ratione huiusmodi vitiis ex testamento orientibus, petens immissionem in possessorio iudicio non auditur, sed cognitio de inductione, rasura & interlineatione, ad petitorium
18 iudicium † remittitur, coram quo instituta actione petitoria ad veritatis indagationem proceditur, Bald. & Ias. *in d. l. vlt.* & facit *l. si vnus.* ibi Salyc. *in fin. C. de testam.* & *d. l. cancellauerat, ff. de his quæ in testam. del. l. 1. §. tuum. ff. de bonor. possess. secundum tab.*

Pari

Pari ratione si † nomen Imperatoris, annus, indictio, mensis atque dies nec nō & locus, in testamenti instrumento non fuerit insertus, vti vnum ex illis deficiat, testamentum non dicitur ex quacunque formæ suæ parte perfectum, sed est infirmum, *per auth. vt proponat nomen Imper. collat. 5. & authen. quib. mod. natural. efficient legit. §. ad hoc. collat. 7. l. 1. C. de apoch. public. lib. 10.* gloss. ab omnibus Dd. approbata. *in l. generali.* ibi huiusmodi requisita in specie enumerantur. *C. de tabell. lib. 10.* Bart. *in l. si quis initium.* ibidem Bald. & Iason *ff. de edend.* Iason *in d. l. si vnus,* & Salycet. *in l. si ex falsis. num. 13.* scribit instrumentum in totum non valere, *Cod. de transact.* Bald. *in l. 1. §. editiones. ff. de edendo.* & Speculator *tit. de instrumentor. edit. §. instrumentum. n. 14.* Bartol. *consil. 208. lib. 1.* & Bald. *in d. l. ex falsis.* ibi ait, si indictio, annus & mensis omittatur, instrumentum nullum esse. Idem est dicendum, si signum tabellionis in testamenti instrumēto fuerit omissum, solennitate caret instrumentum. Bart. *in d. §. initium. n. 32.* dicit, omnes Dd. ita tenere, Bald. *in l. ad testium. §. si quis. ff. de testam.* Corn. *consil. 118. vol. 4.* & concordat ordinatio Cameræ Imperialis *parte 1. titul. 39. §. 1.* quam secutus est Gail. *obseruat. 43. libr. 2. practicar. obseruat.* 19

LI LIBER

LIBER QVARTVS DE SOLENNIIS IN TESTAMENTO ADHIBENDIS, VT CONSISTAT, VEL corruat conteſtatio.

TITVLVS I.

SVMMARIA.

1 *Solennia in teſtamento aut cenſentur intrinſeca voluntatis, aut extrinſeca,*

2 *Intrinſeca ſolennitas voluntatis eſt, ex qua totum prouenit, vt in teſtamento ſcriptum valeat.*

3 *Intrinſeca ſemper præſumitur ſolennitas interueniſſe, quatenus in teſtamento inuentur.*

4 *Scriptura teſtamenti eſt ſimplex ſonus verborum ex ſe intellectum producens.*

5 *Scriptura habens ſuam ſolennitatem tribuit heredi directo ius ſuccedendi in locum defuncti.*

6 *Intrinſeca ſolennitas ſi laborat ex aliquo defectu voluntatis, conteſtatio ſine perfecta voluntate nulla eſt.*

7 *Teſtator ſi amplius articulate loqui nequit, ipſius conteſtatio nullius eſt momenti.*

8 *Teſtibus non intelligentibus voluntatem teſtatoris, neque implicite, neq; explicite, nulla eſt conteſtatio.*

9 *Scriptura ad teſtamentum parata, ſi non legatur coram teſtibus, & teſtatore viuo, nullius eſt effectus.*

10 *Extrinſeca ſolennitas teſtamenti eſt, quæ actui teſtamentario extrinſece adhibetur.*

11 So-

11 Solennitas extrinseca circa numerum testium eorumque habilitatem, an sint rogati & vno contextu adhibiti, suam operationem habet.

12 Numerus testium est substantialis solennitas in testamento, secundum communem Dd. sententiam.

13 Veritas sola non sufficit in testamento, sed requiritur etiam solennitas.

14 Solennitas si in testamento amittatur, veritas non habetur pro veritate.

15 Solennia si quis non adhibet, quæ adhibere potest, censetur actum lusorium agere.

16 Solennis numerus testium si non adhibetur testamenti confectioni, non præsumitur pro testamento, sed habetur pro infecto.

17 Defectus vnius testis totum testamentum vitiat.

18 Numerus septem testium est à iure ciuili positiuo introductus, ne falsitas in testamento committatur.

19 Testamentum coram tribus aut duobus testibus factum, iure gentium producere naturalem obligationem, Bart. scriptum reliquit.

20 Ius gentium vetustius est iure ciuili.

21 Heredem si possidet hereditatem ex testamento, coram duobus aut tribus testibus facto, in foro conscientiæ retinere posse existimat Iason.

22 Sola voluntas testatoris spectatur in fideicommissis.

23 Legatarius in foro conscientiæ legatum retinere potest.

24 Testatoris lex imperfecta non debet vincere legem perfectam, ab intestato proximis heredibus deferentem hereditatem.

25 Heredes ab intestato si sciunt testamentum non esse solenne, & hereditatem instituto heredi, vel legatum legatario sponte relinquant, hereditas instituto, vel legatario legatum acquiritur.

26 *Succedentes ab intestato si quinque testes in testamento non sunt adhibiti, non est prohibitum hereditatem à scripto herede auocare, vel legatum repetere.*

27 *Conscientiæ sunt singulares & singulorum, & non raro æquitati & iuri aduersantur.*

28 *Lex est certa & vniuersalis & omnibus æque imperat.*

29 *Lex vbi pedem figit, nos sistere oportet.*

30 *Ius diuinum politicas leges cum ratione congruentes nusquam abrogat, sed stabilit.*

31 *Deus est author politici ordinis, cui parere ius est, Deo parere fas est.*

32 *Legibus politicis si quis sapientior esse velit, illis facit iniuriam.*

33 *Ius est ars æqui & boni.*

34 *Iuris causam inquirere non oportet, alioquin multa euerterentur, quæ in iure certa sunt.*

35 *Naturalis obligatio in abstracto sine ciuili nullam operationem habet.*

36 *Obligatio naturalis sine ciuili nullius est momenti.*

37 *Obligatio naturalis non oritur ex testamento non perfecto.*

1 SOlennia in testamento † aut censentur esse intrinsecæ
2 voluntatis, aut extrinsecæ. Intrinseca † solennitas volūtatis est, ex qua totum prouenit, vt scriptum in testamento valeat. Bart. Alexand. & copiose Iason *in l. sciendum. ff. de verb. obligat.* probat *l. ex facto. §. rerum. ff. de acquir. hered. l. conquestio. C. de*
3 *legat.* Et ista solennitas intrinseca semper † præsumitur interuenisse, quatenus in testamento inuenitur scriptum. Accurs. Bart. Bald. Castrens. & Iason *in d. l. sciendum.* Panomitan. & Felyn. *in cap. sicut. versicul. intrinseca solennitas. num. 37. de re iudicat.*

Est & scriptura testamenti simplex positio & sonus verbo-
4 rum, ex se ipsa intellectum † producens, quid designet Bald. *in l. o-*

in l.omnes populi.num.59.ff.de iustit.& iure. Corn.*consf.308.volum 3.* Quæ scriptura cum suam habet solennitatem & perfectionem, tribuit heredi ius † directo succedendi in locum defuncti. *l.quotiens. §.heres.l.hereditas fine.ff.de hered.inst.l.quidam,§.nihil.ff.de edend.l.quam diu.ff.de acquir.hered.* 5

Quod diuersam causam habet, si intrinseca solennitas aliquo defectu voluntatis laborat, contestatio † sine perfecta voluntate nulla est, etiamsi inter liberos conficiatur testamentum, textus.*in l.si quis cum.ff.de testament.* & Iulius Clarus *quæst.9.de testament.* Curt.iun.*in l.hac consultissima.§.ex imperfecto.num.1.* Natta *in d.§.num.139.& seq.* Socin.iun.*consf.147.*& cum textus iuris sit expressus, posthabenda est opinio, quę tamen secundum Clarum sibi locum vendicat, quando pater morte præuentus totam contestationem non impleuerit, & obiit. Cur non potius decedet testator intestatus quam testatus incerta & truncata voluntate. 6

Quin etiam si testator amplius articulate loqui † nequiuerit, ipsius contestatio ex defectu voluntatis in lucem non prouenientis nulla est.*l.iubemus.§.si talis est.*ibi & Dd.*Cod.de testament.* 7

Similiter si testator vocauerit testes & testari voluerit, & testibus non intelligentibus † voluntatem testatoris neque explicite, neque implicite, contestatio frustranea est, & nullius momenti.*l.fideicommissa.§.2.*ibi gloss.& Bartol.*ff.de legat 3.& argum.l.quo tutela.ff.de reg.iur.* Iason *in d.l.iubemus.* Alexand. *consf.33.volum.3.* Vtique nemo præsumitur velle, quod non loquitur. Roland.à Vall.*consf.51.n.8.vol.3.*Bald.*in l.voluntatis. C.de fideicom.& in l.1.§.sin autem.C. de caduc.toll.* 8

Pari ratione si scriptura ad testamentum parata sit, vel paretur & testator decedat † priusquam coram testatore & testibus scriptura legatur, voluntas testatoris in totum deficit, vt ne quidem in vim codicillorum valere possit. *d.l.fideicommissa.§.quoties.*ibidem gloss.& Bart. Similis textus est *in l.ex ea* 9

scriptura. ff. de testament. & text. *in l. in totum. ff. de regul. iur.* ibi habetur, quod illa, quæ animi destinatione agenda sunt, ex certa scientia perfecte perfici debeant.

10 Cæterum extrinseca solennitas testamenti est, quæ † actui testamentario extrinsece adhibetur, quæ non præsumitur interuenisse, nisi appareat vel probetur. *l. quacunque.* §. *vlt. ff. de public.* Salyc. *in rubr. C. de vsur.* & Bart. Iason *in d. l. sciendum. ff. de verbor. obligat.* & Salycet. *in fallent. regul. solennitas 376.* Et hæc
11 solennitas extrinseca circa numerum † testium, eorumque habilitatem, item an testes sint rogati & vno contextu adhibiti, suam operationem & efficaciam habet, *l. heredes palam. ff. de testament. l. hac consultissima. l. iubemus. C. eodem. Auth. rogati. C. de testibus.* Et discrepant Dd. an numerus testium sit solennitas probatoria vel substantialis, & solennitatem esse probatoriam, Bart. scriptum reliquit *in l. 1. ff. de condict. indebit.* Bald. *in l. 1. C. de sacrosanct. eccles.* Pro qua opinione Ferdinand. Vasquius commemorat plures Dd. consistere, *libro 1.* §. *2. in tractat. de success. vltimar. voluntat.* sed communior & receptior est con-
12 clusio, quod numerus testium sit in testamento solennitas substantialis, Bart. Bald. & Iason *in 2. lectur. num. 23.* ibidem & Ripa *in l. nemo potest ff. de legat.* Iason *in l. errore num. 8. Cod. de testament.* Atqui si istas voces in latiore significatione intelligamus in effectu in idem recidunt, erudite explicat Alciatus *c. 17. lib. 5. paradox.* & in eo conueniunt omnes Dd. quod in te-
13 stamento non sufficiat veritas, sed † requiritur in eodem solennis numerus testium, quæ solennitas, si in testamento o-
14 mittatur, veritas † non habetur pro veritate. Bald. & Dd. *in l. veritas. C. de fideicom.* Panorm. *in c. cum venerabilis de except.* Afflictus *decis. 25. in fin.*

Qua de causa si testator solennia non adhibuit, quæ adhi-
15 bere † potest, videtur actum lusorium agere & non velle. *arg. l. an inutilis. ff. de accept.* ibi Bart. *l. si domus. in fin. ff. de legat. 1.* Bald. *in l. cum quis. ff. de iur. & fact. ignor.* pulchre Alciat. *c. 17. lib. 5. paradox.*

Vnde

Vnde efficitur, si solennis numerus testium non sit adhibitus, non præsumitur pro testamento, sed habetur pro † non facto. Bald. *in l. 1. ff. de iniust. testament. l. si vnus* ibi Bart. Castrens. & Iason *C. de testament.* Bald. *in l. post diuisionem num. 2. C. de iur. & facti ignor.* text. *in §. ex eo. Institut. quib. mod. testam. infirm.* Quin imo quod solenniter non fit, dicitur inutiliter fieri. Bald. *in l. 2. num. 26. C. d fideicommiss.* Qua de re defectus vnius † testis totum testamentum vitiat. *l. si vnus.* ibi Bart. Bald. Castrens. & Iason *in l. testandi causa, C, de testamentis. & l. 4 ff. eodem.* Est & numerus septem testium à iure ciuili positiuo introductus, ne falsitas in † elogio committatur, ne etiam ab heredibus ab intestato testamentum euerti possit. *l. vltim. Cod. de fideicommiss. l. hac consultissima. C. de testament.* Bald. & Imol. *in l. 1. ff. de liber. & posthum.* Roland. à Valle *consil. 73. volum. 3.* & Dd. *in d. l. si vnus.* & hæc theorica de numero testium, quem vocat Vlpianus *in d. l. heredes palam.* solennem de iure ciuili procedere dubitatione caret.

16 17 18

Verum inter Dd. mouetur quęstio, an ne testatoris voluntas coram duobus aut tribus testibus ordinata iure gentium, vel diuino consistere possit, & scribit Bart. quod ex huiusmodi testamento coram tribus aut duobus testibus facto † oriatur naturalis obligatio. *in l. 1. num. 9.* ibi & Castrens. *ff. de cond. indeb.* Bart. Bald. Castrens. & Iason *in l. cum quis. C. de iur. & fact. ignorantia.* Corn. *consil. 119. volum. 1.* dicit communem esse conclusionem. Salycet. *in Authen. ex imperfecto. C. de testament.* Ias. *in l. post diuisionem. num. 5. C. de fact. & iur. ignorant.* Et per consequens intuitu iuris gentium, quod † est vetustius iure ciuili, *l. 1. ff. de acquir. rer. domin.* vel diuini, existimat Iason in foro † conscientię, heres si possidet hereditatem retinere eũ posse ex testamento coram duobus aut tribus testibus facto: *in l. nemo potest. lectur. 2. numer 95. ff. de legat. 1.* per Innocent. *in cap. quia plerique.* ibi & Abbas, *extra de immutat. ecclesiar. & argument. l. in testamento. ff. de fideicommiss. libert.* Castrens. *in l. ad testium. numero 6.*

19 20 21

ff. de

ff. de testament. Salycet. *in l. 2. C. de fideicomm.* Panormitan. *in cap. cum esses. de testam.* Corn. *consil. 261. num. 5. volum. 1.* Panorm. *in d. cap. plerique.* Auth. *in c. possessor. quaest. 5. de regul. iur.* & alii *in d. l. nemo potest.* quos refert Franc[isc]. Mantica *titulo 14. lib. 2. in tract. de coniectur. vltim. volunt.* ibidem plurium Dd. authoritates pro vtraque opinione congerit & Iulius Clarus *quaestion. 90. de testament.*

Quod ius retinendi vel possidendi in rebus particularibus, vtpote in legatis & fideicommissis, sibi magis locum ven-
22 dicare Dd. opinantur, in quibus sola † voluntas testatoris spectatur. *l. penult. ff. de legat. 1. l. heredes mei. §. 2. ff. ad Trebell. l. cum virum. Cod. de fideicom. l. in conditionibus. ff. de condit. & demonstrat.* & magis confirmant istam opinionem Dd. quando legatarius legatum possidet, quod tunc ope exceptionis in foro con-
23 scientiae legatarius legatum † retinere possit, Bart. Bald. Castrens. & Iason. *in l. cum quis. num. 9. C. de iure & facti ignor.* Corn. *consil. 261. volum. 1.* Dilectus *titul. 3. caut. 3. de arte testand.* Bartol. Bald *in l. nemo potest.* Iason *in lect. 2. in princ. num. 70. & 71. ff. de legatis. 1.* & Iason *in l post diuisionem. C. de fact. ignor.* Castrens. *in l. 2. C. de fideicomm.* Corn. *cons. 199. num. 34. volum. 2.* Estque communis opinio. Couarru. *in c. cum esses. num. 19. de testam.* Iulius Clar. *dict. q. 90.* affirmat, quod legatum in minus solenni voluntate relictum valeat; pro qua conclusione allegat Bertrand. *consilio 212. volum. 3.* & plura argumenta adducit Francisc. Mantica *tit. 14. lib. 2. in tract. de coniectur. vlt. volunt.*

Atqui ista Dd. interpretatio cum à praeceptis legum recedit, statuentium quibus modis solennia vltimae voluntati hominis sunt adhibenda vt valeat, non debet testatoris lex imperfecta, deficiente solennitate, legem perfectam, tribuen-
24 tem succedentibus † ab intestato hereditatem, vincere. Qua de re intuitu iuris ciuilis ordinationis Dd. opinio sibi locum non vendicat, nisi ab intestato succedentes sciant, voluntatē testatoris non esse solennem, & nihilominus hereditatem

scripto

ſcripto heredi † vel legatario, legatum ſponte relinquunt. 25
tunc nulla fraude interueniente, ex tacito conſenſu & permiſſione ſuccedẽtium ab inteſtato, hereditas inſtituto heredi, ſeu legatario legatum acquiritur, idque tam ex conſenſu ſuccedentium ab inteſtato, quam ex conteſtatione defuncti. *argum. l. ſicuti.* ibi Ang. & Bart. *§. venditionis. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolut.* & ita Iulius Clarus *d. quæſt. 90. de teſtament.* & communiter Dd. Ripa *in d. l. nemo poteſt. num. 99.* dicit communem. Menoch. *q. 80. n. 4. lib. 3. de præſumpt.*

Vnde è contrario intelligi poteſt, ſi teſtamentum minus ſolenniter eſt ordinatum, vtpote quod ne quidem quinque teſtes ſint adhibiti, qui numerus iure ciuili (niſi in ſpeciali caſu) ad omnem vltimam voluntatem requiritur *l. vlt.* ibi gloſſ. & Dd. *C. de codicill. l. vlt. C. de donat. cauſ. mort.* Non eſſe prohibitum ſuccedentibus † ab inteſtato, quibus ius ſanguinis adſi- 26
ſtat, quin bona fide hereditatẽ à ſcripto herede, vel à legatario legatum repetere ac auocare poſſint, idq; iuris publici authoritate. *l. ſi is ad quem. ff. de acquir. hered.* vbi habetur, licet ſcriptus heres teſtamentum iuſtum putauerit, & omnia pro herede adminiſtrauerit, poſtea prolatis tabulis, ex non iuſto teſtamento ſibi hereditatem non acquirit. *d. l. ſi is ad quem. & l. ſed etſi.* ibi gloſſ. & Bart. *ff. d. tit.* & vbi habemus textum, ceſſat dubitatio ac opinio. Bald *in l. ancillæ. C. de furt.*

Eſtque fragile argumentum, quod de conſcientia adiicitur, quia conſcientiæ ſunt † ſingulares & ſingulorum & non 27
raro iuri & æquitati incertæ aduerſantur. *c ſummopere. 11. quæſt. 3. cap. indicet. 3. quæſt. 8.* gloſſ. *in cap. 1. de offic. ordinar.* Lex † vero eſt 28
certa & vniuerſalis, & omnibus ęque imperat, ideoq; vbi pedem † figit, nos ſiſtere oportet. *l. 1. l. 2. l. virtus. ff de legibus.* Vnde 29
pulchre ſcribit Bald. quod informationem ex lege recipere debeamus, ſcrupuloſitatem conſcientiæ deponere. Bald. *con. 295. volum. 1. & conſil. 298. num. 7. dict. volum. 1.* Corn. *conſ. 201. nu. 13. vol. 4.*

Nec quicquam coloris habet, quod de iure diuino ſeu
gentium adiicitur, teſtamentum coram tribus aut duo-
bus teſtibus conditum conſiſtere debere: quia ius diui-
num leges politicas, communi rationi congruentes, nuſ-
30 quam † abrogat, ſed ſtabilit, cum illarum potentia ex diuina
ordinatione, id eſt, ex principatu, dependeat vt videre eſt *ca-
pit. 13. ad Romanos in epiſtola Pauli Apoſtoli. Matthei cap. 20.* &
31 Prouerb. *cap. 8.* & in aliis locis habetur, quod † Deus ſit author
politici ordinis, cui parere ius eſt, Deo parere fas eſt. Qua de
cauſa ſi quis legibus politicis ſapientior & æquior eſſe velit,
32 facit iniuriam ipſis † legibus, vel ſcilicet illa ratione, quod ius
33 ſit † ars æqui & boni. *l. 1. §. ius eſt. & l. iuſtitia. ff. de iuſtitia & iu-
re.* Cuius iuris cauſam inquirere non oportet, alioqui multa
34 euerterentur, quæ † in iure certa ſunt. *l. omnium. & l. ſequenti.
ff. de legibus.*

Quin etiam nihil facit, quod de naturali obligatione
35 proponitur, quia naturalis obligatio † in abſtracto, per ſe,
ſine ciuili efficaciam & effectum non producit, quæ talis
eſt, vt illi lex non adſiſtat, neque reſiſtat. Bartolus *in leg.
ſi non ſortem. ff. de condion. indebiti.* Baldus *in l. cum quis. nu-
mero quinto. Cod. de iuris & facti ignorantia.* ſcribit, quod na-
36 turalis † obligatio ſine ciuili nullius eſt momenti & Iaſon
in l. ſi veritas. Cod. de fideicommiſſ. communem opinionem
diſputando improbat, concluditque, quod ex teſtamento
non perfecto, ſcilicet, in numero teſtium deficiente, na-
37 turalis obligatio † non oriatur, & repetit Iaſon *in leg. poſt
diuiſionem. Cod. de fact. & iuris ignorantia.* Baldus *in leg. cum quis.
numero 5. & 6. C. eodem.* Alciatus erudite *cap. decimo ſeptimo in
fine, libro quinto paradoxor.* & ſecutus eſt Vaſquius *libro primo. §.
1. de potent. teſtatoris. in tractat. de vltim. voluntat.* & quum in re-
ferendis opinionibus ſcribentes ſibi ipſi aduerſantur, legum
authoritati inſiſtendum eſt, quæ certam ordinationem de-
finiunt, ſub qua vltima iudicia hominum firma conſtitui poſ-
ſint.

sint. *l. vltim. Cod. de testament.* ibi ait Iustinianus nouationem nullam in legibus fieri velle, quæ de testamentis ordinandis introductæ sunt.

De Legalitate Testium, qui in testamento adhiberi possunt, vel non possunt.

TITVLVS II.

SVMMARIA.

1 *Testes in testamento adhibendi, cum quibus testamenti factio esse potest, & qui de actu testationis testari possunt.*

2 *Testes sufficit quod tempore, quo conditur testamentum, communi fama habiles esse censeantur, nec nocet si quid postea eis contigerit.*

3 *Testes, quos leges intestabiles esse iubent, in testamento adhiberi nequeunt.*

4 *Spurius incestuosus in testamento testis esse nequit.*

5 *Mulier in testamento non potest esse testis.*

6 *Mulieris testimonium recipitur, quando pater æqualem diuisionem facit inter liberos.*

7 *Mulieris testimonium in testamento ad pias causas non improbatur.*

8 *Mulieris testimonium in testamento non recipitur, quando pater Bastardum instituat.*

9 *Mulier in codicillis admittitur in testem.*

10 *Mulieris testimonium in testamento admittitur, quando clausula codicillaris in illo est adiecta, & alias defectus sit testium, probat mulier, prout in codicillis.*

11 *Testis in testamento in scriptis esse non potest qui est illiteratus.*

12 *Testes illiterati in testamento nuncupatiuo testes esse possunt.*

13 *Legatarius in propria causa testis esse nequit.*

14 *Legatarius in testamento testis adhiberi potest, quia non sibi, sed heredi dicit testimonium de testamento confirmando.*

15 *Legatariis in testamentis inscriptis omnibus legari potest.*

16 *Legatariis omnibus in testamento legari nequit, quia non videntur idonei.*

AD testamenti extrinsecam solennitatem pertinet etiam,
1 vt testes † in testamento masculi puberes adhibeantur, cum quibus testamenti factio esse potest, & vt tales sint, quod de actu contestationis testificari possint. *l. hac consultissima. C. de testament. & Instit. eodem. § testes. in princip.* ibi Angel & Faber,
2 & sufficit, quod tempore contestationis † communi fama habiles esse reputabantur, nec quicquam nocet, si quid postea eis contigerit *l. ad testium. §. conditionem. ff. de testam.* Iason *in l. 1. num. 3. C. de testament.* Et licet *§. conditionem.* proprie loquatur de testamento in scriptis, nihilominus idem dicendum erit in testamento nuncupatiuo, vt sentit & Iason *in l. 1. in fin. C. de testam.*

3 Quod diuersam rationem habet in istis, quos † leges intestabiles esse iubent, vt sunt, mutus, surdus, impubes, seruus, ob carmen famosum, vel lege repetundarum, seu etiam ob adulterium damnati, vel alia macula infamiæ notati, in testamento testes esse nequeunt. *l. qui testamento. §. eum qui. §. mulier. ff. de testament l. is cui. §. si quis ob carmen. ff. de testam. §. testes.* ibi Dd. *Instit. eod. l. scio quidem. ff. de testibus.* & Speculator *in §. compendio-*
4 *se. tit. de fide instrum.* in quorum numero † habentur, spurii & incestuosi. Bald. *in l. vlt. C. de fideicom.*

5 Quin etiam † mulier in vtroque iure ciuili & canonico repellitur à testimonio dicendo in testamento. *d. §. testes. Instit. de testam. & d. l. in testament. §. si mulier. ff. eodem. cap. forus. de verborum sign. fic. in fin.* Alexand. *consil. 177. num. 5. viso themate. volum. 2. & consilio. 84. circa finem. volum. 2.* est communis conclusio.

ſio. Nec quid intereſt, an teſtamentum in vrbe, vel ruri fiat. Alexand.*conſil.70.incipient.viſo conſilio.volum.2.& conſil.77.d.volum.2.* Couarr.*in d.cap.cum.eſſes.de teſtament.* ſcribit communem eſſe concluſionem, fœminam non poſſe eſſe teſtem in teſtamento, etſi nonnulli canoniſtæ contrarium teneant, quia fœminæ iudicium eſt fragile, quod facile corrumpi poteſt.

Quo tamen non attento, in teſtamento quod pater inter liberos fecerit, licet imperfectum ſit, Dd. conueniunt, quod † mulieris teſtimonium recipitur.*in l.vltim. Cod.de cond.* 6
& inſtitut. Bald.& Angel.*in l.quotiens.ff.de hered.inſtit.* Dd.*in authen.ex cauſa.& auth.quod ſine. C.de teſtament.* Ratio eſt, quod in teſtamento patris ſolummdo ius gentium cõſideretur, quando inter liberos aliquam æqualem diuiſionem obſeruauerit, tunc ſtat in ore duorum aut trium omne verbum.

Eodem iure fœmina admittitur quando legatum fit † ad 7
piam cauſam. Crotus *in princip.num.15.in tract. de teſtibus.* Bald. *in l.1.in fin.C.de ſacroſanct.eccleſ.* Corn. *conſ.261. volum.1.* & Tiraquel.*priuilegio 8.in tract.de priuileg.piæ cauſæ.* dicit communem eſſe opinionem, etſi nonnulli contrarium teneant.

Secus eſt. ſi † pater Baſtardum vel alios extraneos inſti 8
tuere velit, mulier eſt inhabilis teſtis in teſtamento. Bald.*in d. auth.quod ſine.* & text.*in d.§.mulier.& l.qui in teſtamento.§.mulier. ff.de teſtam.*

Quin etiam cum codicilli nullam ordinationis ſolennitatem deſiderant, ſaltem vt quinque teſtes interueniant, fœmina in † teſtẽ admittitur, etiamſi plures ſint. gloſſ.*in l.vlt.* quam 9
ibidem ſequuntur Bartol. Bald. Salycet. & Corn. *C.de codicill.* Bald.*conſ 8.volum.5.* Bart. & alii *in d.§.mulier.l.2.* ibi & Bart.*ff.de legat.1.*

Cuius iuris obſeruantia etiam recipienda eſt, quando in teſtamento clauſula codicillaris eſt adiecta, vt teſtamentum propter defectum alicuius ſolennitatis in ius fideicommiſſi reſoluatur, mulieris atteſtatio † admittitur haud ſecus ac in 10

codicillis Dd.*in d.* §*.mulier.*Iason *in l.hac consultissima.num. 8. C. de testament .l. diuus.* §*. codicillos.ff.de iure codicill.* Corn.*cons.62.in princ.vol.2.*Bart.*in l.1.ff.de iure codicill.*

Item in testamento mystico in scriptis testis esse nequit,
11 qui † scribere non potest, quia scriptura est de substantia testamenti in scriptis.*l.hac consultissima.*ibi Dd.*C.de testam.*Quod diuersam causam habet in testamento nuncupatiuo, in quo
12 testes illiterati † adhiberi possunt, modo alias sint habiles *l. heredes palam.ff.de testam.*§*.vlt.Institut.eod.l.hac consultissima.* §*.per nuncupationem.d.tit.*

Quin etiam, licet legatarius, quando agitur de probando
13 legato, testis esse non possit, ne testetur in † propria causa.*l.in omnibus.C.de testib.* estque communis conclusio. Alexand. *in l. dictantibus.C.de testament.* Tamen si generaliter legatarius ad confirmandum testamentum in testem adhibitus sit, ipsius
14 attestatio admittitur, quia non sibi sed † heredi dicit testimonium, cum totum negotium, quod agitur testamenti ordinandi gratia, ad testatorem & ad heredem spectet, non vero ad legatarium. § *sed neque.* §*. legatariis.* ibidem interpretes *Institut.de testament.l.qui testamenti.* ibi Bartol. & Castrens.*ff.eodem.*Speculator *in* §*.compendiose.tit.de instrum.edit.*

Verum an omnibus testibus in testamento legare testator possit, inter Doctores non conuenit, & opinatur Ioan. Faber, omnes legatarios in testamento testes esse posse. §*. legatariis.Instit.de testam.*

Et pro ista opinione facit *l. dictantibus. Cod. de testament.* ibi habetur, quod testator testibus adhibitis largiri potest, ergo omnibus *l.si plures.ff.de legat.2.*Socin.*in l si quis ita.ff. de reb.dub.* ibi dicitur, quod legatum debetur illis, qui testamentum si-
15 gnauerint: Vnde opinio Fabri procedere † potest, quando testator in scriptis fecerit testamentum, cuius tenorem cum testes nesciunt, cessat suspicio fraudis, propter quam testes

testes repelli queant, & per consequens legata consequi possunt.

Secus esse potest in testamento nuncupatiuo, si omnes testes sunt legatarii, & ad probandum testamentum agitur, non videntur idonei † esse testes. Ioan. Crot. *in tractat. de testibus. num. 9.* cuius opinio probatur à Salycet. *in d. l. dictantib.* & ista distinctio veritate nititur. 16

De requirendis Testibus & vnico actu adhibendis, ad testamenti confe-ctionem.

TITVLVS III.

SVMMARIA.

1 *Rogatio seu requisitio testium in testamento, est de iure ciuili positiuo.*

2 *Olim rogatio testium solennibus & conceptis verbis fiebat, quæ hodie in desuetudinem abiere.*

3 *Hodie fit saltem requisitio testium in testamento, vt actui testamentario adesse velint.*

4 *Testes si certiorati sint, cui actui adhibeantur, satis videntur esse rogati.*

5 *Rogatio testium potest fieri ab ipso testatore, vel ab alio, nomine testatoris.*

6 *Rogatio testium in testamento est solennitas extrinseca, quæ non præsumitur, nisi demonstretur.*

7 *In testamento si scriptum sit, testibus talibus præsentibus, præsumuntur testes esse rogati.*

8 *Testibus talibus præsentibus si in testamento scriptum sit non intelliguntur esse rogati.*

9 *Testes non præsumuntur in testamento rogati, quando tabellio scripse-*

scripserit, saltem testes fuisse rogatos, nisi adiecerit esse requisitos.

10 *Ex verbis, testes fuisse præsentes, non sequitur esse rogatos.*

11 *Ad positionem unius facti non sequitur positio alterius, vtpote testes fuerunt præsentes, ergo rogati.*

12 *Testes ex sua subscriptione semper præsumuntur rogati.*

13 *Testes in testamento in scriptis præsumuntur ex sua subscrptione rogati, modo in sua scriptione hoc adiecerint.*

14 *Testes vno contextu loco, & tempore testamenti confectioni adesse debent. donec suprema contestatio peragitur.*

15 *Solennia in testamento sunt indiuidua, separationem non admittentia.*

16 *Indiuisum pro parte faciens nihil fecisse dicitur.*

17 *Extraneus actus si testamenti confectioni immiscetur non necessarius, testamentum vitiatur.*

18 *Viribus destituitur testamentum, si non vno contextu, sed per multa interualla scribitur.*

19 *Loci insertio est de solennitate testamenti: ergo omitti non debet.*

20 *Insertio loci si in publico instrumento omittatur, instrumentum vitiosum est.*

21 *Loci & temporis obseruantia requiritur in testamento, quando illud in formam publicam redigitur, vt per instrumentum voluntas testatoris probationem recipere debeat.*

22 *Testamentum quando in publicum instrumentum redigitur, & probatio per scripturam priuatam & testium facienda est, insertio loci non est necessaria.*

23 *Rogatio testium non est necessaria, quando pater inter liberos testatur, vel testator ad pias causas disponit.*

1 Estque rogatio † seu requisitio testium de iure ciuili positiuo. Bald. *cons. 20. volum. 5.* Alexand. *consil. 9. volum. 7.* Panor. *in cap. cum esses. de testament. & l. iubemus. § . oportet. C. de testam.* ibi habetur, quod testes ad elogia hominum sint vocãdi, quæ vocatio

catio olim ſolennibus † & conceptis verbis fieri ſolebat, vt- 2
pote ita lego, ita teſtor, voſque quirites teſtimonium perhibitote. Vlpianus *in fragment. tit. 20.* Sed iſta ſolennitas rogandi in deſuetudinem abiit, ſaltem fit hodie requiſitio, vt teſtes actui teſtamentario † adeſſe velint, vel vt certiorentur cui a- 3
ctui adſint, non eſt vlteriore requiſitione opus, *l. heredes palam. §. in teſtamentis.* ibi notat gloſſ. & Bart. *in l. vlt. C. de codicill.* Vigl. *in §. vlt. num. 8. Inſtit. de teſtam.* Speculat. *tit. de teſte. §. 1. n. 94. verſic. quid rogatio.* Corn. *conſ. 7. n. 3. vol. 4.*

Et ita teſtes certiorati, cui actui vel † rei adſint, ſatis viden- 4
tur eſſe rogati. *l. qui teſtamento. §. vlt.* Bart. *in l. Domitius Labeo. n. 2. ff. de teſtament. auth. rogati. C. de teſtibus.* Quo fit, vt patiens ſe ſcribi in teſtamento cenſeatur eſſe rogatus. Iaſ. *in l. ſciendum. n. 37. ff. de verb. obligat.*

Nec quicquam intereſt, rogatio ſeu requiſitio teſtium, an ab ipſo teſtatore † vel ab alio nomine teſtatoris fiat, modo 5
præſente & patiẽte teſtatore fiat, teſtes cenſentur eſſe rogati, Alexand. *conſil. 33. num. 16. volum. 3. authen. rogati. C. de teſtib.* quæ ſine diſtinctione generaliter loquitur, & ſentit Viglius *in §. vltim. Inſtitut. de teſtament.* Alexand. *conſil. 47. volum. 2.* Corn. *conſ. 148. volum. 3.* Iaſon *in d. l. ſciendum. num. 43.* & copioſe Alexand. *conſ. 48. volum. 3.* quem ſecutus eſt Ioan. Dilect. *tit. 2. caut. 8. in tract. de arte teſtandi.*

Eſt & requiſitio teſtium ita intelligenda, vt ex teſtamento appareat teſtes eſſe rogatos, quia † rogatio teſtium in teſta- 6
mento eſt ſolennitas extrinſeca, quæ non præſumitur, niſi demonſtretur. Bart. Alexand. & copioſe Iaſon *in d. l. ſciendum. num. 36. ff. de verbor. oblig. d. §. oportet. & l. vlt. C. de teſtament. l. diuus ff. de teſtam. milit.* ibi text. loquitur conuocatis hominibus, vt voluntatem ſuam teſtaretur, & com. Dd. ſententia. Alex. *conſ. 33. vol. 3.* Corn. *conſ. 95. n. 6. vol. 2.*

Cæterum inter Dd. controuertitur, ſi à tabellione vel ſcriptore teſtamenti ſcriptum ſit, teſtibus † talibus præſentibus, 7

an ex natura istorum verborum ampliatiua præsumi queat, quod testes sint rogati, & præsumi sentit Bald. & Salycet. *in l. hac consultissima. in princip. Cod. de testament.* Castrens. *dict. l. heredes palam. §. in testamentis.* Bald. *cons. 43. vol. 3.* Ias. *d. l. sciendum. n. 38.* Alex. *cons. 14. in fin. vol. 6.* dicit communem opinionem.

Contrarium tenet Francisc. Aretinus *in d. §. in testamentis.*
8 scilicet, si scriptum sit † talibus testibus præsentibus, quod nō intelligantur testes rogati, & testamentum infirmum esse præsumatur. Speculator *titulo de teste. §. 1. num. 94.* Dyn. *in d. §. in testamentis.* cuius opinio approbatur à Bart. etiam à Iasone *in dict. l. sciendum.* Bald. *in dict. l. diuus. num 5. ff. de testament. milit.*
9 Bald. *consil. 3*[illegible]*0. num. 3. volum. 4.* ibi scribit, quod † testes non præsumuntur rogati, quando saltem tabellio scripserit testes fuisse præsentes, si non adiecerit esse requisitos. Cyn. *in d. l. hac consultissima.* & hæc opinio magis communiter locum habet. Boer. *decisione 34.* Corn. *consil. 68. volum. 1. & consil. 176. volum. 4.* Alexand. *consil. 70. volum. 2.* Grammatic. *decis. 62. num. 2.* scribit,
10 quod ex verbis, *testes † fuisse præsentes*, non sequatur esse rogatos. Socin. *in fallent. regul. 420. in verbo testes.* ait com. & habet rationem, quod ad positionem vnius facti non statim sequatur
11 positio alterius facti, scilicet, testes † fuerunt præsentes, ergo rogati. Bart. *in l. 1. n. 8. C. de vsuris. l. neq. natalib. C. de probat.*

Atqui ista quæstio facile cessat, quando testes in testamento se subscripserint, vt fit hodie non infrequēter, testes ex sua
12 scriptione † præsumuntur rogati. Francisc. Aretin. ibi & Bart. & Bald. *in d. l. Domitius. ff. de testam.* clare Boerius *dict. decis. 34.* & communiter Dd. *in d. l. sciendum.*

Quod etiam in testamento in scriptis procedit, modo te-
13 stes in sua † subscriptione adiecerint se esse requisitos. Dyn. & Cyn. *in d. l. hac consultissima. in princip. C. de testamen.* quia ista solennitas extrinseca de requisitione testium est facti, probationem exigens quæ resultat ex subscriptione testium. Dd. *in d. l. sciendum. ff. de verb. oblig.*

Quibus

Quibus proxime ſciendum eſt, quod teſtes vno contextu,
tempore & loco teſtamenti confectioni intereſſe debeant,
donec extrema † conteſtatio peragatur, *l. heredes palam. in fin.* 14
l. qui teſtamento. §. vlt. ff. de teſtament. l. cum antiquitas. ibi Bartol.
Bald. & Caſtrenſ. *l. teſtamentis. C. eodem.* Eſtque ratio, quod hu-
iuſmodi ſolennia in teſtamento ſunt indiuidua, ſeparatio-
nem † in teſtibus non admittentia, *l. furioſum. cum gl. C. de teſta-* 15
ment. Bald. *in l. ſi veritas. num. 2. C. de fideicommiſſ.* & Bart. Bald. &
Caſtrenſ. *in dict. §. in teſtament. num. 6.* Certe qui actum indiui-
ſum † pro parte facit, nihil feciſſe dicitur. Bartol. *in l. ſi quis. ff.* 16
de teſtament. & legaliter Iaſon *in l. ſi ex aſſe. in fin. ff. de acquirend.*
hered. ibi ſcribit, ſi alius actus extraneus non † neceſſarius im- 17
miſcetur & interponitur, quod teſtamentum vitietur: ergo
multo magis viribus deficitur teſtamentum, ſi non vno con-
textu, ſed per multa interualla † ſcribatur. Speculator *§. com-* 18
pendioſe. num. 9. in verbo, item quod teſtamentum. titulo de fide inſtru-
ment. & facit, *d. l. antiquitas. C. de teſtam.* & textus *in d. l. heredes pa-*
lam. in fin.

Eſt etiam inſertio loci de ſolennitate teſtamenti, ideoque
omitti † non debet. Corn. *conſilio centeſimo decimo nono. volum.* 19
3. Bald. *in l. contractus. numero 13. Cod. de fide inſtrument.* Rott. *deciſ.*
antiquit. 359. Baldus *conſilio quinquageſimo quinto. volum. 2.* Alex.
conſilio 59. volum. 2. Quin imo ſi in inſtrumento publico inſer-
tio loci & temporis omittatur, inſtrumentum † vitioſum eſt. 20
Bartol. *in l. is qui. §. initium. numero 26.* ibidem Ang. & Iaſon *ff. de*
edend. Speculator *in §. inſtrumentum. num. 4. 5. & 6. titul. de inſtru-*
ment. edit.

Et hoc de obſeruantia loci procedit, quando tabellio te-
ſtamenti inſtrumentum in formam † publicam redegerit in 21
illum finem, vt teſtatoris voluntas ex inſtrumento probetur,
tunc inſtrumentum conſuetis ſolenniis munitum & ſtabili-
tum eſſe oportet, alias non valet. Bartolus *in dicto §. ini-*
tium. num. trigeſimo ſecundo. cuius doctrinam communi calculo

Dd. est recepta Corn. *consil. 225. n. 3. vol. 3. & cons. 118. vol. 4.* Bald. *in l. contractus.* ibi & Cyn. *C. de fid. instrum.* & secutus est Gail. *obseruat. 43. lib. 2. pract. obseru.*

Sin vero publicum instrumentum ad probandam voluntatem testatoris non conficitur, sed voluntas in priuatam scripturam redigitur, vt per viuam vocẽ etiam testium voluntas testatoris probetur, vt fit plerunque in testamentis, quæ
22 ruri in pagis ac villis conficiuntur, omissio loci non † vitiat testamentum, *arg. §. vlt. Instit. de testam. l. heredes palam. ff. eodem. l. iubemus. C. eodem.*

Quin etiam in contestatione, quam pater inter liberos
23 confecit, receditur à solenniis iuris, vt requisitione † testium non sit opus. Bart. Bald. Castrens. & Iason *in d. l. hac consultissima. §. ex imperfecto.* & iidem Dd. *in auth. quod sine. C. de testament.* Bald. *cons. 20. vol. 5.* Alex. *cons. 4. n. 6. vol. 7.* & est communis Dd. suffragatio.

Similiter etsi inter Dd. minus conueniat de rogatione testium, quando contestatio fit ad piam causam: tamen communior est sententia, quod rata habeatur, licet testes non sint rogati. Ioan. Andr. *in c. relatum. de testam.* & in addit. Speculat. *§. compendiose. vers. item ius Canonicum. tit. de fide instrum.* Bart. *in l. 1.* ibi & Bald. *in lectur. 1. ante fin. C. de sacros. eccles.* Panorm. *in d. c. relatum.* Alex. *d. cons. 4. vol. 7.* dicit communem esse conclusionem. Idem Corn. *cons. 149. vol. 2.* Socin. *in fallent. reg. 420.* Boer. *decis. 34.* Ratio est, quod in pia causa non attenditur solennitas iuris ciuilis positiui, sed merum ius gentium & diuinum, & quod in piam causam erogatur, dicitur Deo offerri, & promitti, qui est vbiq; iuxta Lucan. *lib. 9. de bello ciuili.*

Estq; Dei sedes nisi terra, & pontus & aer.
Et cælum & virtus, superos quid quærimus vltra.
Iupiter est quocunque vides, quocunq; moueris.

De

De Præsentia & Ministerio Testium in Testamento præstando.

Titvlvs IV.

Svmmaria.

1 *Testes testamenti confectioni adhibiti tam prope testatori adesse debent, vt ipsum videant & loquentem audiant.*

2 *Testes in præsentia testatoris tam diu perseuerare debent, donec suprema contestatio peragatur.*

3 *Testes in testamento nuncupatiuo debent testatori adesse, vt totum testamentum testatori prælegatur, testatore omnia approbante.*

4 *Testes si toti cõtestationi interfuerint ab initio vsq; ad finem dum Tabellio scribat, testatore loquente, testamento completo, non refert quod coram testatore non relegatur testamentum.*

5 *Voluntas testatoris potest per testes probari, etsi nulla scriptura interuenerit.*

6 *Scriptura non est de substantia testamenti nuncupatiui, sed in scripturam redigitur vt facilius series voluntatis testatoris conseruetur.*

7 *Voluntas testatoris per viuam vocem testium stabiliri potest, quatenus testium visui & auditui innotescat.*

8 *Testes omnes si testatorem non viderint, neque loquentem audierint sua ministratione functi non sunt, & per consequens testamentum non valet.*

9 *Si sex testes tantum sunt adhibiti, vel vnus sua administratione non fungitur, testamentum non valet.*

10 *Testis si adhibetur, qui in testamento testis esse nequit, habetur pro non adhibito.*

11 *Testium numerum si plenum testator habere non potuerit, aque ipsius testamentum non valet, & hoc intelligitur de contestatione ciuium.*

l. si non speciali. ibi Cyn. & Bart. & *l. si vnus.* ibi Castrensis *C. de testam.* Alex. *consil. 99. n. 5. vol. 3. & cons. 24. num. 10. volum. 1.* Corn. *consil. 18. vol. 2.*

Quo spectat etiam si sex testes tantum sunt adhibiti, vel v-
9 nus abest qui † sua ministratione non fungitur, testamentum substantiali solennitate probatoria deficitur & infirmum est, *l. si vnus.* ibi Bart. Bald, Castrens. & Iason, & *l. testamentum. C. de testam. & argum. l. ad testium. §. si quis. ff. eodem.* Bald. *consil. 308. vol. 3.* Par ratio est, si testis adhibeatur, qui in testamento testis es-
10 se nequit, habetur pro † non adhibito, & testamentum inualidum est, vt neque ex illo hereditas adiri, neque bonorum possessio peti queat. textus *in l. scio quidem. & sequenti. ff. de testib. & d. l. vnus. C. eod.*

11 Nec ad rem facit, quod plenus numerus † testium haberi non potest, æque testamentum viribus caret, per textum singularem *in l. confi-iuntur. ff. de iure codicillor.* quem textum Dd. interpretantur locum habere, quando ciues testantur. Bart. Fulgos. *in l. vlt. C de testam.* ibi & Alexand. dicit esse veritatem, & sentit Ioan. Dilect. *tit. 2. caut. 2. in tract. de arte testandi.* rusticis testantibus diuersitatem habet, vt alias dicetur.

Ad ministrationem testium etiam pertinet, vt omnes to-
12 tam † contestationem intelligant, idque articulatim, tempore quo conditur testamentum. Bald. Castrens. & Iason *in l. antiquitas. C. de testam.* Corn. *d. consil. 304. num. 20. volum. 3.* Guil. Benedict. *in c. Raynutius. parte 1. in verb. in extremis. num. 40. de testam.* & secutus est Vasq. *lib. 3. §. 21. limit. 7. num. 80. in tract. vlt. voluntat.*

13 Quo fit, si vnus testis nomen † heredis audire desierit, quod testamentum inualidum censeatur. Bald. Alexand. & Iason *in d. l. antiquitas. argum. l. qui testamento. §. vlt. ff. eodem.* multo minus probatio testium recipitur, quæ particulatim fit, vtpote aliqui testes fuere & possunt probare, partem in testa-
14 mento † ordinatam, alii partem aliam, contestatio nulla est, Bald.

Bald.clare *in d.l.cum antiquitas.num.5.* cuius doctrinam alii ſe-
quuntur *in d.l.cum antiquitas.* Alexand.*conſi.177.volum.2.* Rom.
conſil.80.

Qui defectus & caſus in teſtes facile contingere poteſt,
quando paries ſeu cortina eſt in medio: quod teſtes non vi-
dent † teſtatorem,ſed loquentem audiunt, cuius loquela & 15
vox etſi teſtibus nota ſit, nihilominus teſtamentum viribus
12 *Peste sæuiente, quinque testes in testamento sufficiunt, in quo numero & mulieres esse possunt.*

13 *Peste magnopere grassante testamentum coram tribus testibus factum validum habetur.*

14 *Consuetudini vel statuto standum erit, si habet quod testamentum coram duobus aut tribus testibus factum, firmum sit habendum.*

15 *Testamentum coram notario & duobus vel tribus testibus secundum consuetudinem loci factum, non extendit vires suas extra territorium.*

16 *Consuetudo localis est & ligat tantum subditos.*

17 *Testamentum secundum consuetudinem vel statutum perfectum conditum, vbique locorum firmum habetur.*

18 *Peregrini omnes indistincte coram duobus testibus testari possunt.*

19 *Testamentum coram duobus testibus apud acta iudicis factum firmum habetur.*

20 *Testamentum apud acta iudici insinuatum ratum habetur sine vllo teste.*

21 *Præsumitur in iudicio semper adesse multitudo hominum.*

22 *Testamentum extra iudicium vel extra acta iudicialia coram iudice factum, non minorem numerum requirit, quam septem testium.*

23 *Testator si curat ab herede suo sibi promitti, vt legatario præstet legatum, duo testes sufficiunt ad probationem, quia legatum trãsit in vim contractus.*

24 *Contractus in testamento fieri potest quando contractus penitus non est extraneus ab ipso testamento.*

25 Pro-

25 *Probatio duorum testium admittitur, si aliquid in testamento est declarandum. vtpote an portio titulo institutionis liberis sit relicta, vel an testes sint rogati.*

26 *Probatio duorum testium recipitur de iis, quæ testator per prolocutiones extra testamentum dixerit.*

27 *Probatio duorum testium admittitur, qui probare possunt. testamentum esse nuncupatiue factum.*

28 *Probatio duorum testium admittitur, quando testamentum est perditum, & duo testes tenorem testamenti probare possunt.*

ETsi iure ciuili positiuo introductum sit, quod numerus septem testium, quem vocat Vlpianus solennem, ad testamenti confectionem est adhibendus, nihilominus etiam iuribus testatum est, quod tum ratione loci, tum ratione personarum, ab isto numero aliquantulum recedi possit, respectu loci vero à solenni septimo numero testium receditur, quando ruri conditur testamentum, tunc speciali iure † rusticorum, quinque testes sufficiunt, coram quibus contestatio facta rata habetur, per textum *l. vlt.* ibi Bart. Bald. & Iason *C. de testament.* Quo iure & nobiles ruri habitantes vti possunt, valet illorum contestatio coram quinque testibus facta. Cyn. Bald. & Iason *in d. l. vlt.* Bart. *in l. conficiuntur. ff. de iure codicillor.* Nec quicquam refert, quod & sextus testis reperiri possit, quinque dispositionem probant. Alexand. Castrens. & Iason *in dict. l. vlt.* estque communis opinio. Et ista formula secundum *d. l. vltimam.* rite obseruata, nihil ad rem facit, quod rusticus vel alius ruri habitans postea in vrbem ad habitandum se contulit & † habitat, æque testamentum ruri antea conditum firmum manet. Nam quod legitime factum est retractari † non debet, quamuis casus euenerit, à quo incipere non potuit, *per c. factum legitime. de reg. iur. l. in modicis. ff. de contrahend. empt.* Pro rusticis omnes habendi sunt, qui extra † muros ciuitatis habitant. Bart. scribit *in l. quædam. §. codicilli. num. 4. ff. de*

Marginal numbers in order: 1 (at "rustico-"), 2 (at "condi-"), 3 (at "non"), 4 (at "ci-").

iure codicill. atqui Bart. videtur poſthabere loca, in quibus extra ciuitates nobiles ſplendida ædificia habent, quibus & ruri inhabitant, vti in Germania & aliis in locis moris eſt.

Reſpectu perſonarum, id eſt proximorum agnatorum etiam ſpeciali iure conſtitutum eſt, quod voluntas teſtatoris
5 adhibitis † quinque teſtibus quaſi ab inteſtato rata habenda erit, quod in tantum procedit, ſi in priori teſtamento perfecto extranei inſtituti ſunt, poſterius firmum habetur, agnatis inſtitutis, textus ſingularis *in l. hac conſultiſſima. §. ſi quis. C. de teſtament. l. 2. ff. de iniuſt. teſtament. l. miles. §. Veteranus. ff. de teſtament.*
6 *milit.* ibi admonet Bartolus, quod ſemper † reſpiciendum ſit, quis in teſtamento ſit inſtitutus. Bartol. Bald. & Iaſon. *in l. filius qui in poteſtate. ff. de liber. & poſthum.* Baldus *conſil. 308. volum. 3.* Roman. *conſ. 306.* Ratio eſt, quod cauſa teſtati & inteſtati conſolidantur. Et licet quod in huiuſmodi ſpecie nonnullis interpretibus viſum ſit, omnes qui ab inteſtato ſuccedere poſſunt, inſtitui debere, alias teſtamentum infirmum eſſe. Alexander & Iaſon *in dicto §. ſi quis.* referunt Caſtrenſis & Fulgoſius. tamen contraria ſententia probabilior eſt, quod
7 illi ſuccedere poſſint, quos † teſtator inſtituit, quibus & ſucceſſio ab inteſtato competit aliis excluſis. Iaſon *in dict. l. filius qui in poteſtate. num. 34. per dictam legem 2. ff. de iniuſt. teſtament.* qui textus loquitur in numero ſingulari, & ita concurſus omnium ab inteſtato ſuccedentium non deſideratur. argum. *l. poſthumus. §. idem. ff. de iniuſt. teſtament.* & ſentit Vaſquius *lib. 3. §. 22. limitat. 11. in tractat. de ſucceſſ. vlt. volunt.* quod dubitationem non habet, quando teſtamentum coram ſeptem teſtibus eſt conditum. *l. heredes palam. ff. de teſtam. l. hac conſultiſſima, & l. iubemus. C. de teſtam.*

Quinetiam Doctores nonnulli opinantur, quod parentes æque à liberis duobus teſtibus adhibitis inſtitui poſſint, vti liberi à parentibus, cum pater & liberi correlatiue ſeſe habeãt. Speculator *titul. de inſtrument. edit. §. compendioſe. coll. 12.* Bald. & Alexan.

Alexand.*in l,1.C.famil.erciscund.*Boer. *decisione 242.in fin.* recenset Curt.iunior *in leg. hac consultissima. §.ex imperfecto. Cod.de testament.*

Verum contraria opinio obtinet locum, quod parentes à liberis instirui nequeant, nisi quinque † testes adhibeantur, 8
qui numerus iure ciuili in omni vltima voluntate desideratur, nisi inter liberos & aliis specialibus casibus. *l. vltima. §. in omni. C.de codicil.l.vlt.C.de donat.caus.mort.*Bald. Salyc.*in l.vlt. C. famil.erciscund.*& Boer:*dict.decis.240.in fin.*ait, communem esse conclusionem, quam secutus est Gail.*obseruat.112. in fin.libr.2. practicar.obseruat.*

Et quum iure ciuili in omni vltima voluntate † desiderantur 9
quinque testes. *d. l. vlt.* per consequens intelligi potest, si
quatuor testes † tantum inueniuntur adhibiti, quod voluntas 10
efficacia & effectu caret, *dd.legib.*& Corn.*d.cons.18.vol.2.*nisi in specialibus casibus aliter sit receptum, vel statuto vel moribus introductum, quod testamentum minori numero quam
septem vel quinque † testibus adhibitis consistere possit, si- 11
militer & minori numero quam quinque testium codicilli stabiliti vires habent.Bart.*in l.2.ff.de legat.1.* & Bart.*cons.68.libr. 2.*& est communis conclusio Couarru.*in rubr.3. num.32. de testam.*Eadem iuris obseruantia de numero quinq; testium sibi
locum vendicat, quando pestis † multum sæuiat, quod testes 12
habere nequeat testator, testamẽtum quinquenario numero vallatum & conditum ratum habetur.Ioan.Crot.*in princ.in tract.de testib.num.22.*Bald.Salyc.& Ias.*in l.vlt.C.de testam.*Paris. *cons.33.n.26.vol.2.* ait, quod magis sit communis opinio. Francisc.Viuius *in verb.testis.in com.opinionib.*Francisc. Rip. *in tract. de peste.n.2.part.princ.*& Rol.à Val.*cons.81.n.17.vol.1.* Imo etiam tali casu cum testes idoneos habere nequeamus, admittuntur in subsidium minus idonei vt fœminæ. Ioan.Crot. *in d. loc.* alleg.Butrig.*in c.tertio loco, de probat.* Abb.*in c.vlt. de testib.cogend.*

Sin vero pestis tantopere grassatur quod ciues ex vrbibus

rece-

recedunt & testes propter periculum accedere non audent vel nolunt, testamentum adhibitis tribus aut duobus testibus
13 conditum † recipi posse: & validum esse habendum. Philip. Port. *conclus. lib. 3 cap. 9.* scribit, & ita pro testamento tempore pestis coram tribus aut duobus testibus facto, pronunciatum esse attestatur Mynsing. *cent. 1. obseru 96.* & Gail. *obseruat. 118. nu. 8. lib. 2 pract. obser.* Et licet nonnulli contrarium teneant, vt videre est apud Boer. *decis. 228. num. 11.* multa pro vtraque opinione congessit, Francisc. Turzan. *in summa. com. opin 45.* Ioan. Dilect *tit. 2. caut. 2. in tract. de art. testand.* atqui Assessores in Camera Imperiali veritati & æquitati inniti solent. *iuxta c. dilecta. de iudic. & l. placent. C. eodem. & l. in omnibus. ff. de reg. iur.* Idcirco illorum sententiæ subscribendum erit.

Quin etiam si statutum vel consuetudo loci se ita habeat, quod testamẽtum adhibitis tribus vel duobus testibus ratum
14 habeatur, statuto † vel consuetudini standum erit. Cyn. Bart. Angel. Castrens. & Iason *in l. 1. C. de summ. Trinitat. & fide cathol.* Bald. Salycet. & Iason *in l. si non speciali. C. de testament.* Boer. *decis. 228. num. 6.* Alex. *cons. 41. volum. 1.* stabilitur ista iuris obseruantia ex iure gentium & diuino. *cap. cum esses. cap. relatum. de testamen.* Ias. *d. l. 1.* refert, quod Venetiarum consuetudo habet, quod testamentum coram duobus aut tribus testibus factum ratum habeatur.

Verum quæstio inter Dd. est, an testamentum coram ta-
15 bellione & duobus testibus factum suas vires † etiam extendat ad bona alibi sita, vbi numerus septem testium secundum ius ciuile requiritur, & quod non extendat se extra territorium statuentium scribit Oldrad. *consil. 248. num. 1.* Quia con-
16 suetudo localis est & ligat † tantum subditos. *l. 2. C. quæ sit long. consuet. l. venditos. §. si constat. ff. com præd. l. 2. C. de nauig. l. 1. in princip. C. de sum. Trinit. & fide cathol. & l. omnibus.* & ita non extendit se contestatio ad bona alibi sita. Gozad. *consil. 49.* Petr. Anch. *cap. canonum statuta. de consuetud.* & ait, quod hanc opinionem

tenent

tenent. Iacob. de Rauenn. Dyn. Cyn. & antiqui Dd. *in d. l. 1. C. de sum. Trin. & fid. cathol.*

Atqui alii contrarium tenent, nimirum si testamentum secundum statutum vel consuetudinem loci sit perfectum cõditum, quod illud extra † territorium etiam suas vires ex- 17
tendat locorum vbique ratum habeatur. Bart. *in l. non speciali,* ibidem & Alexand. Bald. & Castrens. *C. de testament.* & Bart. *in d. l. 1. n. 37. C. de sum. Trinitat. & fid. cathol.* & Alexand. *consil. 44. nu. 20. volum. 5.* ait, quod sit communis opinio quod testamentum secundum statutum vel consuetudinem loci confectum suas vires extendat ad omnia bona alibi sita. Fulgos. & Ias. *in d. l. 1. C. de sum. Trinit.* Speculator *titulo de instrument. edit. §. compendiose. num. 14.* Iason *in l. si arrogator. ff. de adopt.* Schurff. *consil. 92. centur. 2.* Et ita conclusum esse in Camera Imperiali attestatur Gail. *obseruat. 123. lib. 2.* quod testamentum coram notario & duobus testibus factum valeat, & ista conclusio pendet ab authoritate Dd. alioqui authoritas iuris ciuilis, priori opinioni non deest, argumento, quod bona immobilia semper respiciunt iurisdictionem, sub qua sita sunt & illo iure metiuntur.

Quibus accedit, quod omnes peregrini † indistincte co- 18
ram duobus testibus testari possunt. Ang. *in Authen. omnes peregrini. C. comm. de success.* cui subscribunt Alexand. & Iason *in l. vltim. C. de testament.* Alexand. *in l. scrinarios. C. de testament. milit.* estque communis opinio. Castrens. *in Authen. nutrionibus. C. comm. de success.* Paris. *cons. 32. vol. 3.* & Dec. *consil. 184.*

Quæ conclusio de duobus testibus multo magis sibi locum vendicat, quando testator præsentibus duobus testibus apud acta † iudicis testatus fuerit, firma habetur ipsius con- 19
testatio. *l. omnium.* ibi Bart. Bald. & Castrens. *C. de testament.* Fieri enim debet huiusmodi contestatio in locis, vbi iudices & scribentes acta iudicialia & contractus in Protocollo duobus testibus præsentibus scribunt, nam & actus tabellionis debent habere duos testes. *Authent. de testib. §. oportet.* & Wurm-

Pp serus

ſerus *obſ.2.tit.de teſtam.* Quin etiam teſtamentum coram iudi-
20 ce factum vel actis iudicis inſinuatum † abſq; vllis teſtibus ratum eſſe habendum affirmant Fulgoſ. Caſtrenſ. & Iaſ. *in d.l.omnium.* & ait Couarru. communem eſſe concluſionem. *in rubric.de teſtam.part.2.n.2.* Socin.iun. *conſ.138.lib.1.* Boer. *deciſ.228.num 3.* Schurff. *conſ.77.cent.1.* Rationem reddunt Dd. quod in
21 iudicio ſemper præſumitur, multitudinem † hominum & teſtium eſſe, ne alii teſtes ſint neceſſarii. Fulg. & Caſtrenſ. *in d.l.omnium.* & copioſe Mynſing. *obſ.29.cent.6.* atqui hominibus in iudicio non præſentibus ſuperior concluſio de duobus teſtibus adhibendis probabilior & verior eſſe poteſt. *Nouell.de teſtib.§.oportet.* Bart. & Bald. *in d.l.omnium.* quia teſtamentum adhibitis teſtibus cõfirmationem recipit. *l.ſi quis ita.ff.de reb.dub. l.ſi quis.§ ſi ſuo.ff.de vulg.& pupil.l.heredes palam.ff.de teſtam.*

22 Quod ex eo clarius perſpicitur, ſi teſtamentum † extra iudicium vel extra acta iudicialia, corã iudice in alio loco conficiatur, tunc non minus numerum ſeptem teſtium ad confectionem teſtamenti deſiderari, quam ſi coram alio ſcribenti conteſtatio ordinetur. Alex. & Salyc. *in d.l.omnium.C.de teſtam.* Quod de duobus teſtibus dicitur, etiam locum habet, ſi teſtator ſibi ab herede ſuo promitti curat, vt legatario præſtet le-
23 gatum, ſufficit probatio duorum teſtium quia † legatũ tranſit in vim contractus. Cæpol. *caut.119.* ſecũdum Bart. *in l.nemo po-*
24 *teſt.in princ.ff.de legat.1.* Quia & in teſtamento contractus † fieri poſſe gloſſ. eſt recepta *in l.heredes palam.in fin.ff.de teſtam.* quam communiter Dd. ſequuntur. Iul. Clar. *q.75.* allegat Pariſ. *conſ.2.n.19.lib.3.* Rom. *conſ.171.* & hoc procedit, quando contractus qui celebratur in actu teſtamenti non eſt penitus extraneus ab ipſo teſtamento, atqui ſi penitus eſſet actus extraneus, in teſtamento celebrari nequit per dictos Dd. Alexand. *in l.1.§.qui præſens.num.21.ff.de verbor.oblig.*

Sin etiam quæſtio inciderit de voluntatis declaratione, vtpote quod teſtator aliquid dubie expreſſerit, vel tabellio o-
miſerit

miſerit ſcribendo, quod portio titulo inſtitutionis ſit relicta, vel quod teſtes ſint rogati, probatio & declaratio † duorum 25
teſtium admittitur. Bart. *in l. heredes palam. in verbo. §. ſi quid. in verbo, nihil. ff. de teſtam.* gl. à Bart. & Caſtrenſ. approbata *in l. cum proponebatur. in verb. coniectura. in fin. ff. de leg. 2.* Alex. *conſil. 54. vol. 3.* Bart. & Iaſ. *in l. 2, C. de bon. poſſ. ſecund. tabul.* Bellon. *conſ 97. nu. 5.* Corn. *conſ. 146. vol. 3.* & refert Mynſing. in Camera Imperiali ita iudicatum eſſe. *obſ. 98. cent. 4.* & iſta opinio Martini Gloſſatoris de probatione duorum teſtium eſt recepta, vt † etiam 26
teſtes, quæ per prolocutiones extra teſtamentum à teſtatore audiuerunt, illiuſq; voluntatem intellexerunt, probare poſſunt. Bald. *in l. vlt. nu. 8. C. famil. erciſc.* Bart. *in l. inter omnes. C. eod.* Zaſ. *conſ. 2. num. 8. part. 1.* Oldrad. *conſil. 292.* ſcribit, quod in huiuſmodi caſu certus numerus non ſit determinatus, & contemplatione iuris gentium duos teſtes ſufficere. Afflictus *deciſ. 14. num. 5.* inquit, quod per duos teſtes † probari poterit te- 27
ſtamentum nuncupatiue eſſe factum.

Quin etiam ſi teſtamentum ab initio in publicam formam fuerit redactum, & poſtea † perditum, cuius tenorem 28
duo teſtes ſciunt & probare poſſunt, recipitur illorum probatio, rataque habetur voluntas teſtatoris. Alexand. & Iaſon *in l. 2. num. 12. C. de bonor. poſſeſſ. ſecundum tabul.* Iaſon *conſil. 42. factum quæſtionis. volum. 1.* & ſcribit Bald. notabile eſſe *in l. ad teſtium. num. 5. C. de teſtibus.* Alciat. *in l. pactum quod, C. de pact.* Alexan. *conſil. 47. volum. 1.* Atqui quod de duobus teſtibus dictum eſt non habet locum, quando probanda eſt teſtamenti ſubſtantia, atque ſolennitas, ſeptem teſtes requiruntur ſecundum præfatos Doctores, & Mynſing. *in dicto loco.*

De numero Teſtium in Teſtamento ſecundum ius Canonicum adhibendo.

Titvlvs VI.

SVMMARIA.

1 *Iure canonico teſtamentum habetur ratum coram presbytero parochiali & duobus teſtibus conditum.*

2 *Legalitas presbyteri parochialis & præſentia duorum teſtium idoneorum cenſetur ſufficiens ad omnem falſitatem amouendam.*

3 *Paſtor parochialis poteſt præſentare iure canonico numerum duorum teſtium.*

4 *Paſtor principalis eccleſiæ quando non adhibetur, quatuor teſtes ſunt neceſſarii in teſtamento iure canonico.*

5 *Teſtamentum conditum ſecundum* cap. cum eſſes. *vbique locorum valere poteſt.*

6 *Omne verbum ſtat in ore duorum aut trium.*

7 *Ius ciuile quo ad numerum teſtium non eſt correctum.*

8 *Ius ciuile non attendit præſentiam presbyteri ſeu paſtoris principalis, nec probat plusquam alius teſtis.*

9 *Lex generaliter loquens etiam comprehendit perſonas priuilegiatas.*

10 *Presbyter ad teſtamentum iure ciuili adhibitus nihil plus præſtat quam alius legalis teſtis in teſtamento.*

11 *Teſtamentum ad pias cauſas factum ratum habetur, coram duobus legalibus teſtibus conditum, inter quos mulier eſſe nequit.*

12 *Legata debentur aliis ex teſtamento, in quo pia cauſa coram duobus teſtibus eſt inſtituta.*

13 *Herede pagano ſeu laico inſtituto coram duobus teſtibus teſtamentum non valet, an legata ad pias cauſas debeantur, diſcrepantes ſunt Dd. ſententiæ.*

14 *Hereditate ex teſtamento non adita legata legatariis non debentur.*

Solen-

SOlennitas numeri septem testium iure ciuili positiuo est introducta, vt veritas magis custodiatur, & falsitas euitetur, à quo numero ius canonicum recedit, cui magis cura est animarum, quam leges politicas intueri: ideoque intuitu iuris diuini testamentum ratum habet, coram presbytero parochiali & † duobus testibus conditum, iuxta illud *in ore duorum* 1
aut trium stat omne verbum. c. cum esses. c. relatum. de testamen. ibi interpretes, quorum nonnulli huiusmodi testamentum coram presbytero & duobus testibus factum, restringunt, quod tantum locum habeat, quo ad pias causas, alii diuersum sentiũt, quorum sententia est communior, quod testamentum in vtroque foro ecclesiastico & profano valeat, vtpote quando testamentum conficitur in terris ecclesiæ, vel in terris vbi principes vel ciuitas ab ecclesia temporalem iurisdictionem habet, firmum habetur testamentum coram parochiali presbytero & duobus testibus factum. *d. c. cum esses. & d. cap. relatum.* ibi Hostiensis, Butrigar. & Panormitan. *de testament.* Speculator *de instrumen. edition. §. compendiose. versicul. item per ius canonicum.* Alexand. *consil. 27. volum. 2.* Ruin. *consil. 13. num. 4. volum. 2.* copiose Tiraquell. *in tract. piæ causæ. priuileg. 1.* Corn. *consil. 168. num. 3.* dicit, communem esse conclusionem. & Couarru. *in d. c. cum esses.* secutus est VVurmser. *obseru. 1. tit. 39. de testamen.* Rationem reddunt præfati Dd. quod legalitas presbyteri, & præsentia duorum testium idoneorum, sufficiens censeatur 2
esse ad omnem falsitatem amouendam. Quia si fiat contestatio in causa profana pastorem principalem parochialem numerum duorum testium † præsentare, & supplere posse, scri- 3
bit Panorm. *in d. c. cum esses. num. 6. num. 12. num. 17. post veteres de testament.* & VVurmser. *in d. obseru. 1.*

Qua de causa si presbyter principalis, vel pastor ecclesiæ ad contestationem non adhibeatur, tunc † quatuor testes re- 4
quiruntur iure canonico, vt testamentum valeat. Speculator *tit. de instrumentor. edition. §. compendiose. versic per ius canonicum.*

quem sequitur Panorm. *in d. c. cum esses. num. 12.* Rom. *in auth. similiter. C. ad l. Falcid.* Euerhardus *in topic. in loco à ratione. num. 20. C. ad l. Falcid.* Ioan. Dilectus *tit. 2. caut. 2. de arte testand.* affirmat, communem esse opinionem, si presbyter parochialis nõ adsit, quatuor testes requiri. Alex. *consil. 105. num. 4. & cons. 17. vol. 3.* Dec. *cons. 284. num. 8.* Couarru. *in d. c. cum esses n. 13.* & secutus est Iulius Clar. *quæst. 57. vers. sed pone. in tract. de testament.* & conclu-
5 dunt Dd. testamentum secundum † *c. cum esses.* factum, vbique locorum valere posse. Corn. copiose *consil. 168. volum. 2.* Ioann. Dilect. *d. tit. 2.* & multis rationibus adductis. Hieron. Schurff. *consil. 58. centur. 3.* affirmat. Cuius iuris obseruantiæ locus magis esse potest, seu inueterata consuetudine tale ius canonicum sit receptum, vel si in illo loco ius ciuile non agnoscitur, iuri canonico respectu iuris diuini acquiescendum erit, scilicet,
6 quod in ore † duorum aut trium stat omne verbum, sub cuius prouisione sunt omnes nationes & populi orbis terrarum. A-
7 lias tamen ius ciuile, quo ad numerum † septem testium non est correctum, & seruatur in terris Imperii gloss. *in cap. cum esses. de testament.* Bald. *consilio 284. incipient. in libro Esdræ. volum. 3.* scribit, Innocent. quartum in publico consistorio, secundum ius ciuile pronunciasse, & Vigl. *in §. sed quum paulatim. Institut. de testament.* Iulius Clarus *quæst. 57.* Bertrand. *consil. 178. libro 6.* & Euerhard. *in Topicis in loco à ratione. num. 20.* concluduntque omnes, quo ad numerum testium nihil de iure ciuili esse mutatum. Quod etiam manifestum facit constitutio Imperatoris Maximiliani Anno 1512. Coloniæ promulgata.

8 Nec quicquam facit, quod de præsentia † presbyteri parochialis adducitur, id iure ciuili non habet consideratio-
9 nem: quia lex generaliter loquens † etiam comprehendit personas priuilegiatas, modo in causa, de qua agitur, non reperiatur, quod habeat priuilegium speciale, vt *in l. talis scriptura. ff. de legat. 1. l. in fraudem. §. 2. ff. de testament. milit.* idcirco pres-
10 bytero ad testamentum iure † ciuili adhibito, nihil plus alio

legali

legali teſte præſtat in numero teſtium, qui ſeptenarius numerus ſolennis eſt, & iure ciuili ad teſtamenti confectionem adhibendus. *l. heredes palam. ff. de teſtament. l. hac conſultiſſima. l. iubemus. C. eodem.*

Cæterum ſi teſtamentum ad pias cauſas conditur, ſolennitas iuris ciuilis de numero ſeptenario teſtium non attenditur, ſed intuitu pietatis, ſi heres pauper, vel alia pia cauſa inſtituitur † coram duobus teſtibus omni exceptione maioribus teſtamentum in vtroque foro, tam prophano quam eccleſiaſtico ratum habetur, ne tamen mulier adhibeatur, quæ non eſt idonea teſtis in teſtamento. Alex. *conſ. 177. vol. 2.* Pariſ. *conſ. 24. n. 13. vol...* Dd. *per d. c. relatum. & c. cum eſſes.* Bald. *conſ. 284. vol. 3.* Corn. *conſ. 31. & conſ. 168. vol. 2.* Bart. Bald. & Caſtrenſ. *in l. 1. C. de ſacroſ. eccleſ.* Ioan. Dilect. *tit. 2. caut. 2. de arte teſtand.* Alex. *conſil. 4. vol. 7.* eſt communis Dd. ſententia, & Tiraq *priuileg. 2. priuileg. 3. & priuileg. 5. in fin. in tract. piæ cauſa.* ibidem ſuo more diuerſas opiniones refert: Et hoc teſtamentum ad pias cauſas valet etiamſi heredis inſtitutio ſit prætermiſſa, voluit Bart. *in d. l. 1. C. de ſacroſ. eccleſ.* quem ſecutus eſt Tiraquel *priuileg. 15. in tr. de priuil. & priuileg. 3.* ibidem explicat, quod duo teſtes ad legata probanda piæ cauſæ donata ſufficiunt. 11

Quin etiam pia cauſa inſtituta coram duobus teſtibus, vt teſtamentum † valeat, non ſolum debentur legata piæ cauſæ, 12 ſed etiam paganis & aliis laicis prȩſtanda ſunt. Didac. Couar. *in c. relatum 1. num. 2. de teſtam.* Salyc. *in auth. caſſa & irrita. C. de ſacroſanct. eccleſ. q. 9.* Socin. *conſ. 5. vol. 2.* Alex. *conſ 177. viſo themate. vol. 2.* & Tiraq. *2. priuileg. in fin. de priuil. piæ cauſæ.* Ratio eſt, cum caput teſtamenti, vt eſt heredis inſtitutio, rata eſt habenda, merito & legata debentur.

E contrario vero, ſi teſtator coram duobus teſtib. heredem paganũ ſeu laicũ inſtituat, & legata piis cauſis † relinquat, o- 13 pinantur interpretes, quod legata nõ debeantur, cum caput teſtamẽti deficiat, propterea, & *c. cum eſſes. & c. relatum.* nõ eſſe

locum

locum. Salycet. *in d. auth. cassa.* Alexand. *consil. 177. viso themate. num. 6. volum. 2.* & Tiraquel. *priuil. 80. in fin. de priuileg. pia causa.* & Henning. Goden. *cons. 63. num. 8.* dicit, licet quo ad legatum piæ causæ duo testes sufficiant, *per dictum c. cum esses.* Bart. *in d. l. 1.* Tamen in eadem scriptura legata non valent, quæ relicta sunt non ad pias causas, ita Goden applicat. *arg. l. hac consultissima. § ex imperfecto. C. de testament.* ibi testamentum non valet, quo ad extraneos. Tiraquell. *d. priuil.* refert. Bart. *in d. l. 1.* diuersum sentire, qui ibidem videtur. *num. 81.* velle. ad pias causas legata deberi, etiam si hereditas non adeatur. & Alexand. ad longum. *consil. 4. volum. 7.* Iason *in l. eam quam. C. de fideicommiss.* Contrariam sententiam communem & veriorem esse refert,
14 *per d. § imperfecto.* Certe cum hereditas adiri † nequit, neque legata ex testamento, non adita hereditate debentur. *l. 2. C. si omissa sit causa. testament.*

De acquirenda Hereditate.

TITVLVS VII.

SVMMARIA.

1 *Successio omnis vel est ciuilis, vel est pratoria, hæc bonorum possessio, illa hereditas appellatur.*

2 *Hereditas iudicis aditionem non desiderat, sed hereditatem iure directo ex testamento acquirit heres.*

3 *Possessiones prætoriæ olim solenniter decernebantur: hodie sufficit simplex petitio.*

4 *Prætor non facit heredem, sed ex lege, vel ex Senatusconsulto constituitur heres.*

5 *Prætoriæ possessiones plenum ius non secus ac ius ciuile tribuūt heredibus.*

6 *Possessiones quæ ex interdicto*, quorum bonorum, *vel ex edicto diui Adriani dantur, sunt mutabiles, ideoque non tam magni præiu-*

præiudicii sunt, quam qui plenum ius heredibus tribuunt.

7 *Possessiones bonorum, quæ plenum ius tribuunt heredibus, hodie non sunt necessariæ.*

8 *Hodie omnes successiones habentur legitimæ & ex tribus capitibus debentur, vt sunt descendentes, ascendentes, & collaterales.*

9 *Filio cum aliqua causa præterito, iure prætorio danda est bonorum possessio contra tabulas.*

10 *Creditoribus ad spatium anni, proximis agnatis ad petendam bonorum possessionem tempus centum dierum statutum est.*

11 *Heredi, ex quo tempore potuit agere, incipit currere præscriptio, ignoranti & impedito non currit tempus petendæ bonorum possessionis, etiamsi centum anni effluxerint.*

12 *Hereditatis petitio iure ciuili currit scienti & ignoranti, & spatio 30. annorum finitur.*

13 *Petentem hereditatem ex testamento vel ab intestato probare oportet, quod hereditas ex testamento vel ab intestato sibi sit delata.*

14 *Successio ex testamento sibi primum locum vendicat, scilicet, testamento consistente, vt contra omnem actum contradictionis æquipotenter valeat.*

15 *Heres dubitans de viribus testamenti non potest ex illo hereditatem adire.*

16 *Heredi competit ius directo succedendi in locum defuncti.*

17 *Hereditatis petitio competit contra illos, qui pro herede vel pro possessore hereditatem possident, vel nullo habili titulo detinent.*

18 *Titulus pro herede non est titulus, sed quædam qualitas possidendi.*

19 *Titulum inualidum vel nullum habere, paria sunt.*

20 *Hereditatem ex testamento iure non facto possidens, petitione hereditatis tenetur, cum titulum habet inualidum.*

21 *Heres ex testamento iure non facto hereditatem non acquirit.*

22 *Ex testamento iure non facto qui possidet, potest esse bonæ fidei possessor, idcirco perceptos fructus non tenetur restituere.*

23 *Hereditatem ex inhabili vel improbato titulo emptionis, donationis seu legati quis possidet, dicitur pro herede vel pro possessore possidere, tenetur petitione hereditatis.*

24 *Pretia rerum hereditariarum possidens petitione hereditatis tenetur.*

25 *Singulari titulo, vtpote qui ad dominii translationem sufficit, si quis hereditatem pro emptore, pro dote, pro donato vel simili titulo possidet, titulum habet probabilem, nec tenetur petitione hereditatis.*

26 *Contra possidentem titulo, petitio hereditatis non habet locum.*

27 *Petitione hereditatis cessante rei vendicationi datur locus ex omni iusta causa, per quam quis probare poterit rem petitam ad sese pertinere.*

28 *Probare sufficit in rei vendicatione, quod suus author fuerit dominus.*

29 *Reus excipiendo potest suam probationem adducere & probare, & si ex probabili titulo possidet, melior est conditio possidentis.*

30 *Contendens testamentum iure non esse factum si succubuerit non prohibetur petere, quod sibi in testamento est relictum, modo de iure disputauerit.*

31 *Disputans de iure testamenti non impugnat voluntatem defuncti.*

32 *Agens ex vna causa male potest ex alia causa bene agere, quo casu iudex Reum absoluere potest, reseruato iure agendi petitori ex alia causa.*

33 *Per electionem iuris incompetentis non videtur quis renunciare iuri competenti.*

34 *Agens ex testamento si succubuerit potest hereditatem ab intestato petere.*

35 *Sciens testamentum non esse solenne, si quaedam legata soluerit, quaedam restant adhuc soluenda, in solutis sibi praeiudicauit, non in soluendis.*

36 *Testa-*

36 *Testamentum putans esse validum, si ante controuersiam motam legata soluerit, habet repetitionem eius, quod soluerit de suo, actionibus cessis petitori.*

37 *Renunciatio paternæ successionis non nocet filio vel filiæ, si ex noua causa ius illi superuenerit.*

38 *Mater si successioni paternæ renunciauerit & ante filium decesserit potest filius non iure repræsentationis, sed ex sua propria persona auo succedere.*

39 *Mater si ante patrem decesserit filius auo succedere nequit, renunciatio pacti vim habet.*

40 *Lucrum ex qua persona quis capit, eius factum etiam probare tenetur.*

SVccessio omnis vel est † ciuilis, vel est prætoria: hæc bonorum possessio, illa hereditas appellatur. *l. 1. & 2. ff. de petit. heredit.* Hereditas quæ ex testamento, vel ex lege iure ciuili defertur, nullam aditionem ad iudicem desiderat, sed † totum negotium in heredis voluntate situm est, agnoscendoque sibi hereditatem acqirere potest. *l. gerit. l. heres quandocunq. l. heres in omne. ff. de acquir. hered.* 1 2

Sed prætoriæ possessiones olim à prætore solenniter † decernebantur, erantq; decretales aut edictales, quæ in desuetudinem abiuerunt. gl. *in l. 1. ff. de bon. poss.* gl. *in l. 1. §. decretalis. ff. de success. edict.* gl. *in l. cũ furiosus. C. de curat. furios.* Et successit simplex petitio, quæ iudicialis appellatur, ad quam sufficit hodie vt per aditionem vel protestationem iudici innotescat, quod petens bonorum possessionem velit agnoscere. gl. Cyn. Bart. Bald. & Iason *in l. vlt. C. qui admitt. ad bonor. poss.* Qua agnitione prætor accepta, non facit petentem heredem, sed ex lege, vel ex senatusconsulto, vel † constitutione constituitur loco heredis. *§. quos. Institut. de bonor. possess. l. hereditas. l. in omnibus. ff. de verborum significat.* Et hoc illa ratione, quod olim lege duodecim tabularum, successiones angustissimis finibus erãt 3 4

inclusæ, ne succedere possint, quibus respectu iuris sanguinis vel æquitatis successio debebatur. Ius prætorium iuris ciuilis adiuuandi & supplendi gratia introductum est. *l. ius autem. ff. de iustit. & iure.* Vt ad successionem admitterentur, quos natura-
5 lis ratio vocat: vnde non minus † prætoriæ possessiones plenum ius tribuunt heredibus, quam ius ciuile. *l. 1. in verbo, vocantur. l. illud. l. non putauit. §. prætori. ff. de bonor. posseß. contra tabul. l. 1. ff. de bonor. poss.*

Quod diuersam causam habet in bonorum possessionibus, quæ ex interdicto, *quorum bonorum*, vel ex edicto diui Ha-
6 driani petentibus † heredibus dantur, quæ saltem commutabiliter conferuntur salua principali causa in iudicio petitorio. gloss. Bart. Bald Castrens. & Iason *in l. vlt. C. de edict. diui Adrian. toll.* Bart. & Bald. *in l... C. quor. bonor.*

Vnde intelligi potest, quod illę mutabiles possessiones non sunt tam magni præiudicii, cum in petitorio iudicio reformari queant. Quo euenit, vt heres, etiamsi de viribus testamenti dubitat immissionem in possessionem petere & obtinere possit. secus est in possessionibus plenum ius heredibus tribuentibus. Roman. *cons. 235. num. 7.* text *in dict. l. vlt.* ibi gloss. Bart. Bald. Castrens. & copiose Iason. *C. de edict. diui Adrian. & l. 1.* ibi Dd. *C. quor. bonor. l. 1. ff. eod.*

7 Cæterum possessiones prætoriæ † quæ plenum ius & æque stabile ac ius ciuile heredibus tribuunt, hodie non videntur esse necessariæ, vt sentit & Bald. *consil. 343. volum. 2.* quia iure
8 ciuili omnes successores habentur hodie legitimi, & ex † tribus capitibus succedunt, vti descendentes, ascendentes & collaterales, differentia patriæ potestatis sublata, *Authen. de heredib. ab intestato venientibus. collat. 9.* Cuius iuris obseruantia quo ad succedentes ab intestato ineuitabilis est, & de consuetudine obseruatur.

Atqui quo ad testamentarias successiones in casibus, bonorum possessiones plenum ius heredibus tribuentes sibi locum

cum

cum vendicare posse interpretes tradũt, veluti si filius emancipatus cum aliqua causa prætereatur, vt titulo institutionis ei nihil relinquatur, Dd. opinantur, quod contra tabulas iure prætorio illi † danda sit bonorum possessio. *l. 1. l. non putauit. ff. de bonor. poss. contra tab.* Bart. *in l. 1. ff. si quis à patre manum. fuer.* Bartol. *in authent. ex causa. Cod. de liber. præterit. l. si proponas.* ibi Bald. & Castrens. *ff. de inoffic. testament.* Bald. *consil. 11. volum. 1.* est communis conclusio. 9

Quin etiam ne creditores in suis actionibus diutius remorentur, liberis spatium † anni, & proximis agnatis, ad petendam bonorum possessionem tempus centum dierum statutum est. *§. cum igitur. & §. liberis. Institut. de bonor. possess. & l. 1. §. si intra. ff. de success. edicto.* & illud tempus heredibus est vtile & currit à morte testatoris, & à sententia heredis, vtpote à tempore, quo sciuerit heres sibi delatam esse hereditatem. *l. 2. ff. quis ordo in bonor. possess. ser. l. 2*, ibi & Dd. *C. qui admitt. ad bonorum poss.* Bald. & Castrens. *in l. licet. C. de iure delib.* 10

Qua de re, cum à tempore scientiæ, vel à quo heres agere potuit, incipit currere præscriptio, interpretes existimant, quod ignoranti vel impedito † tempus non currat, etiamsi centum anni effluxerint, clare Bald. *in d. l. licet.* Bald. *in rubric. C. qui admitt. ad bonor. possess.* Iason & Alexand. ibidem *in dict. l. 2.* Maranta *in repetit. l. is potest ff. de acquir. heredit.* Corn. *consil. 321. volum. 3.* 11

Vnde respectu ignorantiæ magis vtilis est successio prætoria, vtpote bonorum possessio & respectu scientiæ magis vtilis est ciuilis, vtpote hereditas, cuius præscriptio currit continue scienti & † ignoranti, & spatio 30. annorum finitur. *l. hereditas.* ibi Dd. *C. de petit. heredit.* Bart. Bald. Castrens. & Iason. *in l. posthumo. C. de bonor. poss. contra tab.* & Iason copiose *in l. bonorum. C. qui admit. ad bonor. poss.* 12

Porro in petitione hereditatis sciendum est, quod agentem † probare oportet sibi ex testamento, vel ab intestato 13

hereditatem esse delatam, & quod sit heres. *arg. l. 1. & 2. ff. de petit. hered.* Alexand. *cons. 82. volum. 1.* Bald. *cons. 457. volum. 3. l. prætor ait. §. docere. ff. de vi bonor. raptor. l. actor. C. de probat.* Alciatus *regul. 1. præsumpt. 18. in fin.* & heredi ex testamento existenti pri-
14 mus locus est succedendi, vtpote testamento secundum † regulas iuris cõfecto, testatoris voluntas ne in aliquo minui vel labefactari possit, sed vt consistens sit contra omnem actum contradictionis æquipotenter. Bald. *in l. quidam elogio. n. 11. C. de iure deliberan. l. optio. ff. qui & à quib. manum. l. si quæramus.* ibi gl. & Dd. *ff. de testam. l. hac cõsultissima. C. eod.* quia alio arguente vt he-
15 res de viribus testamenti dubitet, non † potest ex illo adire hereditatem. *l. cum falsum. in fin. & l. si is quem. ff. de acquir. hered.*

Cæterum quum nulla est controuersia & dubitatio de viribus testamenti, nemo ab intestato succedere potest, sed di-
16 recto † ius succedendi ex testamento in locum defuncti heredi competit. *l. quotiens. §. heres. l. hereditas sine. ff. de heredib. instit. l. quidam. §. nihil. ff. de eden. l. quandiu. ff. de acquir. hered.* Et per consequens cum heres sit dominus rerũ heditariarum, alios pos-
17 sessores ab hereditate remouet, qui pro † herede vel pro possessore possident, vel nullo habili titulo detinent hereditatẽ. *l. regulariter. l. licet. l. pro herede. l. nec vllam. ff. de petit. heredit.* Alex. *cons. 151. vol. 6.* Bald. *in l. hereditatem. C. ex quib. caus. cess. long. temp. præscrip.* ibi scribit quod titulus pro herede, non sit titulus, sed
18 quædam † qualitas possidendi. Etenim paria sunt titulum in-
19 ualidum † habere, vel nullum habere. *l. quotiens. ff. qui satisd. cog. arg. l. nec illam. §. in omnib.* ibi notat Bart. *§. si quis sciuerit. ff. de acquir. hered. l. qui nondum certus. ff. de hered. vel act. vend. l. 4. ff. de re iud.* Cuiusmodi est & titulus illius, qui ex testamento iure non
20 facto hereditatem † possidet. *l. si possessor. l. si pro herede.* ibi gloss. & Dd. gl. & Bart. *in l. legitimam. ff. de acquir. hered.* & facit text. *in*
21 *l. si is quem.* habens, si heres in testamento † non iusto scriptus est, prolatis tabulis, cum iustum esse putaret, quamuis omnia pro domino administrauit ex testamento hereditatem non acqui-

acquirit.*l.ſed etſi.* ibi gloſ.& Bart.*ff.d.tit.*& per conſequens proximo agnato à poſſeſſore reuocante hereditatem, non dicitur prædo, qui ex teſtamento iure non facto poſſederit hereditatem, ideoque quantum † ad perceptionem fructuum at- 22
tinet, cum mala fides abſit, habetur pro poſſeſſore bonę fidei. Bart.*l.ſed & ſi.§.ſcire.* ibidem Coſtal.*in addit.ff.de acquir.hered.*

Sin etiam quis ſciens alienam hereditatem modico pretio comparauit, vel etiam inhabili ſeu improbato titulo emptionis, donationis † ſeu legati poſſidet, dicitur pro herede & pro 23
poſſeſſore poſſidere, & tenetur petitione hereditatis. *l.nec vllam.§.omnib.* ibi gl. & Bart. *& §.ſi quis ſciens.ff.de petit.hered.* & gl. *in l.regulariter eod.l.hereditatem.C.quib.ex cauſ.ceſſ. long.temp.præſcriptio.* ibi Bart. & Bald.*& l.2.* ibi gloſſ.& Bart. *C.de petit.hered.l.qui nondum.C.de hered.vel act.vend.*

Simili modo, qui pretia † rerum hereditariarum poſſidet, 24
item qui à debitore hereditario debitum exegit, nec refert, an ex cōtractu vel delicto debitor fuerit, hereditatis petitione tenetur, textus expreſſus *l.quod ſi in diem.& l.ſed vtrum.& l.nec vllam.in fin.ff.de petit.hered.*

Quod tamen diuerſam cauſam habet in rebus ſingularibus, quando quis illas ex titulo † ad dominii translationem 25
ſufficienti acquiſierit & poſſederit, pro emptore, pro dote, vel donato vel ſimili habili titulo, petitio hereditatis contra talē poſſeſſorem ceſſat.*l.hereditatis.* ibi Bart.& Bald.*C.de petit.hered.& l.regulariter.ff.eod.* Bart.*in l.1.ff.quor.bonor.* Alex.*conſ.184.nu.9.vol.5.*& hoc eſt quod dici ſolet, quod † contra titulo poſſiden- 26
tem non detur petitio hereditatis.*l.cogi. C. de petit. hered. l.ſi defenſor.§.interrogatus.ff.de interrog.act.*& notat Bald.rationem, quod poſſeſſor ex ſingulari titulo nō ſit aduerſarius heredis vniuerſalis, ideoq; titulus ſingularis poſſeſſoris nō eneruatur, per quē ſingularis poſſeſſor tuetur in ſua poſſeſſione. Bald.*conſ.184.n.9.vol.5.*& hoc quo ad amouendā petitionē hereditatis. Cæterū ceſſante † petitione hereditatis rei vendicationi datur locus 27
exo-

ex omni iusta causa, per quam quis se dominũ esse rei petitæ probare poterit, vel etiã probare q suus autor fuerit dominus rei petitæ. gl. & Dd. *in l. cũ res. C. de probat.* Bart. *in l. rem quæ nobis.*
28 *C. de pig. act. l. 3. ff. de vsur.* Quod & procedere posse videtur modo probetur res petitas in defuncti hereditate fuisse & mansisse. *l. & non tantum.* ibi gloss. *ff. de petit. heredit. d. l. hereditatis.* ibi gloss. Bart. & Bald. *C. eod.* Bald. *in l. hereditatem. Cod. ex quib. caus. long. tempor. præscript.* Zas. *in §. actionum. tit. de act.* Couarru. *c. 12. in tract. practicar. obseruat.* E contrario & Reo excipiendo per-
29 mittitur suam probationem adducere, quæ si nititur habili & probabili † titulo, possidentis conditio melior iudicari potest, quia in re pari causa possidentis melior est. *l. militis. §. veteranus. ff. de testam. milit. l. in pari. & l. cum par. ff. de reg. iur.*

Quin etiam Reus si ab initio obiecerit, testamentum non
30 esse iure factum, & in solennitate deficere, sibi debere hereditatem † ab intestato, & postea pro testamento iudicatum est, non prohibetur ad competentem viam redire & petere, quod sibi in testamento relictum est: sed hoc ita, ne contenderit & disputauerit contra voluntatem defuncti, sed testamentum iure non esse factum Bald. *consil. 457. incipient. quod habeat. volum. 3. per l. habebit. ff. de institut. act. l. Clodius. ff. de acquir. he-*
31 *redit.* Bart. *in l. 1. in fin. ff. si quis à patre manumiss. fuer.* Et ista disputatio de iure † non impugnat voluntatem defuncti, ideoque non obest disputanti. textus *in l. post legatum.* ibi gloss. & Bartol. *in l. penul. ff. de his quib. vt indign. l. quæsitum. ff. de acquir. heredit.* & explicat eleganter Euerhard. in loco ab effectu, quæ semel requiruntur in fine scribens, quando appareat ex vna causa
32 male actum esse, & ex alia causa bene agi posse, quod tunc iudex Reum absoluere debet, reseruando † in sententia parti ius agendi ex alia causa competens. *l. Bebius. ff. de pact. dotalib. l. legitimam. l. nec is. l. Clodius. ff. de acquir. heredit.* Bald. *in auth. sed si quis. C. de secund. nupt.*

Ratio esse potest, quod per electionem iuris incompeten-

tis

tis non videtur quis renunciare † iuri competenti. Raphael. 33
Cuman.*consil.95.num.2*.Bald. Castrens.*in dict.l.nec is.* & Dd.*in l. mater decedens*.ibi Dd.*ff.de inoffic.testam.* Quo euenit, si agenti ius ab intestato competit † succedendi, & legato accepto 34
succubuerit, potest vt proximus heres ab intestato hereditatem petere. textus notabilis *in l.mater decedens*.ibi Bartol. Bald. *l.nihil interest.§.cum filius.ff.de inoff.testam.* facit *l.nec is. §.2.ff. de acquir.heredit.l.postquam,l.sequenti.ff.de petit.hered.*

Similiter sciens testamentum non esse solenne, si quædam legata † soluerit, & quædam restant adhuc soluenda, & testa- 35
mentum imperfectũ iudicatur, in solutis sibi præiudicauit, & non in soluendis. scribit Iason *in l.inutiliter.n.9. C.de fideicom.* & gloss. notabilis *in l.non dubium*.ibi Bart. Bald. & Castrens. gloss. sequitur etiam Iason *Cod.de testament.* & secutus Iulius Clarus *quæst.90.de testam.*

Quin etiam si soluens ante motam controuersiam, putans testamentum esse † validum legata soluerit, potest in eo, quod 36
de suo soluerit ex retentione rerum hereditariarum sibi satisfacere, & actiones petitori cedere, vt illas suo periculo exerceat, textus *in l.quod si possesso. ff.de petit.heredit.*

Estque etiam sciendum, in petitione hereditatis iuri, cui renunciatum est, ex noua † superuenienti causa sibi posse lo- 37
cum facere, nimirum si filia toti paternæ successioni iuramento renunciauerit & postea frater fati munus impleuerit, filia non obstante iuramento fratri ab intestato vel etiam ex testamento succedere potest, *per l.superstitis. §.si sub conditione. ff.de heredibus instit.l.1.§.decretalis.ff.de success.edict.l.si ita scriptum §.sub conditione.ff. de legat.2.* & perspicue Iason *in l.Paulus.§.idem respondit.ff. de acquired. heredit.* Guido Pap. eleganter *decisione 231.*

Quin etiam nepoti non obstat iuramentum matris, si illa ante patrem decesserit, quin nepos † auo succedere possit, 38
non vero ex persona matris iure repræsentationis, sed ex sua

persona ita enodat & declarat. Bald. *in l. vlt. nu. 16. vers. sed quid C. de pact.* Bart. *in d. l. superstitis* Cui alii subscribunt. *ff. de acquir. heredit. l. si patronus. §. vlt. ff. de bonis libert. l. si quis filio ff. de iniusto testament.* Guid. Pap. *decis. 228.* Henning. Goden *cons. 97* dicit communem esse sententiam. Schurff. *consil. 74. centur. 2.* Ratio esse potest, quod mater censetur renunciasse paternæ successioni, si ad se fuerit deuoluta, ideoque matre è medio sublata nepos in primum locum intret. *l. posthumorum. ff. de lib. & posthum. l. si quis filium. C. de inoffic. testam. l. pater filium. ff. eodem.* diserte Iason *in l. pactum quod dotale. C. de collat.* Roland. à Valle *consil. 11. lib. 1.* Corn. *consil. 158. volum. 4.* Gozad. *consil. 75. num. 11. per d. l. superstites.* Secus est, si filia post patrem decesserit, nepos à suc-
39 cessione † aui remouetur, quia renunciatio vim pacti habet. Bald. *in d. l. vlt. num. 16.* Guid. Pap. *dict. decis. 228.* Alexander & Iason *in d. l. pactum quod dotale. C. de collat.* Corn. *cons. 158. volum. 4.* Alexand. *consil. 149. num. 7. volum. 7.* & Gozadin. *dict. consil. 11.* Vtique matris renunciatio & acceptatio præiudicat liberis ne contra ipsius factum venire possint. Oldrad. *consil. 40. in fin.* copiose Alexad. *consil. 29. in fin. volum. 3.* ait communem esse opinionem. Bart. *in l. 1. §. filium. ff de bonor. possess. contra tab.* Roland. *d. consil. 11.* & vendicat sibi regula locum, ex qua persona quis lucrum capit, eius † factum, quoque probare tenetur. *l. ex qua persona. ff. de regul. iuris.*

De adeunda & transferenda Hereditate.

Titvlvs VIII.

SVMMARIA.

1 *Heredibus ad adeundam hereditatem statutum est tempus deliberandi vnius anni, postea excluduntur.*

2 *Iudex potest tempus deliberandi ex causa vsque ad centum dies abbreuiare.*

3 *Adire*

3 *Adire vel repudiare dicuntur extranei heredes, sui autem immiscere.*

4 *Sui liberi censentur semper immisti, nisi abstineant quod prætor eis permittit.*

5 *Aditio hereditatis ab extraneis duplici modo fieri potest, aut facto pro herede gerendo, aut nuda voluntate verbis declarata.*

6 *Facto pro herede se quis gerit, qui prædia hereditaria colit, quiue pecuniam ex voluntate defuncti acceperit.*

7 *Nuda voluntate hereditatem adire magis est animi quam facti.*

8 *Adeundo licet quis dicatur heres: tamen possessor non dicitur, nisi realiter naturalem possessionem apprehendat, quo casu possessio magis est facti, quam iuris.*

9 *Non sufficit dicere,* ego sum heres, adii hereditatem, *sed & apprehensione opus est.*

10 *Liberi patre adhuc viuente existimantur quodammodo esse domini, & per consequens se immiscuisse hereditati censentur.*

11 *Liberi quando se abstinuerint, creditoribus instantibus probatio incumbit tanquam fundamentum suæ petitionis.*

12 *Extranei hereditatem non aditam non transmittunt.*

13 *Ignorans sibi hereditatem esse delatam si decesserit non transmitit.*

14 *Absurdum est, si quis heredem facere velit in bonis alterius, cui ipse non successerit.*

15 *Minor ætas in integrum restituitur.*

16 *Liberi hereditatem non aditam ad quoscunque transmittunt.*

17 *In legatis, quæ nobis ignorantib. obueniũt, transmissio locum habet.*

18 *Petitioni hereditatis præscribitur spatio 30. annorum.*

19 *Adire hereditatem est ius & non facultas facti.*

20 *Liberi ad successionem parentum magnum habent fauorem.*

21 *Liberis definite non obstat præscriptio triginta annorum, quo tempore exclusi, possunt ex capite* vnde legitimi *intra alios 30. annos adhuc hereditatem adire.*

22 *Iuri adeundi vel immiscendi quo ad liberos in effectu non præscribitur spatio triginta annorum.*

23 *Filius si intra 30. annos ex testamento nō adierit hereditatem, potest ab intestato intra alios 30. annos hereditatem adire.*

24 *Filius primis 30. annis exclusus intra alios 30. annos potest adire hereditatem, si alii liberi heredes non extant, vel descendentes non sunt.*

25 *Liberis aliis existentibus vel descendentibus, exclusus manet exclusus, neque ex capite* vnde legitimi. *neq; ex capite* vnde cognati. *admittitur.*

26 *Filius si scit mortem parentis & sibi hereditatem esse delatam & patitur quod fratres vel illorum heredes bona hereditaria quiete 30. annos possideant, potest præsumi, patientem possessoribus hereditatem concessisse vel repudiasse.*

27 *Hereditas quolibet iudicio voluntatis repudiari potest.*

28 *Renunciare iuri suo quis tacendo potest.*

29 *Hereditatem antequam alius adiit præscribens non censetur esse in mala fide.*

30 *Ius acquirendum facilius tollitur quam ius acquisitum.*

31 *Hereditatem sine causa aliquis repudiare potest.*

HEreditate siue ex testamento siue ab intestato delata, he-
1 redibus † tempus deliberandi anni vtilis à lege datum est, intra quod tempus deliberare possunt, an adire vel repudiare velint hereditatem: quo tempore effluxo postea excluduntur & aditione prætermissa, ius succedendi in herdees nō transferunt. text. *in l. cum antiquioribus.* cum gloss. ibid. Bartol. Alexand. & Salycet. *C. de iure deliberand.* & illud tempus si ex aliqua causa à iudice est breuiandum, abbreuiationem ad
2 spatium † centum dierum saltem esse extendendam, scribunt Christoph. Porc. & Platea *§. vlt. Instit. de hered. qualit. & differ.* Adire vel repudiare hereditatem dicuntur proprie † extranei heredes, liberi autem sui dicuntur se immiscere vel abstinere, & sui censentur semper immissi, nisi abstineant. gloss. & communiter Dd. *in d. l. cum in antiquioribus.* & Platea *in d. §. vlt.*
3 & ab isto honore non eximuntur † nisi velint abstinere, quod

præ-

prætor eis permittit. *§. ſed ſui. Inſtit. de hered. qualit. & differ.* 4
Ab extraneis aditio hereditatis duplici † modo fieri po-
teſt, aut facto pro herede gerẽdo aut nuda volũtate verbis de- 5
clarata: facto pro herede gerit, qui facit, quod à defuncto vi-
uente in rebus ſuis gereretur, vtpote actum agit qui † poteſt 6
fieri citra ius & nomen heredis, prædia hereditaria locat vel
colit, vel ſimile aliquid agit, cenſetur hereditatem adire & eſ-
ſe heredem. *d. §. vlt. & l. pro herede.* ibi clare ſcribit Bart. *ff. de ac-
quir. hered.* ibidem *in §. Papinianus.* habetur, ſi heres ex volunta-
te defuncti pecuniam acceperit, quod pro herede gerere di-
catur, ibi notat Bart. & Platea *in d. §. vlt.*

Quando vero heres nuda voluntate verbis † declarata he- 7
reditatem adiit, magis animi quam facti eſt aditio, text. *in d.
l. pro herede. & d. §. vlt. l. 2. ff. de interrogat. actionib. l. auia. C. de iure
deliberand.* Qua ratione licet adeundo quis efficiatur heres,
dominiumque rerum hereditariarum conſequatur, poſſide-
re tamen † non dicitur, niſi naturalem poſſeſſionem appre- 8
hendat, etiamſi ſuus ſit heres: & hoc caſu magis poſſeſſio
eſt facti quam iuris *l. cum heres. l. 1. §. veteres. ff. de acquir. poſſeſſ.* ibi
Bart. Alexand. & Iaſon *& in l. 3.* ibi & Zaſius *num. 27. d. tit.* Bald.
& Iaſon *in l. 1. §. neque num. 48. d. titul.* Bald. perſpicue *conſil. 437.
volum. 3.* Gozadin. *conſ. 67.* & text. *in l. de eo. §. heres ff. ad exhibend.*
& ſecutus eſt Gayl. *obſeruat. 129 lib. 2. practicar. obſeru.* Vnde non
ſufficit dicere, *ego † ſum heres, adii hereditatem.* ſed apprehen- 9
ſione opus eſt, qua acquiſita continuatio dominii poſt mor-
tem defuncti, res hereditarias in heredem directo transfert. *l.
quoties. §. heredes. l. heres in omne. l. hereditas. ff. de heredib. inſtituend.
l. vlt.* ibi gloſſ. & Dd. *C. qui admitt. ad bonor. poſſeſſ. & auth. de here-
dib. ab inteſtat. venientib. collat. 9.*

Cæterum, quod dictum eſt, liberorum eſſe ſe immiſcere,
extraneorum adire, habet rationem, quod viuo patre quo-
dammodo liberi exiſtimantur domini, & ita † per continua- 10
tionem temporis ſe immiſcuiſſe cenſentur. *d. §. ſed ſui. Inſtit. de*

hered.qualit. & different. & dict. l. cum in antiquioribus. ibi gloss. & Dd. sed illa ratio cessat, quando liberi se abstinuerint, vnde
11 si negant † se immiscuisse, creditoribus instantibus probatio incumbit, tanquam fundamentum petitionis suæ. *l. asseueratio. C. de non num. pecun. l. actor. C. de probationibus.* & Gail. *obseruat. 128. lib. 2. pract. obseru.*

12 Est & deinde † alia causa suorum, alia causa extraneorum, quia hi hereditatem non aditam non transmittunt. *l. vn. §. in nouissimo. C. de caducis tollend. l. cum in antiquioribus. C. de iure deliberand.* Corn. *cons. 55. num. 32.* ibi scribit, quod soror fratris hereditatem non aditam non transmittit. Bald. *consil. 464. volum. 5.*
13 & facit textus *in l. quoniam sororem.* ibi habetur, si quis † decesserit ignorans sibi hereditatem esse delatam non transmittit & notat Bald. & Salycet. *C. de iure deliber. & dict. tit. in l. infanti.* scribit absurdum fore, quod quis mortuus, in bonis alterius
14 quem heredem facere velit, cui ipse † non successerit, & Ias. *in d. l. infanti.* Bald. *d. cons. 464. volum. 2.* & Bald. *cons. 88. vol. 5.* ait,
15 quod propter minorem ætatem † restitutio in integrum conceditur. Corn. *cons. 55. num. 33. volum. 2.* Bald. *cons. 414. vol. 4.* Bart. *in l. si duos. ff. de reb. dub.*

Quod aliam causam habet in liberis, in quibus respectu sui-
16 tatis fingitur, quod hereditas sit adita, † idcirco liberi hereditatem ad quoscunque transmittunt, *d. §. in nouissimo.* ibi Bart. & Bald. not. Alex. *cons. 20. volum. 1. l. vnic.* ibi Bart. & Bald. *C. de his qui ante apert. tabul. trans. l. apud hostes.* ibi gloss. *C. de suis & legit. hered.* Bald. *d. consil. 464. volum. 2.* Item ius dicendi nullum, ex potentia suitatis nondum agnitum ad liberos transmittitur Iason *in l. si à primo. ff. de liber. præter. per l. vxor abortu. C. de posth. hered. instit.*

Quin etiam hereditate non adita, in legatis, quæ nobis i-
17 gnorantibus † acquiruntur, transmissio sibi locum vendicat. Bart. *cons. 12. incip. si quis. libr. 1. per l. seruum filii. §. si quis. ff. de leg. 1.* Castrens. *in l. mater. num. 4. in verb. fideicommissi. ff. de vulg. & pupillar.*

pillar. Bald. *in l. quemadmodum. in fin. C. de inoff. testam.* & Ang. de Periglis *q. 9. in tract. de suitate.*

Est etiam sciendum, quod ad petendam † hereditatem tempus 30. annorum statutum sit, quo tempore elapso iuri adeundi & petendi hereditatem præscribitur, secundũ communiorem opinionem. Bald. *in l. vnic. C. quand. non petent. part. petent.* gl. Bart. & Castrens. *in l. licet. C. de iur. delib.* Alex. *in l. quam diu. ff. de acquir. hered.* dicit communem esse opinionẽ. Philip. Port. *lib. 3. conclus. 3. in tr. com. opin.* Balb. *in 4. part. princip. q. 19. nu. 4.* Ratio est, quod † hereditatem petendi & adeundi est ius, & non est facultas facti, & istam sententiam secuti sunt Assessores in Camera Imperiali, attestante Myns. *obs. 71. cent. 2.* 18 19

Atqui magnum habent fauorem liberi ad † successionem parentum, quo fit, vt præscriptio triginta annorum non definite illis obstat, quin triginta annis elapsis si se non immiscuerint vel non adierint hereditatem ex alio capite † *vnde legitimi*, intra alios triginta annos se adhuc immiscere, vel hereditatem adire possint, & ita iuri immiscendi vel adeundi in effectu, quo † ad liberos non præscribitur spatio triginta annorum. Bald. Ang. Castrens. & Iason *in l. licet. C. de iure delib.* Iason *in l. 1. nu. 23. Cod. qui admitt. ad bonor. poss.* Alex. *cons. 89. viso puncto. volum. 1.* ibi refert, quando intra 30. annos ex testamento non adierit † filius, quod ab intestato intra alios triginta annos adire potest, probatur *per l. 1. §. sciendum. ff. de success. edict. & l. penult. in fin. ff. ord. bonor. possess. seruatur.* & conueniunt in hoc omnes interpretes. Balb. *in 4. part. principal. quæst. 19. in tractat. de præscript.* Baptista à Villalobos *in verbo heredit. in tract. com. opin.* & Port. *conclus. 35. d. lib. 3.* & est communis Dd. conclusio. Gozadin. *cons. 56. n. 5.* 20 21 22 23

Ex qua opinione ne insulsa & inepta interpretatio eliciatur sciendum est, tunc illam sibi locum vendicare, quando liberi alii heredes † non extant, vel descendentes 24

non

non sunt quam is, qui tempore 30. annorum est exclusus, potest exclusus tanquam proximus heres ex capite, *vnde legitimi*, intra 30. annos, vt dictum est, vel adhuc etiam intra alios 30. annos, ex capite, *vnde cognati*, sibi ipsi succedere, ita se habet textus *in l. 1. §. videndum. ff. de success. edict.* & aduertit Iason, & explicat legaliter Gozadin. *consil 56. num. 6. & consil. 80.* & secutus est Baptista à Villalobos *in tractat. comm. opinion. in verbo, hereditatis.*

Sin vero alii descendentes & liberi sunt superstites, tunc
25 iuri † immiscēdi vel adeundi, neq; ex cap. 2. *vnde legitimi.* neq; ex cap. 3. *vnde cognati*, est locus, sed tantum ex cap. *vnde liberi*, quo tempore effluxo exclusus manet exclusus. Gozadin. *dict. consil. 56.* Ang. *in d. l. licet*, Portius *d. conclus. 35.* probat, quod spatio 30. annorum semel exclusus non possit ad alia capita redire. Idem iuris est in illo, qui successioni renunciauerit, à qua cum semel remotus fuerit regressui non datur locus, clare Iason & Castrens. *in d. l. 1. ff. de successor. edicto. & arg. l. 2. in fin. Cod. de infant. exposit.*

Qua de causa si filius vel filia sciuit mortem parentis, & si-
26 bi hereditatem † esse delatam, & patitur, quod fratres & eorundem heredes, bona hereditaria 30. annos quiete possideant, satis præsumi potest, patientem hereditatem possidentibus concessisse, vel repudiasse, consuluit Raphael Cuman. *consil. 29 per l. recusare. ff. de acquir. hered.* ibi textus apertus, quod
27 quolibet † indicio voluntatis, repudiatio hereditatis fieri potest, & arg. *l. 2. ff. pro derelicto. & l. qui aliena. §. sed si non adierit. ff. de acquir. heredit.* Vtique scientibus heredibus tale ius filio vel filiæ patienti competere, nec notificentur, vel certiorentur, quod filius vel filia velit se immiscere, vel adire hereditatem, tunc propter illud dubium, de aditione vel repudiatione, non dicuntur in mala fide possidentes esse, *argum. dict. l. 2. ff. pro*
28 *derelict. & l. Procula. ff. de probat.* quod quis tacendo iuri † suo renunciare potest. *l. facta. §. si quis. ff. ad Trebell.* gloss, *in l. nihil interest. ff.*

est.ff.de inoff.testam. & in terminis Roland. à Val. *cons.21.num.56.num.57.volum.2* Dec. *cons.554.* Bald. copiose *consil.393.volum.2.* & Franciscus Balbus *5.part.quæst.3.in tract.de præscript.* quia antequam † alius adiit hereditatem, non censetur præscribens 29
esse in mala fide Socin. *cons.63.collat.3.* Et ita ab Assessoribus in Camera Imperiali obseruari testatur Mynsing. *obser.6.cent.4.* certe ius quærendum facilius tollitur, quam † ius acquisitum 30
l.non amplius in princ.ff.de leg.1. Bald. *cons.12.n.7.volum.1.* scribit, quando iuri acquirendi præscribitur, quod ne quidem requiratur bona fides & ita concluditur, quod iuri immiscendi vel adeundi spatio 30. annorum præscribatur. Roland. à Valle *d.cons.21.* Socin iun. *consil.145.num.7.volum.1.* Bald. *dict.cons.393.* & Mynsing. *obseru.71.cent.2.* & sic hereditatem † sine causa quis 31
repudiare videtur. *l.quia poterat.in verb.sufficit.ff.ad Trebell.* Baldus *consil.144.volum.2.*

De Legato particulari, non adita hereditate, acquirendo & transferendo.

Titvlvs IX.

Svmmaria.

1 *Legatum est donatio quædam à defuncto relicta, ab herede præstanda.*

2 *Legatum potest nutu vel epistola, seu qualibet vltima voluntate relinqui, modo quinque testes adfuerint.*

3 *Legata ex codicillis præstanda sunt, siue codicilli ante vel post testamentum facti sunt.*

4 *Legata ante testamentum in codicillis data, si clausula reuocans in testamento postea facta, non sit adiecta, firma permanent.*

5 *Præsumitur quod prior voluntas duret.*

6 *Testator non præsumitur, quod à priore voluntate recesserit, nisi manifestauerit.*

7 *Legata debentur, si ex testamento hereditas adeatur.*

8 *Legata cum testamento corruunt, nisi ab intestato fuerint repetita.*

9 *Legatariis competunt tria remedia ad consequenda legata, actio personalis, actio in rem, & hypothecaria.*

10 *Legati dominium statim testatore mortuo absque facto hominis in legatarium transit.*

11 *Heres testamentarius, cui & successio ab intestato competit, legata tenetur soluere etiamsi non adeat ex testamento hereditatem.*

12 *Legata ab intestato repetita debentur, etiamsi non adeatur hereditas.*

13 *Testator disponere potest, vt hereditate non adita legata debeantur.*

14 *Legatarius non incidit in interdictum prætoris, quando vtitur facultate, quam testator illi concesserit.*

15 *Legatarius ex concessione testatoris potest propria authoritate legatum acquirere.*

16 *Errore circa heredis institutionem commisso, nihilominus legata debentur, etsi ex testamento hereditas non adeatur.*

17 *Legata debentur, licet ex causa exheredationis vel præteritionis testamentum irritum fiat.*

18 *Testamento ex causa exhereditationis vel præteritionis irrito facto, præteritus quasi ab intestato succedit.*

19 *Liberi vel posthumi secundum consilium Galli & legis Vell. instituendi sunt, ne rumpant testamentum.*

20 *Posthumum omnem instituere expedit.*

21 *Posthumo in singulari numero instituto, si plures nascuntur, omnes instituti censentur.*

22 *Verba in institutionibus singulariter prolata ad pluralitatem trahuntur.*

23 *Liberis existentibus testamentum ab initio dicitur nullum.*

24 *Liberis nascituris ab initio consistit testamentum, sed adagnascendo post-*

do posthumorum rumpitur.

23 *Liberis præteritis testamentum ab initio non valet.*

24 *Liberis nascituris præteritis testamentum ab initio valet, sed adagnatione posthumorum rumpitur.*

25 *Posthumus si viuo testatore decesserit de æquitate iuris prætorii reconualescit.*

26 *Testamentum reconualescit, si instituti sunt qui testatori ab intestato succedere possunt.*

27 *Instituti extranei, testamentum non reconualescit, nisi noua declaratio testatoris accesserit.*

28 *Testamentum licet de rigore iuris ciuilis viribus destituatur: tamen legata particularia hodie ex voluntate testatoris vires retinent.*

29 *Legata nuda voluntate conseruantur & adimuntur.*

30 *Filius præteritus si testatori superuixerit, & intra 30. annos contra testamentum patris quæstionem non mouerit, sed tacet, postea excluditur.*

31 *Filius præteritus si intra 30. annos testamentum non dixerit nullum, testamentum confirmatur.*

32 *Testamentum de æquitate prætoria confirmatur, siue venientes ab intestato, siue alii instituti sint, posthabita scrupulositate iuris ciuilis.*

33 *Legata hodie debentur etiamsi filius vel posthumus scienter à testatore sit præteritus.*

34 *Legata ex testamento debentur, licet testator nomina heredum cancellauerit.*

35 *Legata ad pias causas debentur, etsi ex testamento hereditas non adeatur.*

36 *Legata ad pias causas hereditate ex testamento non adita non debentur, secundum communem opinionem.*

37 *Legata ad pias causas non debentur, si laicus coram duobus aut tribus testibus instituitur.*

38 *Legatũ dilectæ personæ sine aditione hereditatis debetur legatario.*

39 *Legatum virgini relictum, ne nubat, postea nuptiis contractis æque legatum consequi poteſt.*

40 *Legatum vxori relictum ne nubat, ſi poſtea nuptias contraxerit, legatum amittit.*

41 *Legatum virgini relictum, ſi nupſerit & moritur, prius quam nuptias contraxerit, legatum extinguitur.*

42 *Legata poſt æris alieni ſolutionem ſunt ſoluenda.*

43 *Dominium rei legatæ mortuo teſtatore directa via in legatarium tranſit.*

44 *Legati dies cedere incipit ſtatim teſtatore mortuo.*

45 *Legati dies ſtatim teſtatore mortuo cedit, ſiue purum, ſiue in diem certum, legatum ſit relictum.*

46 *Fideicommiſſum vniuerſale primo cedit, ab adita hereditate.*

47 *Vſusfructus dies cedit ab adita hereditate.*

48 *Legato relicto quando legatarius ad certam vel legitimam ætatem peruenerit, & legatarius moritur ante aduentum ætatis, legatum tranſmittit.*

49 *Legatarius vſusfructuarius ſi moritur, antequam moritur vſusfructuarius, tranſmiſſioni locus eſt.*

50 *Legatarius ſi moritur ante tempus ſolutionis, legatum tranſmittitur.*

51 *Legatum ſub conditione vel ſub die incerto relictum, ſi legatarius deceſſerit antequam conditio extiterit, legatum non tranſmittitur.*

1 LEgatum eſt † donatio quædã à defuncto relicta, ab herede pſtanda, per quã hereditas, quę in vniuerſum heredis foret, delibatur & diminuitur. *l. legatum. ff. de legat. 2. l. legatum. ff. de legat. 1. & Inſtit. eod.* Poteſt autem legatum ſeu fideicommiſſum particulare in teſtamento, vel ab inteſtato in codicillis ſeu
2 qualibet † vltima voluntate, nutu vel epiſtola relinqui, iure ciuili modo quinque teſtes adfuerint. *l. nutu.* ibi gloſſ. & Bart. *ff. de legat. 3. & l. in epiſtola. C. de fideicommiſſ. l. eam quam.* ibi gloſſ. Bart.

Bart. Bald. Salyc. & Ias. *C. de fideicomm. l. cum proponebatur. in fin.* Dd. & textus *in l. vlt. C. de codicill.*

Ex codicillis legata præstanda sunt, siue cum testamento, siue ante vel etiam † post testamentum codicilli facti sint. *l. 3.* 3
& l. conficiuntur. & per totum ff. de iure codicill. Legata ante testamentum † in codicillis data firma permanent, nisi clausula in 4
testamento reuocans vel annullans sit adiecta, seu alio modo appareat, legatum esse reuocatum, alias præsumitur, † quod 5
anterior testatoris voluntas duret, *l. si quis. in princ. ff. de legat. 3.* ibi habetur, quod testator à voluntate priore non dicatur recedere, nisi † manifestauerit se prioris voluntatis pœnituisse. 6
l. si mihi & tibi. ff. de legat. 1. & explicat Bald. *cons. 233. incip. verba statuti. volum. 2. l. conficiuntur. ff. de iure codicillor.* qui textus indicat, quod legata, in codicillis post testamentum factis data, valida sint habenda. facit *l. Plotiana. ff. de iure codicillor.*

Atqui in datione legatorum, quæ ex testamento dependent, est notandum, quod debeantur, si hereditas † ab aliquo 7
adeatur, qui iure ciuili vel prætorio ex testamento heres esse potest, alias legata cum testamento corruunt, nisi ab † inte- 8
stato fuerint repetita *l. 3. in fin. ff. de iure codicillor.* gloss. Bartol. & Bald. *in l. qui filio. §. seruus. in fin. ff. de hered. instituend.* Bartol. *in auth. ex causa. C. de liber. præterit.* Bart. & Bald. *in l. 1. C. si quis omiss. caus. testam.* Ias. *in l. eam quam. C. de fideicom.*

Cæterum ad consequenda & obtinenda legata legatariis competunt tria remedia † iuris, scilicet actio personalis ex 9
testamento contra heredes, vel actio in rem, vel actio hypothecaria. *l. 1. C. comm. de legat. l. cum filius. §. variis. ff. de legat. 2. & l. qui post testamentum.* ibi Accurs. & Dd. *C. de legat.* Et quomodo via executiua ad consequendum legatum legatarius agere possit, explicat Mynsing. *obseruat. 61. cent. 5.* Quia rei † legatæ 10
dominium statim post mortem testatoris absque facto heredis in legatarium transit. *l. à Titio. ff. de furt. l. heredis. & l. 1.* ibi Ias. *n. 13. ff. de legat. 1.* gl. *in l. cum furiosus. §. tali. C. de curat. furios.*

Vnde efficitur, ſi tam ab inteſtato, quam ex teſtamento hereditas heredi competat, & omiſſo teſtamento ſuccedere velit, via ſuccedendi ab inteſtato illi non denegatur, ſed edicto prætoris compellitur legata perſoluere, etiamſi ex teſta-
11 mento non † adeat hereditatem. *l. 1. l. quia autem. & per totum ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtament. & per totum. C. eod. l. nam quod hoc. §. compulſus. ff. ad Trebell.*

Similiter legata ab inteſtato repetita debentur etſi nemo
12 ex † teſtamento hereditatem adeat, textus *in l. at ibi. ff. de legat. præſtand.* ibi ſcribit Paulus Iuriſconſ. licet nemo adeat hereditatem, ea legata tamen debentur, quæ ab inteſtato repetita ſunt. gl. Bart. Bald. Caſtrenſ. & Iaſon *in d. l. eam quam. C. de fideicom.* & facit *l. conficiuntur. ff. de codicill.* copioſe Ioan. Dilect. *tit. 5. de legat. caut. 2. de arte teſtandi.*

13 Quin etiam teſtator diſponere poteſt, quod † hereditate non adita, legatarius conſequatur legatum. Dec. *in l. ſi nemo. ff. de reg. iur.* & Alexand. *in l. nemo poteſt. ff. de legat. arg. §. ſi vero expreſſim. auth. de hered. & falcid. & arg. l. qui autem. §. plane.* ibi habetur, heredem in edictum prætoris non incidere, quando vti-
14 tur † facultate quam teſtator ei conceſſerit. *ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam.* Eodem pertinet ſi licentia à teſtatore legatario data ſit
15 vt propria authoritate legatum apprehēdat, rata habetur datio teſtatoris & apprehēſio legatarii. Bald. *in l. extraneum. n. 13. C. de hered. inſtit.* Bald. *in l. vnic. num. 6. C. quor. legat.* Gozad. *conſil. 95.* Bart. & Caſtrenſ. *in l. vlt. C. de edict. diui Adrian. toll.* Pariſ. *conſ. 53. num. 113. vol. 1.* Bart. *in l. Titia. §. Lucius. ff. de leg. 2.* Alex. *in l. non dubium. C. de legat.* & Ioan. Dilect. *tit. 6. de legat. caut. 12. de arte teſtand.* Idem iuris eſt, ſi teſtator errore lapſus heredem mortuū inſtituit, quem putauit viuū, vel errore aliquem inſtituit, qui
16 ſuccedere nō potuit, quo caſu licet inſtitutio irrita habeatur, nihilominus legata, circa quæ error non eſt commiſſus, hereditate ex teſtamento non adita, à ſuccedentibus ab inteſtato debentur. Bart. Bald. Caſtren. Salyc. copioſe Iaſ. *in l. eam quam.*

C. de

C.de fideicom. Similiter testamẽto ex causa exheredationis vel præteritionis † irrito facto, filius exheredatus vel præteritus 17
ex testamento non adit hereditatem, sed quasi ab † intestato 18
succedit, nihilominus hodie ad præstanda legata est obligatus. *§ sine igitur. auth. vt cum. de appellat. cog. & auth. ex causa, C. de liber. præter.* ibi gl. & Dd. & pro communi sententia inserit Iul. Clar. *q. 54. de testam.* & Dec. *cons. 86. n. 2.* dicit comm. Guid. Pap. *decis. 529.* Atqui ne aditioni quasi ab intestato locus detur, liberi vel posthumi heredes instituendi † vel substituendi sunt se- 19
cundum consilium Galli & legis Velleia. *l. Gallus per totam l. ff. de lib. & posthum.* & expedit indefinite † omnem posthumum 20
instituere. ibidẽ Dd. *& l. placet. ff. eod.* Bald. *cons. 14. punctus. vol. 3.* Bald. *cõs. 132. mihi vol. 4.* Qua de causa licet simpliciter posthumus in singulari numero instituatur: tamẽ si plures † nascan- 21
tur, omnes intelliguntur instituti, quia in institutionibus verba singulariter prolata † ad pluralitatem trahuntur, si plura- 22
litas occurrit. *l. ex duobus.* ibi not. Bart. *ff. de hered. instit.* & Simon de Prætis *lib. 3. solut. 4 n. 8. in tract. vlt. volunt.* allegat Bero. *consil. 17. lib. 2.*

Institutio liberorum omnino est necessaria, quia † liberis 23
existentibus præteritis, ab initio testamentum est nullum. *Instit. de exhered. liber. in princ. l. 3. in fin.* & Ias. *in l. si filius. num. 44. ff. de liber. & posthum.* Liberis vero nascituris † testamentum ab 24
initio consistit, sed adagnascendo posthumorum iure ciuili rumpitur & vitiatur testamentum. *l. posthumi. ff. de iniust. testam. l. si posthumus. ff. de liber. heredib. institut. l. 1. l. 3. C. de liber.* & *de posthum. hered. instituend.* & Iason *d. l. filius.* Quod vitium authoritate iuris prætoris delinitur, nimirum si posthumus præteritus 25
viuo testatore decesserit, testamentum de æquitate prætoria reconualescit. *l. posthumus. ff. de iniust. testam.* gloss. & Bart. *nu. 4.* & Imol. *ad fin.* Iulius Clarus *quæst. 45. de testament.* & est communis Dd. conclusio.

Cuius iuris definitio sibi locum vendicat, quando instituti

sunt

26 ſunt qui teſtatori † ab inteſtato ſuccedere poſſunt. *d. l. poſthumis.* ibi gloſſ. Bart. & Dd.

Sin vero alii inſtituti ſunt, teſtamentum non reconualeſcit, niſi † noua declaratio teſtatoris acceſſerit. *l. qui ex liberis. §. planè. ff. de bonor. poſſ. ſecund. tab.* ita poſt Bart. Imol. *in d. l. poſthumus. & in l. 2. C. de liber. & poſthum.* Quo caſu licet ſine noua
28 declaratione teſtatoris, de rigore iuris † ciuilis teſtamentum infirmum ſit, nihilominus tamen legata particularia hodie vires ex voluntate teſtatoris retinent. *d. auth. ex cauſa.* ibi Dd. Corn. *conſil. 157. num. 39. volum. 2.* & Corn. *conſ. 150. volum. 3.* & ita in ſupremo iudicio Imperii obſeruari teſtatur Gail. *obſeru. 113.*
29 *lib. 2. practicar. obſeru.* Ratio eſt, quod nuda † voluntate, legata conſeruantur & adimuntur. *l. nutu.* ibi Bart. & Dd. *ff. de legat. 3. l. 3. §. vlt. ibi & gl. ff. de adimend. legat.*

Quin etiam ipſum teſtamentum conſeruatur, & ratum manet, ſi filius præteritus ſuperuixerit teſtatori, & intra tri-
30 ginta annos quæſtionem contra teſtamentum † patris non mouerit, ſed tacet, poſtea excluditur. Guid. Pap. *deciſ. 426. nu. 3.* Bart. & Ang. *in l. filio præterito. ff. de liber. & poſthum.* Socin. *in l. ſi filius in poteſtate. num.* 8. *d. tit.* & ſecutus eſt Simon de Prætis *lib. 3. ſolut. 4. & vlt. in tract. vltimar. volunt.*

De qua quæſtione etſi nonnihil diſcrepent Dd. *l. 2. C. de liber. & poſthum.* Tamen ſi præteritus intra 30. annos teſtamen-
31 tum non † dixerit nullum, illud confirmari poteſt. Guid. Pap.
32 *deciſ. 424.* Idque de æquitate prætoria, ſiue † inſtituti ſint venientes ab inteſtato, ſiue alii, teſtamentum poteſt reconualeſcere, & vires recipere, poſthabita ſcrupuloſitate, nimiaque ſubtilitate iuris ciuilis, vt etiam ſentit Simon de Prætis *in dict. ſolut. n. 3. & n. 4. in medio.*

Verum quantum ad legata particularia antiquo iure cor-
33 recto, hodie non † attenditur præteritio in filio, ſeu poſthumo ſcienter à teſtatore præterito, quin legata ex rupto teſtamento debeantur iuxta diſtinctionem Bart. *in auth. ex cauſa. C. de liber.*

de liber.præter. Bart & Dd. *in l.filio præterito.ff. de liber. & posthum.* Bald. *conf.156.volum.2.* Corn. *conf.158, volum.2. & conf.150. volum.3.* & Bartol. opinio à Dd. communiter est recepta, si posthumus à testatore scienter est præteritus. Gail. *obser.113. & obseru. 114.lib.2.practic.obseruat.*

Similiter si testator reputans institutos heredes indignos, ideoque illorum nomina † in testamento cancellauit, firma permanent legata, etiamsi ex testamento non adeatur hereditas. *l.1.§.sed etsi legi.§.consulto.l.proxime.ff.de his quæ in testament. delent.l.nostram.C.de testament.l.eam quam*, ibi gloss. Bart. & Iason *C.de fideicomm.* ibi gloss. refert plures casus, quibus legata hereditate ex † testamento non adita debentur, inter quos & numerantur legata ad pias causas relicta. Bart. *in l.1.vers.quarta.num. 6. C. de sacrosanct.eccles.* Bald. *conf.287.incipient. mulier.in fin.volum.4. & consil. 20.super primo. volum.5.* Roman. late *consil. 527. & consil.323.in casu propositæ consultationis.* Alexan. *conf. 4.volum.7.* Dec. *in l.si nemo.ff.de reg.iur.* Tiraq. *priuileg.14. in tract.de priuil.piæ causæ.* Verum contrarium affirmat Iason, hereditate ex † testamento non adita, legata ad pias causas non deberi, aitq; com. esse opinionem *d.l.eam quam.n.19.* falsamque dicit communem esse opinionem. Bart. & Salycet. *in d.l.eam quam. num.5.* & sequitur Tiraquell. *in d.priuileg.14.* Ang. *in l.qui filio.§. seruo ff.de hered.instit.* & Tiraq. *in tract.de priuil.piæ causæ. priuileg. 80.* scribit, si quis coram duobus testibus aut tribus, laicum heredem instituat, & legata ad pias causas † relinquat, legata non deberi neque *cap.relatum.& c.cum esses.de testam.* locum habere. Salycet. *in auth.cassa & irrita.C.de sacros.eccles.& in authent. quod sine.C.de testam.*

Item legatum † personæ, licito amore dilectæ relictum, interpretationem fauorabilem habet, vt sine aditione hereditatis, ex voluntate testatoris legatario debeatur legatum. glo. & Iason *in l.non dubium.num.7.C.de testamen.* Bart. *in l.1.ff.de iure codicill.* facit *l.Lucius Titius.§.filiam.ff. de legat.1.* Bald. *consil.170.*

*volum.5.*Corn.*conf.245.volum.3.*Ioan.Dilect.*tit.6.caut.2.in fin.in tract.de arte testand.* Alciat.*reg.1.præsumpt.28, in tract.de præsump.* & Afflict.*decis.134.*

39 Militat & fauor in legato virgini relicto, vtpote † si illi legatum assignetur ne nubat, cui postea nuptiis contractis nihil obstat, quin legatum consequi possit. gl. & communiter Dd. *auth.cui relictum.C.de indict.viduit.tollend.& l.cum tale. §. Mæuia. & l.quotiens.& l.Titiæ ff.de condict. & demonst.* Quod diuersam

40 causam habet in legato † vxori relicto, ne nubat, nam illa nuptiis contractis legatum amittit. *d. auth.cui relictum.* Idem est

41 in legato † virgini relicto, si nupserit & moritur priusquam nuptias contraxerit, legatum mortua virgine extinguitur. *l.cũ testator.C.de manumiss.testam.* Ang. & Alex. *in l.Saturnius.ff.ad Tre-*

42 *bell.* Quin etiam licet legata † post solutionem æris alieni, solui debeant. *l.scimus.§. & si præfatam. C. de iure deliber. l. non debet arctari. §.in re obscura.ff.de reg.iur.* Tamen rei legatæ dominium

43 statim mortuo † testatore absque facto heredis in legatarium transit, scilicet quando legata res particularis est, non vero in quantitate vel vniuersitate consistens *l. à Titio. ff.de furt.l.heredis seruus.& l.1.* ibi copiose Iason *num.95. num.114.& num.115.l. serui electione.num.9.ff.de legat.1.*gloss.*in l.cum furiosus. § tali itaq; C. de curat.furiosor,* Quo euenit, quod statim testatore mor-

44 tuo dies legati particularis incipit † currere. Nec quid interest, si legatum purum vel in diem certum est relictum, legata-

45 rio debetur legatum, & per consequens, si legatarius † vita decesserit, antequam heres adeat hereditatem, legatum particulare transmittitur ad heredes. *l.vnic. §.cum igitur. in fin. §. nouissimo.*ibi gloss. & Bart. *C.de caduc.tollend.l.Sempronius.ff.de vsufruct. legat.* Quod diuersitatem habet, quantum ad fidei-

46 commissum † vniuersale attinet, illud primo cedit à tempore aditæ hereditatis, & ita tardius quam legatum particulare effectum consequitur. Iason *in dict. l. 1.num.95. ff. de legat.1. per l.quidam.ita in princ.ff.ad Trebell.* gloss. notabilis *in l.3.ff.de regul.*

gula Caton. Idem iuris est in vsufructu legato, cuius † dies non cedit, nisi hereditas sit adita. Iason *in d.l. serui electione. num.9. ff. de legat.1. per dict. §. nouissimo.* Ratio esse potest, quod legatarius consumens vsumfructum heredi adeunti hereditatem, cautionem præstare teneatur, qua præstita, fit dominus legati & transmittit. §. *constituit.* §. *sequent. Institut. de vsufruct. l. si tibi vim. ff. de vsufruct.* Iason *in l.1. num.125.* ibidem copiose explicat. Cæterum de legato in diem certum relicto † sciendum est, si re- 48
linquitur, quando legatarius ad legitimam ætatem vel certam ætatem peruenerit, & legatarius ante aduentum ætatis vel diei decedat, legatum ad heredes transmittitur. *l. Pontionella. cum duabus ll. seqq. C. quando dies legat. ced. l. post diem. l. si vsusfructus. & l. si dies. ff. eod.*

Similiter si alicui proprietas † legatur, & alii vsusfructus 49
eiusdem legati donatur & proprietarius legatarius moritur antequam vsusfructuarius mortalitatem expleuit, transmissioni locus fit: *d. l. post. diem. l. si vsusfructus. ff. quand. dies leg. ced. & d. l. Pontionella. C. eod.*

Pari ratione legatum † transmittitur, si tempus solutionis 50
legato est adiectum & legatarius moritur antequam tempus venerit, legatum heredibus legatarii debetur. *l. si cui legatur. §. hoc autem.* ibi Bart. & Ias. *ff. de legat.1.*

Quod diuersam causam habet in legato, sub conditione vel † sub die incerta relicto, in vtroque casu, si legatarius de- 51
cesserit, antequam conditio extiterit, vel dies incertus venerit, legatum non transmittitur. *l.1. §. sui autem.* & gloss. Bart. & Salycet. *in d. §. cum igitur. C. de caduc. tollend. l. post diem. l. si dies. ff. quand. dies legat. ced.* Bald. *consil.28. super primo. vol.2. & cons.410. volum.1.*

Quibus modis legata relicta irrita habeantur, vel infirmentur.

Titvlvs X.

SVMMARIA.

1 *Testator non adhibens solennia quæ adhibere potest, censetur actũ lusorium agere.*

2 *Ex testamento, si ex defectu solennitatum hereditas non adeatur, legata non debentur.*

3 *Voluntas testatoris in genere interpretationem recipere potest, vt legata rata habeantur.*

4 *Hereditas ex testamento adiri, vel bonorum possessio peti nequit, si numerus septem testium non est adhibitus, vel vnus inhabilis adscriptus.*

5 *Lex in testamento minori numero quam septenario fidem non habet.*

6 *Lex vbi pedem figit nos sistere oportet.*

7 *Testamentum viribus caret, si quinque testes non sunt adhibiti, neque legata debentur.*

8 *Quinq; testes requiruntur in omni vltima voluntate.*

9 *Filio vel posthumo ignoranter præterito legata non debentur.*

10 *Testator si de posthumo cogitasset legata non reliquisset, neque contra naturalem æquitatem præsumitur, quod voluerit grauare liberos.*

11 *Posthumus ignoranter præteritus legata non debentur.*

12 *Posthumo nato si testator superuixerit, nec testamentum ante conditum mutauerit, legata particularia ex voluntate testatoris vires retinent.*

13 *Legata nuda voluntate testatoris legatario adimi possunt.*

14 *Testator si liberos non habet cum condit testamentum, postea liberis conceptis censetur à donatione legati recessisse.*

15 *Heres si sine fraude cessauerit adire hereditatem permiseritque alium-*

lium adire, legata non debentur.

16 *Hereditas cum alicui defertur, quem testator non cogitauit grauare, legata non debentur.*

17 *Fortuito qui succedit & non ex iudicio testatoris, ad præstationem legatorum non tenetur.*

18 *Legatum à certa persona relictum, quæ testatori non succedit, legatum extinguitur.*

19 *Legatum relictum ab vno, à sequentibus in gradu non debetur.*

20 *Legatum extinguitur, si testator à debitore exegerit legatum, quod illi donauerit.*

21 *Legatum si testator ex voluntaria causa alienauit, censetur quod legatu n adimere voluerit.*

22 *Legatum si testator ab illo repetiit cui donauit, censetur à donatione legati recessisse.*

23 *Legatarius si palam testatori maledixerit seu infaustas voces in testatorem iactauerit legato indignus efficitur.*

24 *Legatarius si aliquid inhonestum commiserit propter quod in vita testator reuocasset legatum, censeatur esse donatio legati reuocata.*

25 *Legatum nuda voluntate reuocatur, secus est in heredis institutione.*

TEstator in testamento si non adhibuerit debita solennia, quæ adhibere potuit, testamentum † non solum inutile 1 est, sed testator censetur non velle & actum lusorium agere. *argum. l. an inutilis. ff. de accept.* ibi Bart. *l. si domus. in fin. ff. de legat. 1.* Bart. *in l. quis. C. de iur. & facti ignor.* diserte Alciatus *cap. 17. libr. 5. paradox.* Vnde conficitur, si ex defectu heredis institutionis, vel ex alio defectu solennitatum, hereditas ex † testamento 2 non adeatur, nec clausula codicillaris vel alia repetitio legatorum ab intestato in testamento est adiecta, legata non deberi. gloss. Bart. Bart. Salycet. & Iason *in l. eam quam. C. de fideicommiss.* textus *in l. 2. C. si omiss. caus. testam.* Ioan. Dilect. *tit. 5. caut.*

3. de substitut. de arte testand. l. si nemo. ff. de regul. iur. & l. si nemo. ff. de testament. tutel. ibi explicat Bart. quod ita iura manent hodie incorrecta: scilicet hereditate ex testamẽto non adita, legata
3 non deberi, nisi voluntas testatoris † respectu clausulæ alterius vel in genere interpretationem recipere possit, vt legata conseruentur, vti alias dictum est, & gloss. *in l. licet. Cod. de pact.* glo. *in l. 1. C. de codicill.* Ioan. Dilect. *titul. 5. de legat. caut. 2. de arte testand.*

Hereditas autem † ex testamento directo adiri vel bono-
4 rum possessio † peti nequit, si numerus septem testium in testamento non est adhibitus, vel si testis adscriptus est, qui in testamento ad testandum est inhabilis. *l. scio quidem. & l. sequen. ff. de testibus. l. si vnus.* ibi Bartol. Bald. clare Iason *C. de testament.* & Iason diserte *in dict. l. eam quam.* Ratio est, quod lex ipsa in
5 testamento minori † numero, quam septenario, fidem non
6 habet: & vbi lex pedem † figit nos sistere oportet. Corn. *consil. 173. num. 6. vol. 2. & cons. 18. nu. 7. vol. 1.* & facit *l. si veritas.* ibi Bald. & Ias. *C. de fideicom.*

Ex quibus & latius intelligi potest, si quinque testes ad contestationem non fuerint adhibiti, quod elogium non so-
7 lum viribus † careat, ad adeundam hereditatem, sed neq; legata iure ciuili ex illo acquiri possint. *l. vlt.* ibi gloss. Bartol. & Dd. *C. de codicill.* gloss. & Dd. *in l. 2. Cod. de bonor. poss. secund. tabul.* Bald. *consil. 437. num. 7. volum. 2.* Corn. *cons. 18. volum. 1.* Causa est,
8 quod iure † ciuili in omni vltima voluntate requiruntur quinque testes, *d. l. vlt. C. de codicill. & l. vlt. C. de donat. caus. mort.* & per consequens quo ad extraneos ab initio legata sunt infirma & irrita. Secus est, liberis existentibus legata ab initio valere possunt, & ex post facto irrita fieri, veluti si testator habet filium, quem putauit vita decessisse, vel nesciuit, vxorem esse prægnantem, & posthumum, vel filium, quem
9 suspicabatur † mortuũ, præterit & legata relinquit, filio iam adhuc viuo existente, vel nato posthumo rumpitur testamentum

mentum, neque ex illo legata debentur. *argument. l. penult. in*
verbo non posthumo ff. de iure codicillor. Bartol. *in l. filio præterito ff.*
de liber. & posthum. Bartol. *in authent. ex causa.* ibi alii *Cod. de liber.*
præterit. Bald. *cons. 156. volum. 2. & consil. 239. quia vltimis. volum.*
3. Corn. *cons. 119. volum. 2.* Alexand. *consilio 41. volum. 1.* & Ioann.
Dilect. *titul. 3. de hered. instituend. cautel. 10. in fine de arte testand.*
ibi concludit. Si testator de posthumo cogitasset, quod † le- 10
gata non reliquisset, quia non est verisimile, quod testator
voluerit liberos grauare contra naturalem æquitatem. *l. Lu-*
cius. ff. de heredib. instit. Bald. *dict. consil. 239.* Mynsinger *obseruat.*
64. cent. 5. pulchre declarat. Et Bart. opinio communiter à Dd.
(nonnullis dissentientibus) est recepta, si posthumus igno-
ranter est præteritus, quod legata † non debentur vti & cen- 11
suerunt Assessores in Camera Imperiali. Gail. *obseruat. 113. &*
obseruat. 114. lib. 2. pract. obseruat. Sin tamen aliquod temporis
superuixerit testator posthumo nato, nec mutauerit testa- 12
mentum, legata particularia ex voluntate testatoris vires re-
tinere possunt. Corn. *consil. 157. num. 39. volum. 2.* & Gail. *in d. loc.*

Quo casu tamen ex coniecturis voluntas & mens testatoris
est perpendenda, quid de legatis statuere voluerit, cuius in
potestate est legata etiam † nuda voluntate tacite legatario 13
adimere *l. 3. §. vlt.* ibi gloss. & Bart. *l. ex parte. ff. de adimend.* Qua
ratione si testator liberos non habuit cum testamentum con-
didit, & † multa legata reliquit, postea susceptis liberis, cense- 14
tur à donatione legatorum recessisse, notat Bart. *in l. non confir-*
mando. num. 6. ibidem & gloss. *ff. de confirman. tutor.* & explicat
copiose Mynsing. *obseru. 64. cent. 5.* & Bart. *in auth. ex causa. C. de*
liber. præter. Cuius Auth. authoritas deficitur viribus, si nemo
in testamēto heres institutus est. gl. *in l. 1. §. 1. ff. de vulg. & pupil.*
& istam gloss. sequitur, Bart. ibidem *num. 2.* & Alexand. *num. 4.*
Castrens. *ad fin.*

Quin etiam licet testamentum iure consistere possit, sed
heres institutus sine fraude cessauerit adire † hereditatem, 15

permi-

permiseritque alium ab intestato adire, quem testator non grauauit de legatis præstandis, legata non debentur. *l.1.l.2.* ibi gloss. Bald.& Salycet. *C.si omiss.caus.testament.* Salycet.distincte *in l.eam quam.num.7.C.de fideicom.* Nam quoties non ex volun-
16 tate † testatoris alicui hereditas defertur, quem nō cogitauit grauare testator, sed ex alia causa vel fortuito succedit, is ad præstationem legatorum non tenetur. Bart. *in l. filio præterito. num.11.in fin.ff.de liber.præter.* Cyn. *in l.1.ff.de condict. indeb.* Iason. *in dict.l.eam quam.C.de liber.præter.* Corn. *cons.119.num.17.volum. 2.*& facit *l.& si sic.ff.de legat 1.* ibi respondit Iurisconf. Qui for-
17 tuito non † iudicio testatoris consequitur hereditatem ipsius grauari non debere, vnde etiam infertur, si legatum à certa
18 persona est relictum, quæ † testatori non succedit, legatum extinguitur, sed manet heredi vel coheredi. textus. *in l. celsus. § vlt.ff.de legat.2.* Bart.& Salycet. *in l.eam quam. C. de liber.præter.* Bart. *in l.si plures.ff.de legat.3.* scribit, si legatum est relictum no-
19 minatim † ab vno à sequentibus in gradu non debetur, dicit
20 notandū esse. Item extinguitur etiam legatum, quod † illi donauerit. Corn. *cons.26.num.26.volum.3.per l.non solum.§.liberationis.ff.de liber.legat.*

Similiter si testator rem legatam ex voluntaria causa alie-
21 nauit, censetur quod † legatum adimere voluerit legatario. *l.si ex toto.ff.de legat.1.l.fideicommissa.§.si rem.ff.de legat.2.l.scribit.§. idem scribit.ff.de auro & arg.legat.l.rem legatam.ff.de adimend.legat.*
22 Idem iuris est, si testator rem, quam legatario † donauit, repetiit, censetur à donatione legati recessisse text. *in l.rem donatam.ff.de adimend.legat.*

Quinetiam si capitalis inimicitia inter testatorem & lega-
23 tarium interuenerit, vel legatarius † palam testatori maledixerit, seu infaustas voces in testatorē iactauerit, legatarius legato indignus efficitur. *l.si inimicitiæ.ff.de his quæ vt indig.l.3.§. vlt.* & *l. ex parte.ff.de adimen.legat.l.si fideicōmissum. C.de fideicom.* Ex quibus legibus concludunt Dd. si legatarius aliquid inhonestum

nestum commiserit, propter quod testator, in vita donationem legati † reuocasset, ex contraria tacita voluntate censetur legatum esse reuocatum. Bart. Castrens. & Salycet. *in d.l. fideicommissum.& d.l.si inimicitiæ.* Ratio est, quod nuda voluntate legatum reuocetur. *d.l.3.§.vlt.ff.de adimend.legat.* Secus est quo ad institutionem, quæ nuda voluntate non reuocatur. gloss.*dict.§.vltim.* 24

De Mutatione & Reuocatione testamenti.

TITVLVS XI.

SVMMARIA.

1 *Vltimæ voluntati hominis magna reuerentia debetur, quæ ab initio si fuerit perfecta omni tempore rata manet.*

2 *Stare non prohibetur quod non mutatur.*

3 *Testamentum firmum manet nisi testator aliud condiderit.*

4 *Ad reuocationem testamenti sufficit, si testator coram septem testibus dixerit, quod noluerit suum testamentum valere, se velle intestatum decedere.*

5 *Ad reuocationem testamenti sufficit, si testator dixerit se velle ab intestato decedere.*

6 *Reuocatio testamenti fieri potest coram tribus testibus si est decennium præterlapsum.*

7 *Reuocatio testamenti, quæ fit ante decennium septem testes requirit, decennio præterlapso tres sufficiunt.*

8 *Testamento in secundo si verba fideicommissaria inserta sunt, quod primum valere debeat valebit primum.*

9 *Testamentum posterius imperfectũ prius perfectũ rumpere nequit.*

10 *Testamento in priori si extranei instituti sunt, & in posteriore succedentes ab intestato, coram quinq; testibus, posterius licet imperfectum, rumpit prius.*

Vn   *11 Venien-*

11 *Venientes ab intestato per fideicommissum instituti, remouent extraneos in testamento institutos.*

12 *In succedentibus ab intestato non attenditur solennitas iuris ciuilis prout in extraneis.*

13 *Causa testati potest ad se trahere causam intestati.*

14 *Nullum ius ciuile ius sanguinis dirimere potest.*

15 *Liberis in testamento coram duob. aut tribus testib. institutis, praeualet posterius testamento priori in quo extranei instituti sunt.*

16 *Cauendum est ne quis liberorum in secundo testamento praetereatur.*

17 *Pater si duo testamenta inter liberos fecerit, primum reuocatur si posterius liberis est fauorabilius.*

18 *Testamentum primum inter liberos, si liberis est fauorabilius pariter & secundum valet.*

19 *Patris voluntas inter liberos rata est habenda, modo aequaliter vel modica disparitate sit declarata.*

20 *Pater faciens testamentum magis onerosum, primum nō reuocatur, nisi duo interuenerint, scilic. expressa reuocatio prioris & vt contestatio posterior coram septem testibus compleatur.*

21 *Testamento posteriori inualido clausula reuocans & cassans in illo nihil operatur.*

22 *Clausulam derogatoriam testator in suo testamento adiicere potest, si aliud testamentum postea fecerit, illud valere non debere.*

22 *Clausula generalis in testamento adiecta potest generaliter reuocari.*

24 *In casu generalis clausulae adiectae sufficit si appareat, testatorem voluntatis prioris poenituisse.*

25 *Clausula derogatoria specialis in testamento adiecta non reuocatur, nisi specialis interuenerit reuocatio, & quomodo hoc fiat.*

26 *Clausula derogatoria in primo testamento non obstat, si testator in secundo praecise voluerit illud valere.*

27 *Verbum* praecisum, *vel* praecise, *habet vim reuocationis clausula reuocatoriae.*

28 Index

28 *Iudex debet magis veritati inhaerere, quam apicibus verborum.*

29 *Testator si omnino voluerit primum testamentum ratum esse habendum, valere debet.*

30 *Testator si expressis verbis exprimit, quod non obstante priore testamento, secundum valere voluerit, validum erit posterius.*

31 *Testatoris obliuio non debet ei auferre liberam facultatem testandi.*

32 *Nemo sibi legem imponere potest, à qua ei recedere non licet.*

33 *Derogatoria verba non obstant, si mens testatoris est certa, quod voluerit postremum consistere.*

34 *Obliuionis praesumptio inducitur decennio praeterlapso, qua de causa validum erit habendum secundum testamentum, etiamsi nulla mentio fiat prioris clausulae, si decem anni sunt praterlapsi.*

35 *Decennio praeterlapso potius praesumitur ex defectu memoriae reuocatio clausulae reuocatoriae, quam ex defectu voluntatis.*

36 *Clausula derogatoria cessat, si testator apud acta secundum testamentum fecerit.*

37 *Clausula derogatoria in testamento adiecta in quo extranei instituti sunt, non attenditur, si pater inter liberos aliud testamentum fecerit.*

38 *Clausula derogatoria non habet considerationem in priore testamento, si secundum ad pias causas confectum est.*

39 *Clausula derogatoria non attenditur in priori testamento adiecta, si in secundo testamento persona est instituta testatori valde dilecta.*

MAgna reuerentia vltimae voluntati hominis debetur, quae semel morte confirmata, omni tempore, si ab † initio fuerit perfecta, rata manet. *l. sancimus.* ibi glo. Bart. & Bald. *C. de testam.* Vtique stare non prohibetur, quod non mutatur quantumcunque † temporis etiam effluxerit: *dict. l. sancimus.* 1 2

& gloſſ. *in l. quidam. §. nummularios. ff. de edend.* Vnde interpretationem habet teſtamentum, quod firmum manet, niſi te-
3 ſtator aliud teſtamentum perfectum † condiderit, quo facto prius à poſteriore rumpitur & reuocatur. *§. poſteriore quoque.* ibi Dd. *Inſtitut. quib. mod. teſtament. infirm. l. pater filio. ff. de hered. inſtit. & d. l. ſancimus.*

Ad quam reuocationem, non condito alio teſtamento, vi-
4 detur ſufficere, ſi teſtator coram † ſeptem teſtibus dixerit, quod noluerit ſuum teſtamentum valere, & ſe velle inteſtatum decedere, ſatis videtur teſtamentum eſſe reuocatum. Alexand. *conſil. 104. volum. 2. & conſil. 30. num. 3. volum. 3.* quia per iſtam reuocationem tacite intelliguntur inſtituti qui ab inteſtato teſtatori ſuccedere poſſint. *l. ſi quis ita. ff. de hered. inſtit. l. conficiuntur. ff. de iure codicillor.* Guid. Pap. *deciſion. 200. per totum.* Molin. *ad d. conſil. Alexand. 104.* ſcribit ad reuocationem ſuffi-
5 cere, ſi teſtator dixerit ſe velle † ab inteſtato decedere, ita & ſentit Corn. *conſil. 7. num. 4. lib. 4.* & ſecutus eſt Ioan. Dilect. *tit. 10. caut. 3 de arte teſtand.* & Iulius Clarus *quæſt. 90. de teſtament.* & eſt communior opinio, licet Faber *in §. ex eo autem ſolo.* ibi & gloſſ. contrarium teneant. *Inſtit. quib. mod. teſtament. infir.* & alii *in d. l. ſancimus.* ibidem Iaſon & Alex. *conſ. 159. vol. 7.*

Quæ reuocatio teſtamenti minori ſolennitate fieri poteſt
6 ſi decennium † eſt præterlapſum, teſtatore coram tribus aut pluribus teſtibus dicente, quod noluerit ſuum teſtamentum valere, tunc tam ex contraria voluntate, quam curſu temporis teſtamentum fit irritum. *d. l. ſancimus.* ibi Bart. Bald. & Caſtrenſ. *C. de teſtament.* & ita eſt differentia inter reuocationem,
7 quæ fit ante † decennium, in qua requiruntur ſeptem teſtes, decennio vero elapſo tres ſufficiunt. dict. ſcribentes *in l. ſancimus.* Guid. Pap. *dict. quæſt. 200.* aitque ita eſſe iudicatum, & eſt communis opinio Dd. Iul. Clar. *quæſt. 91.*

Cæterum etſi iuris ſit indubitati, quod poſterius perfectũ teſtamentum prius etiam perfectum tollat, atq; rumpat, nihilo-

hilominus tamen, si in secundo testamento verba fideicommissaria † inserta sunt, quod primum valere debeat, valebit 8
primum, & vires ex secundi confirmatione acquirit, quod ita intelligitur, vt heres in secundo testamento scriptus contentus esse debeat, rebus seu portionibus sibi datis, vel retenta Trebellianica hereditatem priori heredi restituat, *argum. l. si quis in priore. ff. ad Trebell. l. posthumus. § paganus.* ibi Bartol. Bald. Castrens. *ff. de iniust. testamen.* docte Corn. *cons. 245. volum. 3.* Cuius iuris obseruantia locum sibi vendicat, si posterius testamentum est perfectum, quia testamentum † imperfectum 9
posterius rumpere nequit prius. *l. hoc iure.* ibi Bart. notat, cuius opinio est communiter recepta. *ff. de legat. 3.* Geor. Natta *in repetit. Auth. hoc inter liberos. num. 10. C. de testament.* Alexand. *consil. 159. num. 8. volum. 7.* Ruin. *cons. 6. num. 2. lib. 2.* neque ex testamento huiusmodi imperfecto legata debentur, de quib. præcedenti titulo copiosius scripsi: A cuius iuris obseruãtia receditur tamen, si in priore testamento extranei instituti sunt, in posteriore † succedentes ab intestato, priores tabulæ à poste- 10
riorib. modo quinq; testes interuenerint, rumpuntur. *l. 2. ff. de iniust. testam.* & textus singularis *in l. hac consultissima. §. si quis autem. C. de testam.* ibi habetur, quod talis voluntas coram quinq; testibus confecta quasi ab intestato valeat. Bald. diserte *in d. §. si quis.* ibi communiter Dd. Corn. *cons. 172. vol. 2.* Et per consequens venientes ab intestato in codicillis per † fideicommissum instituti, remouent extraneos in testamento perfecto 11
institutos. Bart. *in d. l. 2 ff. de iniust. testament.* ibidem & Bald. Ratio est, quod iuris ciuilis solennitas non tam attenditur in succedẽtibus ab intestato, quam in † extraneis, nam hi nisi ex lege testatoris perfecta succedere possunt, illis ius sanguinis & 12
voluntas testatoris adsistit, causaque testati minus solennis causam intestati † ad se attrahit. Bald. & Dd. *in d. §. si quis.* vtique ius naturæ causam cognatis agnatisue succedendi attri- 13

 buit,

14 buit, propterea nullum ius † ciuile, iûs ſanguinis dirimere po-
teſt. *l. iura ſanguinis. ff. de regulis iuris. l. vltim. Cod. quorum bo-
norum.*

Par ratio eſt extraneis in patris teſtamento inſtitutis, ſi
poſtea aliud coram duobus aut tribus teſtibus confecerit,
15 in quo † liberos heredes inſtituerit, poſterius præualet prio-
ri, etſi in illo nulla mentio ſuperioris fiat. Cyn. Bald. Salycet.
in authent. hoc inter liberos. Cod. de teſtament. Barbat. *conſil. 2. vol. 1.*
Alexand. dilucide *conſil. 146. viſo themate. volum. 2.* & Boer. *deciſ.
240. num. 11.* Quo caſu inſtituendo liberos cauendum eſt, ne
16 in ſecundo teſtamento quis † liberorum prætereatur. Alex.
in dict. §. ſi quis num. 9. Bald. *in l. ſi quis ex duobus. §. ſi prius. num. 2.
ff. de bonorum poſſeſſion. contra tabul.* Corn. *conſilio 7. numero 5. vo-
lum. 4.*

Quo pertinet etiam ſi pater duo teſtamenta inter liberos
17 condiderit. Primum reuocatur, ſi † poſterius eſt liberis fauo-
rabilius & vtilius. *per authent. de teſtament. imperfecto. collat. 7.* in
gloſſ. *in verbo perfecta,* quæ eſt recepta, & gloſſ. *in d. auth. hoc in-
ter liberos. in verbo, valere, in fin. C. de teſtament.* Socin. *conſ. 145. nu.
57. lib. 2.* & Iulius Clarus *quæſt. 98. de teſtament.* Quin etiam pri-
18 mum teſtamentum, ſi liberis eſt fauorabilius pariter & ſe-
cundum valet. *argum. d. auth. hoc inter liberos. C. de teſtam.* ibidem
19 Caſtrenſ. & Salycet. Corn. *conſil. 31. volum. 2.* Quia patris † vo-
luntas inter liberos rata eſt habenda, modo æqualiter vel
modica diſparitate ſit declarata, Alexand. Bald. & Dd. *in l. vlt.
C. famil. erciſc. & l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. C. de teſtam.* ibi
Dd. Alciat. *l. pactum quod dotali. n. 6. C. de pact.*

Vnde conficitur, teſtamento ſimpliciter inter liberos con-
20 dito, ſi pater poſtea † teſtamentum liberis magis onerosum
facere voluerit, primum non reuocatur, niſi duo interuene-
rint, ſcilicet expreſſa reuocatio prioris, & vt poſterior conte-
ſtatio coram ſeptem teſtibus compleatur, *per d. auth. hoc inter
liberos.* & eſt communis Dd. ſuffragatio, gloſſ. *in §. ſi quidem. in
ver-*

verbo expreßim. auth. de testam. imperfecto. collat. 7. Boer. *decis. 240.* & Iulius Clarus *d. quæst. 98.* Est & pro regula notandum, quo- 21
ties testamentum secundum non valet, toties neque clausula in illo apposita cassans vel irritans operationem habet, vt prius testamẽtum reuocetur. Bart. *in l. si iure. ff. de legat. 3.* quem sequitur Iason *in l. 1. n. 110 ff. de leg. 1.*

Porro potest non solum testator testamentum à se prius 22
factum reuocare & mutare, sed etiam in eodem adiicere clausulam derogatoriam, si postea aliud testamẽtum fecerit: illud ratum non esse habendum, concipitur autem huiusmodi clausula derogatoria nonnunquam verbis generalib. veluti si testator dixerit, si aliud testamentum post hoc fecero, valere
nolo, quo casu † specialis reuocatio in secundo testamento 23
non est necessaria, sed sufficit generalis reuocatio, quod testator prius testamentum reuocet. Bart. *in l. si quis in princip. nu. 8. ff. de leg. 3.* & ait Couarr. Bart. opinionem esse veram, *part. 2. num. 19. prima conclusione in rubric. de testament.* Iason *in l. si mihi & tibi. §. legatum. 2. lectur. penult. coll. ff. de legat. 1.* Corn. *consil. 86. vol.*
2. Vtiq; in casu generalis clausulæ adiectæ sufficit, si appareat 24
testatorem pœnituisse prioris voluntatis, Couarruuias *in dict. rubric. parte 2. num. 19. versic. quarta conclusio.* Cyn. *in l. sancimus. C. de testament.*

Concipitur clausula derogatoria verbis specialibus, scilicet, si testator dixerit, quod non voluerit testamentum à se
postea conditum valere, nisi in posteriore testamento totus 25
psalmus *Laudate Dominum omnes gentes*, vel similis oratio fuerit inserta, tunc generalis reuocatio per verba irritans, cassans vel reuocans non sufficit, verũ requiritur specialis mentio & reuocatio prædictæ clausulæ derogatoriæ in primo testamento insertæ, nimirum, quod testator dicat non obstante clausula derogatoria de psalmo adiecta illud reuoco vel annullo, satis videtur prius testamentum in specie esse reuo-

reuocatum. Bart. *in d.l. si quis in princ. n. 8. vers. sed ponamus. & n. 9. ff. de leg 3.* Castrens. *consil. 206. in facto praesenti. nu. 1. lib. 1.* Zabarell. *cons. 102.* & Alexand. *cons. 25. num. 4. volum. 3.* & Alexand. *cons. 7. vol. 4. cons. 156. n. 3. & cons. 163. vol. 7.* Corn. *cons. 86, volum. 3.* Socin. *cons. 163. num. 7. vers. secundo praemitto. lib. 2.* Ruin. *cons. 10. circa fin. lib. 2.* Couarr. *in 2. part. num. 19. 3. conclus. de testament.* Ioan. Dilect. *tit. 10. caut. 1. in tractat. de arte testandi.* & haec est communis Dd. conclusio licet nonnulli discrepent.

Similiter clausula derogatoria in primo testamento adie-
26 cta, si testator contraria voluntate expresse & praecise voluerit, quod secundum valere debeat, & hoc manifeste appareat primum censetur reuocatum, non obstante clausula deroga-
27 toria, quia verbum *praecisum*, vel *praecise* habet † vim reuocationis clausulae derogatoriae, Couarru. *in d. rubric. num. 19. vers. 10.* Iacob. de Aren. *in l. omnes populi. ff. de iustit. & iure.* Iason *in l. sancimus. C. de testament.* Guil. Benedict. *in cap. Raynutius in verbo testamentum. num 22.* Abb. *in c. ex parte. de rescript.* Socin. sen. *in l. si mihi & tibi § in legatis. nu. 18.* & sentit Francisc. Mantic. *libr. 12. tit. 8. n. 21. vers. 7. in tract. vlt. volunt.* Vtique iudicis est diligen-
28 ter ponderare, vt magis veritati, quam verborum apicibus inhereat, nam veritate comperta dubitatio cessat, quo euenit
29 testatore omnino volente, quod postremum suum testamentum valere debeat, validum est habendum. Bart. *in l. si quis in princip. ff. de legat. 3.* Alex. *cons. 25. volum. 3.* Corn. *cons. 68. quamuis. volum. 3.* Bald. *in l. sancimus. num. 6. C. de testam.* Corn. *in rubric. de testament. num. 19. vers. 5.* Bald. *cons. 388. vol. 5.* Ioann. Dilect. *tit. 10. caut. 1. de arte testandi.* estque comm. conclusio.

Quo spectat etiam si testator non recordetur quibus verbis in priore testamento, clausula derogatoria sit cõcepta, & testator habet in animo aliud testamentum condere, potest claris & expressis verbis significare, quod non obstante prio-
30 re testamento, postremum † omnino valere voluerit, & erit posterius validum, quia obliuio testatoris non debet illi auferre

ferre liberam testandi facultatem contra *d.l.si quis.*in princi- 31
pio ibi habetur, quod nemo sibi legem imponere potest, à 32
qua ei recedere non liceat, modo † dixerit prioris voluntatis
specialiter se pœnitere. Bart.*in d.l.si quis.in princ.*Bald.*conf.388.*
*volum.5.*scribit, si mens testatoris † est certa, quod voluerit po- 33
stremam scripturam consistere, non obstare, quod in priori
testamento verba derogatoria sunt inserta, & sentit Ioan. Di-
lect.*tit.10.caut.1,de art.testand.*

Quin etiam decennio præterlapso præsumptio inducitur
obliuionis, qua de causa, si testator post decem annos à tem-
pore, quo prius testamentum fecerit, aliud condiderit, vlti-
mum ratum erit habendum, etiamsi † nulla mentio de reuo- 34
canda clausula derogatoria, in posteriore scriptura fiat. Bald.
in d.l.scimus.num.6.in fin. loquendo per verbum *forte*, & dicit
Paris. communem esse opinionem.*conf.10.num.17.lib.2.*quem
commemorat Couarru.*part.2.num.19.in rub.de testam.*quia de-
cennio præterlapso, potius præsumitur ex defectu memoriæ
reuocatio † clausulæ derogatoriæ, quam ex defectu volunta 35
tis. Iul. Clar.*q 99. vers.scias etiam.* & Mantic.*libr.12.tit.8.in tract.*
de coniectur.vlt.volunt.

Similiter clausulæ derogatoriæ † consideratio cessat, si te- 36
stator apud acta secundum testamentum fecerit: ex vi acto-
rum secundum testamentum præualet, non obstante quod
in priori clausula derogatoria sit inserta. Bald. *in d. l.scimus.nu.*
6. & est communis Dd. conclusio. Natta.*in auth.hoc inter liberos*
num.47.C.de testam. quia præsumendum non est, quod testa-
tor coram publicis personis voluit actum lusorium agere.
Item clausula derogatoria in testamento inserta, in quibus
extranei sunt † instituti, si pater aliud inter liberos condide- 37
rit, testamentum hoc ratum habetur, etsi clausula derogato-
ria in primo adiecta specialiter non fuerit reuocata gloss.*§.&*
si quidem.in verbo perfecta.in fin.auth.de testament.imperfect. Bald.
in d.authen.hoc inter liberos,C.de testament. Iason *in l.si mihi & tibi.*

3 *Pactum, per quod induci potest votum captandæ mortis alienæ, est contra ius naturale.*

4 *Nullum quod ab initio est effectum nullum producit.*

5 *Ex pacto nullo obligatio nulla oritur.*

6 *Hereditas extraneis testamento non datur.*

7 *Pacto vniuersalis successio non datur, quando vice testamenti interponitur pactum.*

8 *Verba quando in pactis geruntur ad testamenti ius non pertinent.*

9 *Pactum vniuersale de futura successione acquirenda iureiurando confirmari nequit.*

10 *Matrimonia contrahentes sub futuræ successionis spe decipi possunt.*

11 *Bonæ fidei nihil magis conuenit quam ea seruare, quæ placuerunt.*

12 *Pacta dotalia debent esse sine dolo & fraude.*

13 *Pacta dotalia non respectu futuræ successionis, sed dotis conseruandæ causa rata habentur.*

14 *Deceptio non respicit essentiam matrimonii.*

15 *Boni mores quod non admittunt, neque stipulatione, neque vlla pactione stabiliri potest.*

16 *Vltima voluntas præualet & derogat pactis dotalibus.*

17 *Voluntas hominis de futura successione est ambulatoria vsque ad exitum vitæ.*

18 *Consuetudine & vsu plerunque receptum est, quod pactum futuræ successionis acquirendæ præualet testamento.*

19 *Pacto standum est, cui pater postea testando nihil derogare potest.*

20 *Pactum de futura successione consuetudo & vsus approbat.*

21 *Pactum semper est intelligendum, ne liberi sua legitima defraudentur.*

22 *Consuetudo est optima legum interpres.*

23 *Consuetudine ius quod introductum est non minus pro lege*

custodiri debet, quam ipsæ leges.

24 *Non est contra naturalem rationem ut quis sibi de non testando legem imponat.*

25 *Pactum de futura successione acquirenda, si esset contra ius diuinũ vel naturale, non admitteretur in milite.*

26 *Pactum futuræ successionis consensu partium confirmatur.*

27 *Quod de voto mortis alienæ captandæ dicitur, istud est ex quadam suspicione, non vero ex legis necessitate.*

28 *Promittens alicui sua bona post mortem, valet promissio in vim causæ mortis.*

29 *Vniuersalis hereditas extraneo pacto non datur.*

30 *Pactum sub quota bonorum constitutum firmum est habendum.*

31 *Pactum dotale firmitatem habet.*

32 *Pactum dotale ratum habetur quando paciscenti aliquid supererit, de quo testari potest.*

33 *Pacta de futura successione inter fratres inita, agnationis conseruandæ gratia, ut superuiuens succedat præmorienti rata habenda sunt.*

34 *Pacta de futura successione inter milites speciali iure valent.*

35 *Pacta vicissitudinaria de futura successione inter nobiles rata habenda sunt.*

36 *Pacta inter principes & comites de futura successione celebrantur, ut ad ius publicum conducant.*

37 *Nemo est qui non desiderat apud posteros perpetuum nomen habere.*

38 *Pactum ex necessitate liciti contractus præambuli de futura successione ratum est habendum.*

PActa de futura successione possunt esse quadruplicia, scilicet aut sunt:

1. *De futura successione acquirenda.*
2. *De futura successione reseruanda.*
3. *De futura successione amittenda.*

4. De

4. *De futura successione obuenienda.*

Quantum vero ad pactum futuræ successionis acquirendæ attinet, siue agitur de hereditate ipsius paciscentis, vel de hereditate tertii, pactum † iure ciuili improbatur. *l. pactum* 1
quod dotali. ibi Cyn. Bart. Bald. Salycet. Castrens. & Iason *l. licet.* ibidem iidem Dd. *C. de pact. l. pactum dotale.* ibi præ cæteris Salycet. *C. de collat.* Alexand. *consil. 28. volum. 3.* Tiraquell. *quæst. 6. num. 18. in tractat. primogenit.* & Ioann. Dilect. *titul. 2. caut. 10. de codicillis in tract. de arte testand.*

Cuius iuris causam Dd. reddunt duplicem. Vnam quod pactum seu conuentio de vniuersali successione acquirenda
sit contra † bonos mores, auferens homini liberam testandi 2
facultatem. Alteram, quod huiusmodi pactum † possit in- 3
ducere votum captandæ mortis alienæ, quod est contra ius naturale, mortem liberi hominis appetere. *l. inter stipulantem. ff. de verbor. oblig.* Dd. *in l. pactum dotali. C. de collat.* & Dd. *in l. stipulatio hoc modo concepta.* ibi copiose Zasius *ff. de verb. oblig. & in l. hereditas. C. de pact. conuent. l. ex eo. C. de inutilib. stipulat.* Ex cuius legis verbis conuincetur, tale pactum de futura successione acquirenda, ne quidem morte paciscentium confirmari posse, quia quod ab initio nullum est, effectum † nullum produ- 4
cit, idcirco ex huiusmodi pacto nulla actio nullaque † obliga- 5
tio oritur. *d. l. ex eo in verbo, nullius momenti. C. de pact.* ibidem & gloss. *l. vlt. in verbo nihil obseruari voluimus. C. d. tit.* ibi Bartol. & Bald. clare Hieron. Schurff. *consil. 5. num. 11. centur. 2. & consil. 11. cent. 1.* & probat tex. *in d. l. hereditas. C. de pact. conuent.* ibi dicitur,
Quod † extraneis hereditas testamento non datur, vbi pul- 6
chre Accurs. & Dd. notant, hoc procedere, quando pactum
de vniuersali successione testatoris † vice testamenti interpo- 7
nitur, auferens libero homini liberam facultatem testandi,
quæ ablatio est contra bonos mores: deinde in † pactis verba 8
(geruntur & cōtrahuntur) quæ ad ius testandi non pertinent *l. verba contraxerunt ff. de verbor. signif.* Quo fit, quod etiam pa-

9 ctum vniuersale de futura successione acquirẽda † iureiurando confirmari nequeat, vt ratum habeatur gloss. *in l. si quando. §. illud. ff. de inoff. testam.* Bald. Castrens. & Salyc. *in d. l. pactum dotale. C. de collat.* Alexand. & alii *in d. l. stipulatio hoc modo concepta.* Iason & Dd. *in l. pactum quod dotali. C. de pact.* Bart. Iason & Castrens. *in l. vlt. C. eodem.* Bald. *cons. 441. visis statutis. vol. 5.* Alciat. *in l. pacta quae. C. d. tit.* & secutus est Vasq. *libr. 12. §. 18. requis. 29. limit. 1. n. 191. & num. 273.*

10 Vnde intelligi potest, quod contrahentes † matrimonia sub spe futurae successionis decipi possint, idque contra bonã
11 fidem, cui nihil † magis cõuenit, quam ea seruare, quae placu-
12 erunt, maxime in pactis dotalibus, quae debent † esse sine dolo & fraude. *l. de die. l. si liberis. ff. de pact. dotalib.* Atquin illae leges loquuntur potius de ipsius dotis constitutione, ne eius con-
13 ditio fiat deterior, idcirco huiusmodi pacta † dotalia non tam respectu futurae successionis, quam dotis conseruandae causa rata habentur. *l. 1. & per totum. ff. de pact. dotalib. & per totum C. eodem, de pact. conuent.* Qua de re cum illa conditio deterioris futurae successionis non sustinet causam matrimonii respondit Bald. contrahentibus tali pacto nuptias, quod stultitiae imputent, se ita contraxisse. Quia ista deceptio non respicit
14 essentiam † matrimonii, ideoque decepto non datur aliquod remedium vel restitutio in integrum, explicat Bald. *in l. Archimedoram. num. 10. & num. 11. C. vt in possess. legat. nomine.*
15 Quia quod iura boni mores non † admittunt, neque illud stipulatione vel vlla pactione stabiliri vel confirmari potest. *l. nõ dubium. C. de legib. l. iurisgentium. §. generaliter. l. contra iuris.* ibi gl. & Bart. *ff. de pactis.* Qua de causa, si pater postea conficiendo testamentum à pacto futurae successionis recesserit, & successionem futuram, quam promiserit filio, filiaeue reuocauerit, vltima voluntas praeualet, & derogat pactis dotalibus, textus *in l. pactum quod dotale.* ibi Bart. Bald. Castrens. & Iason *in l. licet. C. de pact. l. pactum dotale. C. de collat.* ibidem Dd. Et haec de pacto

vni-

vniuersali futuræ successionis acquirendæ iure ciuili sibi locum vendicare in dubium non venit, cum † voluntas hominis de futura successione vsq; ad exitum vitæ debeat esse ambulatoria. *l.4.* ibi Accurs. & Bart. *ff. de legat. adimend.* 17

Verum si pactum non comprehendit vniuersalem testatoris successioné, consuetudine † & vsu plerumq; receptum est, quod pactum futuræ successionis acquirendæ præualet testamento postea facto. Exempli causa, si pater in pactis dotalib. conuenerit, quod filius vel filia se mortuo cum aliis liberis æqualiter succedere debeat, vel quod vnus liberorum præ cæteris aliquam portionem recipiat, pacto standum est: cui pater † postea testando nihil derogare potest. Et in hoc limitatur ius ciuile per vsum seu consuetudinem, clare Ias. *in d. l. pactum quod dotale. 4. limitat. C. de pact. per c. mulier. titul. de fil. natural. ex mat. & c. filii nati. tit. si de feud. fuerit controuers. in dom. & agnat.* ibidem Bald. & Aluarot. Bald. *in d. l. pactum dotale. n. 4.* ait, quod pactum † de futura successione de cõsuetudine valet, ibidem & Bart. *in fin.* inquit, quod huiusmodi pactũ vsus approbauit, & Castrens. *num.* 8. ibidem etiam Iason *num. 4. C. de collat.* Bald. *in l. Archimedoram. C. vt in possess. legator nomine.* Alciat. *in d. l. pactum quod dotale. Cod. de pact.* scribit, receptiorem esse sententiam, & Viglius erudite *in §. accessit, in verbo, libripendæ. in fin. Instit. de testament.* legentes secus improbat, copiose Tiraquellus allegat Dec. & alios *q. 7. in tract. de iure primogenior.* aitque ita iudicatum fuisse, ibidem affirmat, tale pactum semper ita intelligendum, ne cæteri liberi † sua legitima defraudentur. Est enim optima † legum interpres consuetudo. *l. si de interpretatione. l. ergo. ff. de legib.* Qua de causa ius ciuile, quod de moribus allegatur, tantæ æstimationis non est censendum, vt aliarum nationum statuta & receptas consuetudines, quæ non sunt contra ius naturale, tollere possit. Vtiq; ipsæ leges non alia ex causa nos tenẽt, quam q̃ populi iudicio receptæ sunt, ideoq; ius, quod consuetudine (qua maxima pars mundi regitur) intro-

18 19 20 21 22

23 introductum est, non minus pro lege custodiri † debet, quam ipsæ leges. *l. de quibus. l. diuturna. l. minime. ff. de legibus. l. venditor fundi. ff. de seritut. præd. vrbanor.*

Neque est contra naturalem rationem, vt quis sibi legem
24 imponat † de non testando, quando illius iuri in rebus suis vtendi ac fruendi vsque ad exitum vitæ nihil derogetur, & se mortuo, quod superest, ex pacto succedens consequitur. Vti-
25 que, si pactum de futura successione acquirenda † foret contra ius diuinum & naturale non admitteretur in milite. *l. licet.*
26 & in casu *l. vlt. C. de pactis.* ibi habetur, quod † pactum futuræ successionis consensu partium confirmetur. Quin etiam
27 quod dicitur de voto captandæ mortis † alienæ, istud est ex quadam suspicione, non vero ex legis necessitate. Bald. *in leg. Archimedorum. C. vt in poss. legat. nom.* & ista suspicio facile cessat in locis, vbi homines synceram religionem, & dextre iustitiam colunt.

Porro non etiam dissonans est à iure ciuili, si quis stipulan-
28 do promittat alicui post mortem sua bona, promissio † in vim causæ mortis censetur valere, ratione stipulationis interpositæ. *l. vnic. C. vt actiones ab hered* gloss. *in l. hereditas. C. de pact. conuent.* Iason *in l. vlt. num. 15.* ibidem & Bart. *num. 11. & num. 18. C. de pact.* dicit esse veram opinionem, & Bartol. *consil. 108. incip. domina Metiola. lib. 2.* & Oldrad. *cons. 139.* Nec alius est sensus *d. l hereditas.* & aliarum legum, quæ pactum futuræ successionis
29 de dote non improbant, sed ne vniuersalis † hereditas extraneo pacto detur, vt verba legis sonant, quæ bona tibi titulo dotis non sunt obligata. *d. l. hereditas.* Vnde intelligi potest,
30 quod pactum dotale sub nomine quotæ bonorum † constitutum firmum sit habendum, *argum. l. si quis argentum. §. si quis. C. de donat.* Ioan. Dilect. *caut. 10. num. 2. tit. de codicill, in tract. de art. testand.* Alexand. *consil. 28. in fin. volum. 3. & consil. 83. volum. 2.* Bellon. *consil. 81. num. 4.* Quod regulare est in pactis † dotalibus, vt
31 firmitatem habeant, *per totum. C. de pact. conuent.* & secutus est

Gail.

Gail.*obseruat.78.lib.2.* Et hoc intelligitur procedere, quando paciscenti aliquid supererit, de quo † testari potest. Bart. Baldus, Alexand. & Iason *in l. vltim. C. de pact.* iidem Dd. *in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verbor. obligat.* Boer. *decis.355.* Roland. à Valle *consil.39. volum.2.* affirmat communem esse opinionem & Pedemont. *decis.100.* 32

Quin etiam pacta & conuentiones vicissitudinariæ, de futura successione inter fratres initæ, agnationis conseruandæ gratia, † vt superuiuens succedat præmorienti, ratæ sunt habendæ. Salycet. copiose *in l. vlt. C. de pact.* Oldrad. *consil.139.* & & Iason *in l. pactum quod dotale. C. eod.* Alexand. *consil.83. volum.2.* Iaso. *in l. si pater puellæ. C. de inoff. testam.* Dd. *in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. oblig.* & secutus est Gail. *obseru.126. in fin. lib.2. pract. obseru.* Campet. *quæst.76. in tract. de dote.* & Oldrad. *d. consil. 139.* late Boer. *decis.204.* scribit, quod tale pactum reciprocum inter fratres initum sit reuocabile, *per l. licet. Cod. de pact.* Curt. iun. *cons.15. prope fin.* 33

Est & speciale inter milites, quod illorum pacta de futura successione † valida habeantur. *d. l. licet.* ibi gloss. Alex. Salyc. & Ias. Quo priuilegio etsi milites specialiter gaudeant: nihilominus ex interpretatione Dd. extenditur † ad alios nobiles, vt illorum vicissitudinariæ conuentiones ratæ sint habendæ. *per c.1. tit. de filiis nat. ex matr. ad marg. in vsib. feud.* ibi Bald. Aluarot. Alexand. quos commemorat Tiraquell. *quæst.6. num.3. in tract. de iure primogenior.* & Iason *in d. l. stipulatio hoc modo concepta:* 34 35

Sæpe huiusmodi pacta inter principes & comites † de futura successione ineuntur & celebrantur, vt ad ius publicũ conducant, & ius agnationis, prosapiæq; conseruent, cuius studio omnes commouemur. Corn. *consil.258. volum.4.* Alexand. *cons. 28. volum.3.* Zasius *consil.1. num.12. lib.2.* Socin. iun. *consil.143. facti proponitur. vol.1.* & secutus est Gail. *obs.127. lib.2.* & scribit Plato de leg. *Quod nemo sit, qui non desideret perpetuum habere † nomen, apud posteros.* 36 37

Quin etiam si pactum seu conuentio ex necessitate con-
38 tractus liciti præambuli de futura successione † peruenerit, obseruanda est. Iason *in d.l.vlt.n. 8. C. de pact. per l. si quis seruum. ff. de act. empt. l. si cum dotem. § si vir. ff. solut. matrimon.* Alexand. & gloss. *in dict. l. vlt.*

De pactis seu donationibus antenuptialibus acquirendæ successionis.

Titvlvs XIII.

SVMMARIA.

1 *Pactis in dotalibus inter coniuges conueniri potest, vt altero sine liberis præmoriente, superstes in bona vel in partem mortui succedat.*

2 *In pactis seu donationibus antenuptialibus, postquam perfectæ fuerunt, reuocatio non habet locum.*

3 *Pacta antenuptialia extenduntur ad bona existentia tempore matrimonii contracti.*

4 *Mulier omnia bona sua in dotem conferre potest, ideoq; de iure succedendi illis potest dicere legem.*

5 *Mulier omnia sua bona in dotem dare potest.*

6 *Pacta dotalia hodie pro arbitrio constituuntur.*

7 *Pactum de vniuersis bonis, auferens in totum liberam testandi facultatem hominibus, est contra bonos mores, & iure ciuili improbatum.*

NOnnunquam in pactis dotalibus stipulationes interuenire solent, vt altero † coniuge sine liberis præmoriente, superstes in bona vel in partem bonorum mortui succedat, statim cõuentione & stipulatione perfecta, obligatio constituitur, sed exactio & executio differtur in tempus conditionis

nis existentis, scilicet mortis. *l. 1. l. lege. Cod. de pact. conuent. l. si ita conuenerit. l. quaris. l. si pater. in princ. ff. de pact. dotalib. l. mulier. §. vltim. ff. ad Trebell.* Oldrad. *cons. 139.* Bart. *cons. 108. volum. 2.* Ang. *in §. fuerat. Instit. de actionibus.* Et in huiusmodi pactis seu donationibus antenuptialibus postquam † perfectæ fuerunt, re- 2
uocatio non habet locum. *l. si ante. l. cum te. l. si tibi. & l. si mater. C. de donat. ante nupt.* & extenduntur talia pacta dotalia tantum ad bona existentia tempore † contracti matrimonii. *l. vlt.* & 3
ibi Dd. *C. de pact.* & Bart. Iason & alii *in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. oblig.*

Quin etiam muliere † omnia sua in dotem conferente, po- 4
test eisdem de iure succedendi dicere legem, quę firmiter obseruáda est. *l. ob res. §. si extraneus. l. cum dos filia. l. mulier. ff. de pact. dotalib. l. de die. l. si liberis. ff. de pact. dotal. l. cũ hic status. §. si quis sponsam. in verb. ideoq;. & l. penult. ff. de donat. inter vir. & vx. l. 1.* ibi glo. & Dd. *C. de pact. conuent.* Bart. *cons. 108. incip. domina Matiola. vol. 2. & in l. vlt. C. de pact.* Euerhar. late *cons. 56.* mulierem omnia sua bona in dotem † dare posse, probat tex. *in l. mulier. ff. de iure dot.* 5
l. nulla. ibi Accurs. *C. eod. l. ex more.* ibidem *Auth. aqualitas.* cuius tenor est, vt æqualitas in donatione nuptiali reciproce constituatur, *l. cum sponsus. ff. de publ. in rem. action.* atquin ista æqualitas de consuetudine hodie non obseruatur, sed pro arbitrio contrahentium. † constituũtur pacta dotalia. gl. *in d. auth. qua.* 6
ibiq; locorum est recepta. Corn. *cons. 304. in fi. vol. 4.* Guid. Pap. *decis. 565. n. 4.* In qua constitutione & conuentione pactorum antenuptialium cauendum est, ne ad successionem vniuersorum bonorum præsentium & futurorum extẽdatur, quia huiusmodi pactum de vniuersis bonis, auferens † in totum libe- 7
ram potestatem testandi, est contra bonos mores iure ciuili, & inter priuatos improbatum. *l....* ibi Bart. Bald. & Alciat. *l. pactum quod dotal.* ibi Bart. Castrens. & Iason *C. de pact.* Dd. *in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verbor. obligat.*

De pactis, conuentionibus vel donationibus, quæ stante matrimonio inter coniuges fiunt & celebrantur.

Titvlvs XIV.

Svmmaria.

1 *Iure Romano conuentiones seu donationes inter coniuges, stante matrimonio non valent.*

2 *Conuentiones & donationes inter coniuges stante matrimonio sibi locum vendicare possunt, si alter in vita non fiat pauperior, alter ditior.*

3 *Conuentioni vicissitudinariæ euentus mortis legem dicit.*

4 *Conuentio vel donatio inter cōiuges rationem habere potest, quod contemplatione causæ mortis fiat.*

5 *Conuentio seu donatio vicissitudinaria inter coniuges habetur quasi quædam permutatio.*

6 *Conuentiones mutuæ seu donationes inter coniuges inueterata consuetudine in Germania receptæ sunt.*

7 *Pactiones, conuentiones vel donationes inter coniuges vno tempore fieri debent, alias non valent.*

8 *Conuentio seu donatio mutua inter coniuges perfecta, insinuatione vel traditione non habet opus.*

9 *Donatio remuneratoria insinuatione non eget.*

10 *Conuentio seu donatio, quæ fit ob causam mortis, à lege ipsa reuocatur, quando donatarius præmoritur donatori.*

11 *Mentio mortis quoties in actu donationis fit, semper intelligitur donatio causa mortis.*

12 *Conuentio vel donatio, stante matrimonio, inter coniuges facta, expresse vel tacite reuocari potest.*

13 *Conuentio seu donatio reuocatur, si donatarius impias manus in donatorem coniecerit.*

Iure

IVre Romano olim conuentiones ſeu donationes, ſtante matrimonio inter coniuges factæ, duas ob cauſas erant prohibitæ, ne videlicet coniuges mutuo amore ſe inuicem ſpoliarent, deinde ſæpius facto diuortio, ne pretio reconciliatio fieret, eſſentque matrimonia venalia, & ſequeretur, vt deterior exiſteret ditior, & melior pauperior, *per l.1. l.2. & 3. ff. de donationib. inter vir. & vx.* ibi dicitur, quod ipſo iure conuentiones vel donationes inter † coniuges ſtante matrimonio 1
non valeant. Cuius iuris obſeruantia cum rigoroſa populo videbatur, Antonius Imperator autor Senatui cenſendi fuit, vt iſte rigor iuris ciuilis aliquo modo relaxaretur. Quo factũ eſt, vt conuentiones ſeu donationes ſtante matrimonio inter coniuges ſibi locum † vendicare poſſint, idque tali lege & 2
conditione, ne in vita alter fieret pauperior, & alter ditior. Quo facto conuentio ſeu donatio reuocari poteſt, *l. cum hic ſtatus. l.3. l. ſi ſponſus. §. cum igitur. §. vlt. l. ſi id. §. ſi decem. ff. de donat. inter virum & vxor. cap. vlt.* ibi gloſſ. & Panormit. *d. tit.* Et per conſequens huiuſmodi viciſſitudinariæ † conuentioni ſeu 3
donationi inter coniuges, euentus mortis legem dicit. *l. quod autem. §. vir & vxor. d. l. cum hic ſtatus. ff. de donat. inter virum & vxor.* Cyn. Bald. Caſtrenſ. & Iaſon *in l. ſi pater puellæ. C. de inoffic. teſtament.* Oldrad. *conſ.139.* Roman. *conſil.146. num.3.* Ioan. And. *in addit. Speculator tit. de inſtrument. edit. §. porro.*

Quin etiam huiuſmodi conuentio † vel donatio inter 4
coniuges rationem habere poteſt, vt contemplatione cauſæ mortis fiat, idcirco propter dubium euentum alteri ab altero non præiudicatur, ſed habetur pactio viciſſitudinaria vel donatio, quaſi † quædam permutatio in vim cauſæ mortis, rata, 5
Oldrad. *d. conſil.139.* Accurſ. *in l. quod autem. in verbo, donationem. ff. de donat. inter virum & vxor.* eſt communis concluſio. Franciſc. Viuius *in verbo pactum. num.12. lib.12. in tract. comm. opinion.* & ita in Camera Imperiali iudicatum eſſe atteſtatur. Mynſinger *obſer.33. cent.2.* quia huiuſmodi pactiones † ſeu donationes 6

reciprocæ inter coniuges inueterata conſuetudine in Germania receptæ ſunt copioſe & Mynſing.*conſ.49.decad.5.*

7 Eſt & in huiuſmodi reciprocis † cōuentionibus vel donationibus obſeruandum, ne diuerſo ſed vno tempore celebrentur atque conficiantur inter coniuges, alias non valent, Cæpoll.*cautel.112.* Decius *conſil.63.num.4.* Zaſius *conſ.1.num.3. volum...* Hypol.*ſingul.333.* & ſecutus eſt Hartman.*libr.2.titul.de donat.practicar.obſeruat.* Et ita mutua conuentione vel pactio-
8 ne ſeu donatione inter coniuges perfecta, inſinuatione † vel traditione non habet opus.*d.l.ſi pater puellæ.* ibi ait Salyc.menti
9 eſſe tenendum.*in l.vlt.num.9.C.de pact.* Et quod donatio † remuneratoria inſinuatione non egeat, cum ob cauſam vtriuſque paciſcentis fiat, gloſſ.& Bald.affirmant *in l. licet. C. de pact.* Alex.*conſ.83.n.18. vol.1.* refert omnes ita tenere. Nicol.Euerhard.*conſ.60.* & Mynſing.*dict.conſ.49.& d.obſeruat.33.* Boer.*deciſ.355.* & Gail.*obſ.126.lib.2.practicar.* ſcribit, talem conuentionem propter ingratitudinem non reuocari, per gloſſ. *in l. quod autem.§.ſi vir & vxor.ff.de donat.inter vir.& vxor.* Rom.*conſil.486.* Roland. à Valle *conſil.77. lib.1.* qui tamen hoc non firmat, niſi donatio inter virum & vxorem fuerit iuramento ab initio ſtabilitum alias conuentio vel donatio, quæ fit ob cauſam mor-
10 tis, à lege ipſa reuocatur, quando donatarius † præmoritur donatori.*d. l.ſi vir vxori. §. vxor viro.ff. de donat. inter virum & vxor.l.etiam.l.à marito.C.eod.* Vtique quoties in huiuſmodi actu fit mentio mortis in translatione bonorum, ſemper intelligi-
11 tur † donatio cauſa mortis.Bart.*in l.licet. in fin. C. de pact. l.Seia. ff.de donat.cauſ.mort.* & iſta donatio eſt reuocabilis.*l.ſi mortis.l.2.* ibi Accurſ.*ff de donat.cauſ.mort.* Quo fit etiam, vt conuentio
12 vel donatio, ſtante matrimonio inter coniuges celebrata, expreſſe vel tacite reuocari poſſit *l.cum hic ſtatus. l.3.l.ſi ſponſus.§. cum igitur.ff.de donat.inter virum & vxor.l.ſi maritus. l.à marito.C. eodem.*

Quinetiam reuocatur huiuſmodi conuentio vel donatio, ſi do-

ſi donatarius † impias manus vapulando in donatorem, vel 13
ſimile graue crimen coniecerit, late Corn. *conſil. 162 volum. 2. per l. vlt. C. de reuocand. donat.*

De pacto futuræ ſucceſſionis conſeruandæ.

Titvlvs XV.

SVMMARIA.

1 *Pactum futuræ ſucceſſionis conſeruandæ eſt à voto, captandæ mortis alienæ abſonans: idcirco teſtamenti factionem non impedit.*

2 *Pactum dotale, quod bona mariti, ſi ſine liberis decedat, ad ſuos agnatos deuolui debeant, ratum eſt habendum.*

3 *Pacto poteſt quis cauere, vt ſibi ſucceſſio ad quam habet expectationem, conſeruetur.*

4 *Pactis dotalibus inter coniuges conueniri poteſt, vt lucrum acquiſitum ſtante matrimonio ſit commune.*

5 *Vxor cum marito ſocietatem contrahit.*

6 *Vxor quodammodo in ſocietate cum marito eſt domina.*

7 *Vigent pluribus in locis ſtatuta & conſuetudines, quod damna & lucra, ſtante matrimonio ſunt communia.*

8 *Maritus portionem bonorum acquiſitorum ad vxorem pertinentem alienare non poteſt.*

9 *Iure ciuili bona acquiſita, inter coniuges ſunt communia.*

10 *Lucrum inter maritum & vxorem æqualiter diuiditur.*

11 *Vxor ſtipulando cum marito partem rei ſtipulatæ ſibi acquirit.*

12 *Ius ciuile, ſtatuta & conſuetudines de lucro acquirendo coniugum ſtante matrimonio conueniunt.*

13 *Matrimonio durante damnum contingens vel incidens ad maritum pertinet, ſalua dote mulieris.*

14 *Vxor*

14 *Vxor in bonis mariti omnibus creditoribus præfertur.*

1 CONuentio seu pactum futuræ successionis † conseruandæ, est à voto mortis alienæ captandæ absonans, idcirco testamenti factionem in totum non impedit. Bartol. & Dd. *in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verbor. oblig.* Salyc. *in l. pactum quod dotale. num. 3. C. de pact.*

2 Exempli causa, pactis dotalibus si caueatur, quod † bona mariti sine liberis vita decedentis, ad suos agnatos deuolui debeant, vel etiam bona dotalia vxoris, vt ad suos proximos heredes perueniant, pactum de futura successione conseruanda, ratum est habendum. *l. vnic. Cod. vt action. ab heredib. l. 1. l. pactum. l. si conuenerit.* gloss. notabilis *in l. hereditas. C. de pact. conuent.* Oldrad. *consil. 139.* Bart. Bald. & Iason *in l. vltim. C. de pact.* Zasius & Dd. *in d. l. stipulatio hoc modo concepta. l. si quis ita. §. ea lege. ff. de verb. obligat.* Bart *cons. 72. ex facto. volum. 1. l. cum dos filiæ. ff. de pact. dotalib.* Ioann. Campetz. *quæst. 78. in tract. de dotib.* Eodem pertinet si quis habet ius succedendi in spe, ne illo iu-
3 re in futurum defraudetur, potest pacto cauere, vt † sibi successio in futurum conseruetur. *§. vlt. Institut. de legit. agnat. success.* ibi filio instante pater illum emancipauit reseruando sibi ius succedendi. Bart. Bald. Castrens. & Iason *in dict. l. vlt. C. de pact.* Bartol. Iason & Zasius *in d. l. stipulatio hoc modo concepta.*

Quin etiam in pactis dotalibus inter coniuges conueniri
4 potest, vt stante matrimonio † lucrum ex bonis, vel ex industria vtriusque coniugis acquisitum, sit commune. *argum. l. coiri. l. societ. es. ff. pro socio. argum. l. vnic. §. illo procul dubio. C. de rei vxor. act. l. si pater. l. ob res. ff. de pact. dotalib. l. sororem.* ibi ait Bald. vxorem
5 cum marito societatem † contrahere. *C. de condit. instit.* Et so-
6 cietas † vitæ cum marito vxorem quodammodo dominam efficit. *l. 1. ff. de act. rer. amotar. l. aduersus. C. crimine expil. heredit.*

7 Vigent etiam † pluribus in locis statuta & inueteratæ consuetudines, quod damna & lucra durante matrimonio sunt communia inter coniuges, quibus in istis locis standum est,

non

non attenta iuris ciuilis diſpoſitione. *l. diurna. l. ſed ea. ff. de legib. l. 1. quæ ſit long. conſuetud.* & copioſe ſcribit Petr. Pechius *c. 1. lib. 2. de teſtament. coniug.* Deinde ſtante huiuſmodi ſtatuto de damno & lucro acquirendo inter coniuges, conſequens eſt, quod neque maritus portionem bonorum acquiſitorum vxoris, neque portionem mariti vxor † alienare, vel in alium 8
transferre poſſit, niſi alter alienationi conſentiat, Bald. *conſil. 235. incip. ſtatuto Tergeſti. volum. 2.* & ſecutus eſt Pechius *in d. loc.* & explicat pulchre Didac. Couar. *cap. 19. lib. 3. variarum reſolut.* recenſet Anchoran. *conſ. 102. num. 6. incipien. quæſtio.* Euerhard. *conſil. 53. & conſil. 56.* Quin etiam, conſuetudine ſeu ſtatuto ceſſante, iuri ciuili conſonans eſt, vt bona acquiſita ſtante matrimonio † viro & vxori cenſeantur eſſe communia, 9
vtpote ſi quid ex bonis communibus vel communi pecunia emerunt, vel ſua induſtria acquiſierunt, vtrique † pro dimi- 10
dia portione acquiritur *c. ſignificauit.* ibi gloſſ. & Panormitan. *extra de donat. inter vir. & vx. l. 1. ff. de actione rer. amotar. l. aduerſus. Cod. de crimine expil. heredit.* Bald. *dict. conſil. 232. volum. 1. in fin.* & Bald. *conſil. 299. incipien. dicunt Petrus. volum. 1.* Alexand. *conſil. 133. volum. 4.* Diuiditur enim lucrum inter maritum & vxorem æqualiter ratione ſocietatis. *l. 1. l. coiri. l. ſi non fuerunt. ff. pro ſocio.* Quo etiam euenit, vt vxor ſtipulando cum marito † ſibi par- 11
tem rei ſtipulatæ acquirat. Alexand. *d. conſ. 133.* & congeſſit caſus plures Andreas Alciatus *regul. 3. præſump. 26. in tract. de præſumpt.* Bellon. *conſil. 17.* & Philipp. Portius *concluſ. 14. in tractatu com. opinionum.* Et ita licet ius ciuile & ſtatuta ſeu conſuetudines in eo conueniunt, vt lucra † ſtante matrimonio inter con- 12
iuges ſint communia, tamen de damno contingenti & incidenti, ſtante matrimonio ius ciuile à ſtatutis & conſuetudinibus diſcrepat, ſcilicet, quod damnum ad maritum † ſolummodo pertineat, vxori dote ſalua manente, in qua & omnibus † creditoribus præfertur *l. aſſiduis.* ibi Martinus gloſſat. 13
Bald. & Salycet. *C. qui potior. in pignor. hab. & l. in rebus. C. de iure dotium.*

dotium. & ita in Camera Imperiali obſeruari atteſtatur Myn-ſinger *obſeruat. 13. centur. 4.* & Gail. *obſeruat. 71. in princip. libr. 2. practicar. obſeruat.*

De Pacto ſucceſſionis futuræ amittendæ.

Titvlvs XVI.

SVMMARIA.

1 *Pactum futuræ ſucceſſionis amittendæ, cum voto mortis alienæ captandæ ſucceſſionis non ſubiicitur, firmum eſt habendum.*

2 *Iuri ſuo renunciare cuilibet liberum eſt.*

3 *Rei ſuæ quilibet eſt moderator & dominus.*

4 *Pactum à contrahente matrimonium initum, ſe nihil amplius petere velle, validum habetur, etiamſi iuramentum non interuenerit, modo contrahens ſua legitima non defraudetur.*

5 *Legitima non renunciatur, niſi ſpecialiter hoc actum fuerit.*

6 *Renunciatio ſimplex non diminuit vel non aufert legitimam.*

7 *Frater ſi aliquam portionem adſignat ſorori, qua dicit illa ſe velle eſſe contentam, non prohibetur poſtea petere, quod deeſt legitimæ.*

8 *Filia ſi fratri iuramentum paciſcendo præſtiterit, ſe nihil amplius petituram, pacto ſtare tenetur.*

9 *Iure canonico introductum eſt, ſi filia paternæ hereditati tempore elocationis cum iuramento renunciat, ad ſupplementum legitimæ agere nequit.*

10 *Iure canonico pactum futuræ ſucceſſionis amittendæ, cum iuramento ſtabilitum, valere poteſt.*

11 *Filia dotata ex proprio contractu iuramento firmato obligari poteſt, contra quem neque ipſa, neque eius heredes venire poſſunt.*

12 *Filia ſi patrem noluit offendere, vel dolo ad renunciationem fuerit inducta, vt iuramentum præſtaret, poteſt contra pactum venire, petita*

petita absolutione prius à iuramento.

13 *Iuramentum non debet esse vinculum iniquitatis.*

14 *Iure ciuili pactum futuræ successionis amittendæ, iuramento non confirmatur.*

15 *Potestate in Canonistarum esse non debet iustas leges ciuiles corrigere, vt sentit recte Carolus Molinæus.*

16 *Filius vel filia si dote accepta contenta fuerit, & tantum acceperit, quantum sibi ratione legitimæ debetur, non vitiat patris testamentum præteritio, neque potest filia patris elogium impugnare.*

17 *Legitimæ si quid deest, filia supplementum petere potest.*

18 *Consuetudine pacta de futura successione siue renunciatione valere possunt.*

19 *Filiæ dotatæ si de consuetudine excludūtur consuetudini standū est.*

20 *Consuetudines pluribus in locis Italiæ existunt, quod filiæ dotatæ excluduntur.*

21 *Dote in constituenda statutum vel consuetudo loci est attendenda, nec ad rem facit, quod vna filia plus altera acceperit.*

22 *Masculis extantibus fœminæ à successione parentum excluduntur.*

23 *Familiarum dignitas per masculos conseruatur, diuitiis floret, masculi pugnant pro republica, onera & ciuilia munera sustinent.*

24 *Masculi potiora iura habent in hereditate parētum, quam fœminæ.*

25 *Reipublicæ interest, vt familiæ per masculos conseruentur.*

26 *Familia per fœminas potius extinguitur, quam conseruatur.*

IN pacto futuræ successionis amittendæ votum captandæ mortis alienæ plane cessat: idcirco † iure firmum habetur. 1
Bart. & Dd. *in l. vlt. C. de pact.* confirmaturque tale pactum de futura successione amittenda ex generali regula, quod cuilibet liberum est † iuri suo, & fauori renunciare. *l. si quis in con-* 2
scribendo. ibi Bart. Bald. & Iason *Cod. de pact.* & quilibet † rei suæ 3
est moderator & dominus. *l. in re mandata. C. mand.* etiam abutendo. *l. sed & si lege. §. consuluit. versicul. cum re sua. ff. de petit. heredit.*

4 Quo euenit, quod pactum à contrahente † matrimonium initum, ſe nihil in poſterum amplius petere velle, ſtabile & validum habeatur, etiamſi iuramentum non interuenerit, modo contrahens in ſua legitima non defraudetur. *arg.l.1.§.ſi parens.ff.ſi quis à patre manum.fuerit.* ibi Bart. & Bald. *in l.ſi quando §.illud.C.de inoff.teſtam.* Panormit. *conſil.116.* Quia legitimæ nō
5 renunciatur, niſi ſpecialiter † hoc actum fuerit. *d.l.ſi quando.* ibi Bart.Bald.Caſtrenſ.& Iaſ. *C.de inoff.teſtam.* Caſtrenſ. *conſ.73. lib.1.in fin.* Ioan.Dilect. *tit.3.caut.42.in tract.de art.teſtan.* & Mynſing. *obſ.36.centur.1.* Quo fit vt generalis renunciatio non ſuffi-
6 ciat ad diminutionem vel † ablationem legitimæ, veluti ſi frater ſorori aſſignat aliquam partem bonorum, qua parte ſoror dicet ſe eſſe contentam, neque amplius petere velle, nihilo-
7 minus tamen, quod deeſt legitimæ, poſtea ſoror exigere poteſt. Bald. *in l.de his.in princ.C.de tranſact.* Grammat. *deciſ.57.n.26.* Hieron.Schurf. *conſ.26.cent.1.* Afflict. *deciſ.118.n.3.* Quod diuerſitatem rationis habet, ſi filia fratri iuramentum præſtiterit
8 paciſcendo, ſe nihil amplius petere velle, pacto ſtare † tenetur, etiamſi minus legitima conſequatur. Bart.& Dd. *in l.vlt.C.de pact.* Bald. *in auth.ſacramenta puberum.C.ſi aduerſ.vendit.* Bald. & Imol. *in l.ſtipulatio hoc modo concepta ff.de verb.oblig.* Couarru. *in cap.quamuis.§.1.de pact.& reconuent.* Iaſ. *in l.vlt.num.29.C.de pact.* Cuius iuris obſeruantia de iuramento præſtando iure canonico introducta eſt, nimirum ſi filia tempore elocationis paternæ hereditati cum iuramento renunciat, promittens,
9 quod dote accepta contenta eſſe velit, licet non tantum † acceperit, quantum ſibi debeatur, ad ſupplementum legitimæ agere non poteſt *per d.c.quamuis.C.de pact.c.cum contingit.de iureiur.* ibidem Canoniſtæ, Bart.Bald.& Iaſ. *in l.ſi quando.§.illud.§.generaliter.C.de inoff.teſtam.* Bart. *in l.vlt.n.7.* & Bald. *nu.15.C.de pact.& in l.pactum dotale.C.de collat.* Alex. *conſil.295.vol.5.* Guido Pap. *deciſ.598.& deciſ.295.* & ita iure canonico pactum futuræ
10 ſucceſſionis amittendæ cum iuramento † ſtabilitum valere poteſt.

poteſt. *d.l.ſtipulatio hoc modo concepta.num.28.* ſentit Zaſ. & reliqui Dd. Alexan. *conſ.180.volum.5.* Roman. *conſil.22.* Grammat. *deciſ.57.nu.43.* ibidemque concludit, filiam dotatam iuramento ex proprio † contractu obligari, vt poſtea neque ipſa, neq; 11
eius ſucceſſores contrauenire poſſint, Alexand. *conſ.29.vol.3.* Rom. *in l.pactum dotale.C.de collat.* & Bald. ibidem *& in l.vlt.nu.15.C.de pact.* Guil. Benedict *in c.Raynutius.n.242.de teſtam.* & pro iſta opinione multa congeſſit Didac. Couar. ibidem. *§.1.n.11. per text.l.1.§.ſi vel parens.ff.ſi quis à patre manum.fuerit.* Corn. Iaſ. & Dec. *in d.l.pactũ dotale.C.de collat.* Et hoc de pacto iure canonico procedere in dubium non venit, niſi filia patrem ob reuerentiam noluerit offendere, vel quod dolo vel † alia per- 12
ſuaſione ad renunciationem paternæ hereditatis iuramento fuerit inducta, quo caſu abſolutione à iuramẽto petita & impetrata, filia contra pactum venire poteſt. Bald. *in d.l. pactum dotale.num.7.verſic.venio ad quæſtiones.C.de collat.* Dd. & Zaſ. *in d.l.ſtipulatio hoc modo concepta n.42.* & facit *l.penult.C.de furt.*

Porro iure ciuili an pactum futuræ ſucceſſionis iuramento confirmari poſſit, totidem fere ſunt qui negant, quam qui affirmant, quia iuramentum non debet eſſe vinculum † ini- 13
quitatis. *c.non eſt obligatorium.de reg.iur.* ibi Dyn. Et huiuſmodi pactum futuræ ſucceſſionis amittendæ iuramento ſtabiliri 14
Institutio nulla est si mulier adulterum heredem instituit. 16.2.131. non debet fieri ex aliqua captione, vel metu, seu cupiditate lucri, sed ex mera affectione. 11.1.57. in vno nummo facta rata habetur. 19.1.23. reciproca dicitur, quando sub breuitate sermonis plures substitutiones comprehenduntur. 1.2.167. heredis pure & sub cōditione ex certo tempore, & ad certum tempus fieri potest. 13.2.123. ad certū tempus fieri dicitur, si vxor instituatur & post mortem eius alius. 14. ibid. est de solennitate substantiali in testamento. 16.2.123. expresse vel tacite fieri potest, certo herede nominato. 17.2.123. directo & oblique cōfici potest. 18.2.123. directa quando fiat. 19.2.123. obliqua vel fideicommissaria alia media persona interueniente vires consequitur. 20.2.123

Institutionis titulus dignior est quam legati. 13.1.22

Institutione vulgari in se continente tacitam pupillarem, & pupillo pupillari ætate decedente, tota hereditas deuoluitur ad substitutum. 10.2.158. in pupillari quid præcipue requiratur. 4.2.157

Insti-

Institutus si noluerit parere constitutioni, substitutus succedat. 38.1.27. *si conditione pendente vel die cedente bona dissipat, cautionem fideicommissario præstare tenetur de bonis non dilapidandis, sed restituendis.* 24.2.154

Instituto eo, qui testatori ab intestato succedre potest, à iuris solennitate aliquantulum receditur. 20.1.6

Instrumētum inducit notorium. 27.3.257. *publicum vicem duorum testium gerit.* 18.3.231. *testamenti habet paratā executionem, quo ad possessionem ex edicto diui Hadriani acquirendam, etsi non sit publicatum testamentum.* 3.3.252

Interdictum, quorum bonorum, causam principalem commendat iudicio petitorio. 5.3.241. *per testes probationes admittit, si incontinenti probatio adduci potest.* 3.3.241. *est iuris prætorii adipiscendæ possessionis, & est semiplena summaria probatione contentū, salua causa proprietatis.* 7.3.241. *prætoris de aperiendis & publicandis testamentis generaliter loquitur.* 66.3.185. *quorum legatorum in commodum heredis est introductum continens causam, si quis aliquid nomine legatorum nō ex voluntate heredis occupauit, quod ad restitutionem teneatur.* 1.3.258

Interdicto, quorum bonorum, vt quis experiri posit, tria requiruntur. 9.3.242

Interrogatio quando locum habeat. 7.3.209. *ante litis contestationem facienda est.* 6.3.209. *procedit si testator adhuc potest articulate loqui approbando omnia, quæ in præsentia legūtur.* 12.3.199

Inuentarium debetur heredibus testatoris vel donatoris ab vsufructuario vel vsufructuaria. 1.1.66. *conficere tenetur intra tres menses heres.* 20.1.68. *tenetur heres defuncti cōficere, cuius confectio à testatore in præiudicium creditorum remitti non potest.* 14.1.68. *confici debet de rebus, quas tempore mortis defunctus habuit.* 18.1.68. *in loco scribi debet, vbi bona sita sunt.* 17.1.68

Inuentarii confectio tutori vel curatori à testatore remitti potest. 7.1.67. *causam habet, vt proprietarius scire queat, quæ res vel æstimatio rerum sibi restitui debeat vsufructu finito.* 2.1.66. *remissio fieri potest, ne secreta patrimonii pupilli pandantur.* 8.1.67. *confectionem si remiserit, vel si prohibuerit, testator, confectio solennis inuētarii cesset, attamen descriptio bonorum admittitur.* 4.1.66

Inuentario non confecto, tutor vel curator agere non potest. 6.1.67. *prætermisso probari nequit, quæ res vel quantum restitui debeat.* 3.1.66

Iudex debet magis veritati inhærere, quam apicibus verborum. 28.4.344. *potest tempus deliberandi ex causa vsque ad centum dies abbreuiare.* 2.4.316

Iudicem si iusta causa monet, potest tutori iniungere, vt inuentariū conficiat, posthabita remissione testatoris. 9.1.67

Iudicium petitorium requirit plenam probationem. 6.3.241

Iudicia vltima condere coram quinque testibus rusticis est permissum, vt & nobilibus ruri habitantibus. 1.4.293. *hominum habent certas obseruationes & legum definitiones, sine quibus consistere nequeunt.* 22.3.193

Iuramentum non debet esse vinculum iniquitatis. 13.4.365

Iuramento quis non adstringitur, quin testamentum mutare poterit. 6.1.56

Ius est ars aequi & boni. 33.4.274. acquirendum facilius tollitur quam ius acquisitum. 30.4.321. publicum mutare in arbitrio testatoris non est. 15.3.191. agendi ad supplementũ legitimæ quamdiu liberis competat. 24.1.37. petendi supplementum ad heredes transfertur. 25.1.38. adipiscendæ possessionis per interdictum, quorum bonorum, acquiritur possidenti, sed commutabiliter. 1.3.240. succedendi qui ab intestato non habet, neq; habet ius rumpendi, vel contra tabulas veniendi. 4.2.113. dicendi nullum vsque ad 30. annos durat. 29.1.95. testandi quo ad inuentionem est iuris gentium, quo ad solennitatem iuris ciuilis positiui. 1.1.8. ciuile quo ad numerum testium non est correctum. 7.4.302. non attendit præsentiam presbyteri seu pastoris principalis, nec probat plusquam alius testis. 8. ibid. statuta & consuetudines de lucro acquirendo coniugum stante matrimonio conueniunt. 12.4.361. sanguinis proximiores agnatos facit successores hereditatis. 25.3.244. pignoris vel vsumfructum si testator tantum in re habet, censetur ius illud legasse quod in re habuit. 27.2.147. ius gentium antiquius iure ciuili solennitatem non habet in consideratione. 5.1.78. vetustius est iure ciuili. 20.4.271. patriæ potestatis, quod est proprie ciuium Romanorum, à Germanis non est receptum. 11.1.16. patriæ potestatis suos habet effectus. 2.1.15. naturale parentum successionem liberis defert. 25.1.87

Iuris causam inquirere non licet. 34.4.274

Iuri suo renunciare cuilibet liberum est. 2.4.363. 14.1.73. quis tacendo potest. 28.4.320. competenti non videtur quis renunciare per electionem iuris incompetentis. 33.4.313. adeundi vel immiscẽdi quo ad liberos in effectu non præscribitur spatio triginta annorum. 22.4.319

Iura testamentorum per se firma esse oportet, non ex alterius arbitrio dependere. 20.3.200. per se firma esse oportet, neque debent ex alieno arbitrio dependere. 1.2.144

L.

Laborans vehementer animi consilium non præsumitur habere. 14.3.200. tam vehementer, vt amplius nequeat articulate loqui ipsius responsio nullius est momenti, & habetur mortuo similis. 15.3.200

Legalitas presbyteri parochialis & præsentia duorum testium idoneorum censetur sufficiens ad omnem falsitatem amouendam. 2.4.301

Legatarius ab herede consequitur legatum. 16.1.22. in testamento an possit testis adhiberi. 14.4.278. rei legatæ habet electionem si à testatore nemo nominatus est qui electionem rei legatæ faciat. 35.2.148. non incidit in interdictum prætoris, quando vtitur facultate, quam testator illi concesserit. 14.4.326. in propria causa an testis esse

esse possit.13.4.278.ex concessione testatoris potest propria autoritate legatum acquirere. 15.4.326. etsi ante tempus completũ diem obierit, nihilominus legatũ ad suos heredes trãsmittit. 12.1.53 si palã testatori maledixerit, seu infaustas voces in testatorem iactauerit, legato indignus efficitur. 23.4.336. si aliquid inhonestum commiserit, propter quod in vita testator reuocasset legatũ, censeatur esse donatio legati reuocata. 24.337. cum habeat exceptionẽ ex testamento in continẽti probatam, remouet heredem per exceptionem, quod quis dolo petit quod restituere teneatur. 7.3.249. si moritur ante tempus solutionis, legatũ transmittitur. 50.4.331. quãdo sine vitioso titulo possessionem ingressus est potest cessare restitutio. 4.4.248 si cum vxore testatoris stuprum commiserit, indignus efficitur legato. 15.2.131. in foro cõscientiæ legatum retinere potest. 23.4.272. vsusfructuarius si moritur, antequam moritur vsusfructuarius, transmissioni locus est. 49.4.331

Legatario non accrescit hereditas. 18.1.23

Legatarij, si heres non extat, iudicis officio legata consequi possunt. 16.3.255

Legatariis quot remedia competãt ad consequenda legata. 9.4.325. in testamentis in scriptis omnib. an legari possit. 15.4.278. omnibus in testamento quare legari nequeat. 16.4.279

Legatum quid. 1.4.324. potest nutu, vel epistola, seu qualibet vltima voluntate relinqui, modo quinq; testes adfuerint. 2.4.324. datur ecclesiæ ipsius testatoris. 9.2.122. simpliciter accipiens potest nihilominus dicere testamentum nullum. 27.1.50. Ratio ibid. si tertius nominatus arbitrari non potuerit vel noluerit, ad legatarium deuoluitur electio legati. 34.2.148. nuda voluntate reuocatur, secus est in heredis institutione. 25.4.337. in voluntatem heredis, quasi in arbitrium boni viri collocatum ratum habetur. 28.2.147. relictum ab vno, à sequentibus in gradu non debetur. 19.4.336. extinguitur, si testator à debitore exegerit legatũ, quod illi donauerit. 20.4.336. si testator ex volũtaria causa alienauit, cẽsetur quod legatum adimere voluerit. 21.ibid. si testator ab illo repetiit, cui donauit, cẽsetur à donatione legati recessisse. 22.ibid. virgini relictum, ne nubat, postea nuptiis contractis æque legatum cõsequi potest. 39.4.350. virgini relictum, si nupserit & moritur, prius quam nuptias contraxerit, legatum extinguitur. 41.4.330. à certa persona relictum, quæ testatori non succedit, extinguitur. 18.4.336. sub conditione vel sub die incerto relictum, si legatarius decesserit antequam conditio extiterit, non transmittitur. 51.4.331. vxori relictum ne nubat, si postea nuptias contraxerit, legatum amittit. 40.4.330. dilectæ personæ sine conditione hereditatis debetur legatario. 38.4.329

Legati dies quando cedere incipiat. 44.4.330. & seq. dominium statim testatore mortuo absque facto hominis in legatarium transit. 10.4.325

Legata ex codicillis præstanda. 3.4.325. ante testamentum in codicillis data quatenus firma maneant. 4.4.325. ex testamen-

stamento quatenus non debeantur. 2.4. 333. debentur aliis ex testamento, in quo pia causa coram duobus testibus est instituta. 12.4.303. etiam errore circa heredis institutionem commisso. 16. 4.326. hereditate ex testamento non adita, legatariis non debentur. 14.4. 204. debentur, licet ex causa exheredationis vel praeteritionis testamentum irritum fiat. 17.4.327. ab intestato repetita debentur, etiamsi non adeatur hereditas. 12. 4. 326. post aeris alieni solutionem sunt soluenda. 42.4.330. praestantur ex testamento rupto, non ex clausula codicillari. 48.3.218. hodie debentur etiamsi filius vel posthumus scienter à testatore sit praeteritus. 33.4. 328. nuda voluntate conseruantur & adimuntur. 29.4.328. ex testamento debentur, licet testator nomina heredum cancellauerit. 34.4.329. debentur, si ex testamento hereditas adeatur. 7.4.325. nuda voluntate testatoris legatario adimi possunt. 13.4.335 ad pias causas nō debentur, si laicus coram duobus aut tribus testibus instituitur. 37.4. 329. ad pias causas debentur, etsi ex testamento hereditas non adeatur. 35.4. 329. ad pias causas hereditate ex testamento non adita non debentur, secundum communem opinionem. 36.4.329

Legitima non est pars hereditatis sed bonorum. 14.1.36

Legitima in vita patris non debetur liberis. 35.1.39. relinquenda est liberis honorabili titulo institutionis. 8.1.35. hodie est triēs, si quatuor sunt liberi, si vero quinque & plures sunt liberi est semis. 9.1.35

Legitima liberis iure naturae & ciuili sine grauamine & adiectione poena debetur. 15.1.48. & 32.1.39. non tam ex iudicio testatoris quā prouisione iuris naturalis liberis debetur. 6.1.35. ex substantia parentum liberis debetur. 2.1.34. statuto minui potest, sed non in totum tolli. 29. 1.38. liberis debetur sine omni conditione & grauamine. 10.1.35. debetur heredib. impuberis. 21.2.161. competit liberis loco alimentorum. 3.1.35. non minus debetur liberis in monasterium ingressis, quam nuptias contrahentibus. 26.1.38

Legitima vsumfructū à tempore mortis patris filius consequi potest. 11.1.36

Legitima si dilatio est adiecta ad prouisionē in commodū filij, vtpote ad tēpus pubertatis, dilatio non est reiicienda. 12.1. 36. si quid deest, filia supplementū petere potest. 17.4.366. non renunciatur, nisi specialiter hoc actum fuerit. 5.4.364

Legitima ascendentib. relicta contentos esse oportet. 16.2.118. cum filius hodie contentus esse debet, quid requiratur. 12.1. 79. si liberi contenti esse debent, testamentum coram duobus testibus factum non valet. 9.1.78

Lex est certa & vniuersalis. 28.4.273. lex vbi pedem figit nos sistere oportet. 29.4. 273. 6.4.334. in testamento minori numero quam septenario fidem non habet. 5.4.334. ipsa propter praeteritionem vnius fratris testamētum pro nullo habet. 25.1.94. generaliter loquens etiam comprehendit personas priuilegiatas. 9. 4.302. vlt. C. famil. ercisc. loquitur de diuisoria voluntate, ex qua liberi ab intestato patri succedunt. 14.1.79

Legem de non testando vt quis sibi imponat, nõ est contra naturalem rationem. 24. 4.352

Leges ciuiles iustas corrigere in potestate Canonistarum esse non debet. 15.4.365

Liberi iure Romano alij dicuntur sui, alij emancipati, à patria potestate dimissi. 1.1.20. *sui viuente patre loco domini habentur, statim mortuo patre immisti esse censentur.* 2.1.20. *censentur semper immisti, nisi abstineant quod prætor eis permittit.* 4.4.317. *olim quolibet casu præteriti etiam hodie testamentum nullum dicere possunt.* 13.1.92. *naturales ex testamento patris imperfecto ius succedendi non habent.* 32.1.82. *cum non sunt sub patria potestate libere de suis rebus testari possunt.* 20.1.18.

Liberi quando legitima contenti esse debent, plane requiritur honorabilis titulus institutionis. 20.1.23. *patre adhuc viuente existimantur quodammodo esse domini, & per consequens se immiscuisse hereditati censentur.* 10.4.317. *honorabili titulo institutionis sunt instituendi.* 16.1.48. *si momentum temporis superuixerunt, mortuo patre substitutio euanescit.* 8.1.53. *heredes in testamento patris instituendi sunt: quibus præteritis statim testamentum nullum est.* 3.1.20. *tenentur parentibus idem ius tribuere, cuius & ipsi expectationem à parentibus habent.* 3.2.108. *si aliqua portione accepta debent esse contenti, portio honorabili titulo institutionis illis est aßignanda.* 12.1.21. *quando se abstinuerint, creditoribus instantibus probatio incumbit tanquam fundamentum suæ petitionis.* 31.4.317. *heredes nominatim instituendi vel rite exheredandi sunt.* 25.1.24. *ad successionem parentum magnum habent fauorem.* 20. 4.319. *hereditatem non aditam ad quoscunque transmittunt.* 16.4.318. *in monasterium ingreßi quibusdam in locis nihil amplius petere possunt.* 28.1.38. *ab intestato adstringi nequeunt, vt legitima contenti sint.* 20.1.86. *vel posthumi secundum consilium Galli & legis Velleia. instituendi sunt, ne rumpant testamentum.* 19.4.327. *apud Gallos non parentibus, sed sibi acquirunt.* 7.1.16. *Germanorum de rebus suis testari possunt, non obstante patria potestate.* 18.1.17. *Germanorum habentur habiles ad testandum, quando ad illam ætatem peruenerunt, vt testari poßint.* 12.1.16. *Germanorum à patria potestate simulate liberantur, quando nuptias contrahunt, vel propriam familiam habere cœperunt.* 17.1.17

Liberis existentibus testamentum ab initio dicitur nullum. 23.4.327. *in testamento coram duobus aut tribus testibus institutis, præualet posterius testamento priori in quo extranei instituti sunt.* 15.4.342. *integram legitimam aßignare hodie non est necessarium.* 22.1.37. *etsi vltra debitam portionem in legatis adsignetur, nihilominus testamẽtum nullum dicere possunt.* 45.3.217. *hodie sine iusta causa ex heredatis querela nõ est opus.* 13.1.100. *aliis existentibus vel descendentibus exclusus manet exclusus,*

clusus, neque ex capite, vnde legitimi, neque ex capite, vnde cognati admittitur. 25.4.320. non signis portiones sunt aßignandæ, sed inter illos diuisio ita est temperanda, ne postea maneat locus contentionibus. 11.1.79

Lingua est character mentis, qua silente nulla potest esse contestatio voluntatis. 31.3.202

Longobardi ortum vnde habeant. 13.1.17

Lucrum ex qua persona quis capit, eius factum etiam probare tenetur. 40.4.313

M.

MAnu notarij si est attestatum, quod ipse cancellauerit, vel aliquid in margine adiecerit, tali adiectu non vitiatur testamentum. 14.3.263

Manzeres sunt etiam spurij ex parentibus nati, inter quos matrimonium consistere non potest. 5.2.129

Maritus portionem bonorum acquisitorum ad vxorem pertinentem alienare nō potest. 8.4.361. cum vxorem lugere non tenetur, liberum est infra annum matrimonium contrahere & donatum reseruare. 35.2.135. si quinquennium tacuerit videtur vxori remisisse adulterium. 23.2.132. si vult vxorem de adulterio accusare tenetur se inscribere, & si non probat in pœnam incidit. 21.2.132. si in se postremum iudicium vxoris maritali sermone prouocauerit, criminosum non fecit. 3.1.55

Masculi potiora iura habent in hereditate parentum, quam fœminæ. 24.4.367

Mater potest vulgariter substituere, licet liberos non habeat in potestate. 15.2.160. si successioni paternæ renunciauerit & ante filium decesserit potest filius nō iure repræsentationis, sed ex sua propria persona auo succedere. 18.4.313. si in bonis liberis obuenientibus ab intestato succedere potest, quatenus in illis bonis est præterita, testamentum impugnare potest. 11.2.114. cum liberos non habet in potestate eis substituere nequit. 9.2.158. vel filia, cum per statutum à successione ab intestato excluditur, testamentum impugnare non potest. 3.2.113

Matris testamentum nullum sicut & patris est, si filius sine causa exheredatur vel præteritur. 15.1.100

Matre seu filia à testatore præterita, contra testamentum præterita venire possit. 2.2.113

Matrimonium debet esse liberum. 20.1.49.

Matrimonium contrahentes sub futura successionis spe decipi possunt. 10.4.350

Mensis dies si est in schedula prætermissa probatione deficitur, & nihil prodest liberis. 27.1.87

Mente captus ex dilucidis interuallis testari potest. 12.1.10

Mentio mortis quoties in actus donationis fit, semper intelligitur donatio causa mortis. 11.4.357

Ministerium Dei magnū est sacrosanctum matrimonium, ex quo liberi nati suos parentes nominare & demonstrare possunt. 1.2.128

Modus testandi ex alterius arbitrio in iure non est inuentus. 21.3.201

Molestatio de quota hereditatis vxori si infertur,

fertur, ad molestiam sufficit. 10.1.48

Moris est in Italia, quod vxores dominas domius vocant. 7.1.61

Moribus bonis contrarium est de hereditate viuentis pacisci. 1.4.368

Mulier in testamento an possit esse testis. 5.4.276. *& an in codicillis.* 9.4.277. *omnia bona sua in dotem conferre potest, ideoq; de iure succedendi illis potest dicere legem.* 4.4.355. *omnia sua bona in dotem dare potest.* 4. *ibid. si viuo marito de adulterio non fuerit accusata, potest ab heredibus mariti dotem repetere, nõ obstante exceptione de adulterio.* 24.2.132. *si adulterium cõmiserit, non potest in praiudicium mariti vel liberorum de dote testari.* 19.2.132. *propter commissum adulterium cum dotẽ amiserit, cedit dos liberis, extantib. liberis, nõ extantib. dos cedit marito.* 20.2.132. *si intra tempus luctus enixa fuerit, vt indubitatum sit prolem esse mariti defuncti, indigna est hereditate.* 27.2.133. *si aliquid in honestum commiserit, propter quod maritus viuens reuocasset donationem, ex tacita mente testatoris legatum vxori non debetur.* 28.2.133. *ob stuprum non plus amittit, quã à marito acceperit.* 32.2.134. *intra annum luctus nubens iure ciuili sit infamis.* 33.2.134. *propter stuprũ commissum in viduitate omne lucrum perdit, quod ex bonis mariti consequi posset.* 30.2.133

Mulieris testimonium in testamẽto admittitur, quando clausula codicillaris in illo est adiecta, & alias defectus sit testiũ, probat mulier, prout in codicillis. ibid.

Multitudo hominũ in iudicio semper prasumitur adesse. 21.4.298

Mutus & surdus testari nequit. 13.1.10

N.

Naturales ex libera persona nati ab intestato nõ succedunt patri. 12.2.130 *ex concubina nati in duas vncias patri ab intestato succedunt.* 13.2.131

Nemo sine solennitate iuris testamentum facere potest. 15.1.5. *sibi legem imponere potest, à qua ei recedere non licet.* 32.4.344. *potest testamentum nuda voluntate constitui.* 13.3.175. *licentiam alteri dare potest, vt suo nomine testetur.* 6 21.44. *sibi legem dicere potest à qua ei recedere nõ licet.* 17.3.224. *admittitur ad id, quod sibi non prodest, alteri nocet.* 8.2.114. *sibi in rebus alienis heredẽ facere potest.* 4.2.144. *nuda voluntate testamentum sibi constituere potest* 9.3.190

Nepos si instituatur praterito filio, testamentũ non valet, quia nepos non praestat causam praetereundi filium. 9.1.92

Nihil magis naturali aequitati est consentaneum, quã iusta voluntate rem suam in alium transferre. 10.1.4. *interest in fideicommissaria substitutione, an ex testamẽto codicillis vel ab intestato fiat.* 15.2.153

Nobiles ruri habitantes testari possunt coram quinque testibus, sicuti rustici. 49.3.181

Nomen perpetuum apud posteros habere omnes desiderant. 37.4.353. *heredis, ab ipso testatore vel ab octauo scriptore in testamento inserendum est.* 14.3.175

Nomina heredum cum neq; voce testatoris, neq; scriptura heredũ manifestatur, testamentũ nuncupatiuum nullũ est. 16.3.200

Non

Non sufficit dicere, ego sum heres, adij hereditatem, sed & apprehensione opus est. 9.4.317

Nullitas seu falsitas si statim ex testamento apparet, & proximus heres ab intestato ius suum habet in continēti probatum, præfertur petenti possessionem ex testamento. 22.3.244 (4.4.349

Nullum quod est effectū producit nullum.

Numerus testium est substantialis solennitas in testamento, secundum communem Dd. sententiam. 12.4.270. quinque testium iure ciuili in omni vltima voluntate desideratur. 33.3.214. septem testium est à iure ciuili positiuo introductus, ne falsitas in testamēto committatur. 18.4.271

Nuncupatiuo in testamento testis illiteratus esse potest. 7.3.198

O.

OBligatio nulla ex pacto nullo oritur. 5.4.349

Obligatio naturalis sine ciuili nullius est momenti. 36.4.274. non oritur ex testamento imperfecto. 37. ibid.

Obliuio testatoris non debet ei auferre liberam facultatem testandi. 31.4.345

Obliuionis præsumptio inducitur decennio præterlapso, qua de causa validū erit habendum secundum testamētum, etiamsi nulla mentio fiat prioris clausulæ, si decem anni sunt præterlapsi. 34.4.344

Originale testamentū si est perditum, quod antea iudici est ostensum, transumptum fidē facit, vt immissioni sit locus. 8.3.253

P.

PActiones, conuentiones vel donationes inter coniuges vno tempore fieri debent, alias non valent. 7.4.357

Pactum in genere de hereditate incerti hominis validum est habendum. 4.4.368 quando prouenit ex causa in aliquam consequentiam præcedentis contractus, cōsistit. 5.4.368. iure ciuili futuræ successionis amittendæ, iuramento nō confirmatur. 14.4.365. à contrahente matrimonium initum, se nihil amplius petere velle, quatenus validum habeatur. 4.4.364. semper est intelligendum, ne liberi sua legitima defraudentur. 21.4.351. sub quota bonorum cōstitutum firmum est habendum. 30.4.352. dotale firmitatem habet. 31. ibid. ratum habetur quando paciscenti aliquid superer it, de quo testari potest. 32.4.353. per quod induci potest votum captandæ mortis alienæ, est contra ius naturale. 3.4.349. ex necessitate liciti contractus præambuli de futura successione ratum est habendum. 38.4.353. de vniuersis bonis, auferens in totum liberam testandi facultatem hominibus, est contra bonos mores, & iure ciuili improbatum. 7.4.355. dotale, quod bona mariti, si sine liberis decedat, ad suos agnatos deuolui debeant, ratū est habendum. 2.4.360. vniuersale de futura successione acquirenda iureiurando cōfirmari nequit. 9.4.350. de futura successione quare non sit contra ius diuinum vel naturale. 25.4.352. de futura successione viuentis est mutabile. 3.4.368. de futura successione acquirenda iure ciuili improbatur. 1.4.349. de vniuersali successione acquirenda est cōtra bonos mores, auferēs liberam testandi facultatem. 2.4.349

Pactum

Pactum futuræ successionis amittēdæ, cum voto mortis alienæ captandæ successionis non subiicitur, firmū est habendum. 1.4.363. *futuræ successionis conseruandæ est à voto captādæ mortis alienæ absonans: idcirco testamenti factionem non impedit.* 1.4.360

Pacto potest quis cauere, vt sibi successio ad quam habet expectationem, conseruetur. 3.4.360

Pacto standum est, cui pater postea testando, nihil derogare potest. 19.4.351

Pacta de futura successione inter fratres inita, agnationis conseruandæ gratia, vt superueniens succedat præmorienti rata habenda sunt. 33.4.353. *inter milites speciali iure valent.* 34.4.353. *vicissitudinaria de futura successione inter nobiles rata habenda sunt.* 35 ibid. *inter principes & comites de futura successione cur celebrentur.* 36.ibid.

Pacta de futura successione siue renunciatione consuetudine valere possunt. 18.4.366. *dotalia debēt esse sine dolo & fraude.* 12.4 350. *non respectu futuræ successionis, sed dotis conseruandæ causa rata habentur.* 13.ibid. *dotalia hodie pro arbitrio constituuntur.* 6.4.355. *antenuptialia extenduntur ad bona existentia tempore matrimonii contracti.* 3. 4. 355.

Pactis in dotalibus inter coniuges conueniri potest, vt altero sine liberis præmoriente, superstes in bona vel in partē mortui succedat. 1.4.354. *item, vt lucrum acquisitum stante matrimonio sit commune.* 4.4.360. *seu donationibus antenuptialibus, postquam perfectæ fuerunt, reuocatio non habet locum.* 2.4. 355.

Paganus nullus potest pro parte testatus, & pro parte intestatus decedere. 1.2.112 §. *ex imperfecto summopere conducit inter liberos, & facit mortuo patre cessare quæstionem de diuisione hereditatis.* 22. 1.80. *conueniens est voluntati diuisoriæ.* 24.1.81. *quando locum sibi vendicet.* 26.ibid. & 3.1.84. & *quando non.* 27.ibid.

Parentes possunt successionem, quæ liberis debetur, in totum ad legitimam minuere. 1.1.34. *à liberis heredes sunt instituendi.* 4.2.108. *honorabili titulo institutionis à liberis sunt instituendi.* 5.2. 108. *quando dicantur præteriti, & quando possint testamētum dicere nullum.* 6.ibid. *authoritate iuris adstringuntur, vt liberis legitimam adsignent.* 7.1.35

Parentibus institutis quinque testes sufficiunt. 8.4.295. *portio seu legitima est aucta, non secus ac liberis.* 7.2.108. *hodie non licet nisi meritis & iustis de causis liberos præterire, nullo respectu emancipationis vel suitatis.* 14.1.92

Paria sunt esse præteritum, vel non rite exheredatum. 12.1.92. *item testamentum non esse publicatum, vel non legitime publicatum.* 22.3.232

Pariete in medio existente, vt testes non videant testatorem, sed loquentē audiant, testamentum irritum est. 15.4.289

Particula testamenti petenti est edenda, quæ denoscitur ad ipsum spectare. 5. 3. 229.

Pastor principalis ecclesiæ quando non adhibetur,

hibetur, quatuor testes sunt necessarij in testamento iure canonico. 4.4.301. parochialis potest præsentare iure canonico numerum duorum testium. 3.4.301

Pater iure Romano liberis impuberibus de futuro herede prospicere potest, donec ad ætatem peruenerint, qua sibi ipsi heredem constituere poßint. 1.2.156. sibi testamentum facere potest, & pupillarem substitutionē in eodem testamento adiicere. 2.2.157. inter liberos si æqualitatem seruauerit, voluntas sua sine omni solennitate iuris habetur rata. 11.1.21. liberis emancipatis & naturalibus, quos non habet in potestate, pupillariter substituere nequit. 8.2.158. olim iure Romano in liberos habebat vitæ & necis potestatem exercendi. 6.2.157. præsumitur maiorem habere amorem in liberos quam in vxorem. 4.1.60. potest naturalib. liberis ex fœmina natis, cum qua matrimonium contrahere potuit, omnia sua bona donare, aßignata parentibus legitima, si habet parentes. 9.2.130. naturalibus vnam vnciam in testamento relinquere potest, si liberi legitimi ei non sunt. 10.2.130. quando tenetur filiæ alimenta præstare tenetur & dotem dare. 11.8.130. liberis in primo gradu existentibus non potest prohibere quin poßint tertiam partem bonorum detrahere. 22.3.221. habet in bonis filiorum aduentitiorum vsumfructum. 22.1.74. inuentarium conficere, neque cautionem præstare tenetur in bonis filiorum aduentitiorum. 22.1.74. potest vni liberorum plus quam alteri relinquere, modo nullum legitima defraudet. 8.1.78. si filium ex legitima causa exheredat, quam filius veram esse negat, datur illi vltimum remedium, scilicet querela inofficios. testamenti. 20.1.101. habet maiorem authoritatem testandi in solenni testamento, quam in imperfecto. 29.1.82. si duo testamenta inter liberos fecerit, primum reuocatur si posterius liberis est fauorabilius. 17.4.342. si bona filiorum dilapidat, tenetur cautionem & descriptionem præstare. 23.1.75. si dißipat bona filiorum, potest priuari sua administratione. 24.1.75. si non scribit totam schedulam, contestatio est absonans ab auth. quod sine. 12.1.85. in schedula debet tempus ac diem inserere, nomina liberorum indicare, & cuique suam portionem aßignare. 2.1.84. faciens testamentum magis onerosum, primum quatenus reuocetur. 20.4.342

Patre sponte dilapidante bona, iudicis officio compelli potest, vt legitimam filio aßignet. 36.1.40

Patientia heredis habetur pro remißione cautionis. 18.1.74

Patria potestas iure Romano dicitur esse inæstimabilis. 15.1.11

Patria potestas vbi & quando filiusfam. ius testandi non impediat. 28.1.13. matrimonio simulate contracto soluitur. 29. ibidem. apud Romanos tribuit patri in liberos vitæ necisq; potestatem exercendi. 1.1.98. inæstimabilis habetur. 2. ibid. potestas est iure Romano inæstimabilis. 17.2.160

Patria potestatis ius Quiritum nunquam fuit apud Germanos in vsu. 14.1.17. ad

omnes pertinere volunt, qui armis Romanorum domiti sunt. 3.1.15. ab omnibus nationibus non est receptum. 5.1.16. iure Quirito originem habet, tribuitq; olim patribus vitæ necisque potestatem in liberos exercere. 1.1.15

Patria potestate cessante cessat & pupillaris substitutio. 7.2.158.19.2.161

Patria in potestate Galli liberos non habent. 4.1.15

Peregrini omnes indistincte coram duobus testibus testari possunt. 18.4.297

Persona turpis quæ dicatur. 5.2.117. coniuncta censetur esse vxor testatori. 24.2.147. nulla propius defuncto accedit, quam heres, cuius causa est iustissima. 4.1.3

Personæ turpi infamia notatæ virtute clausula codicillaris in testamento inserta, frater retenta sibi Trebellianica hereditatem restituere tenetur. 17 2.118

Personæ coniunctæ habentur fratres & ipsorum liberi similesque personæ iudicis officio censendæ. 23.2.146. dilectæ testatori esse censentur, quæ licitæ affectionis ei sunt amici, vel diu testatori inseruierint. 21.2.186

Peste sæuiente, quinque testes in testamento sufficiunt, in quo numero & mulieres esse possunt. 12.4.295. testamentum coram tribus testibus factum validum habetur. ibid. 13

Petens se immitti in possessionem nõ obstat, si quid vitij in testamẽto appareat, modo illud in continenti per testes corrigi possit, virtute interdicti quorum bonorum possessionem adipisci potest. 21.3.244. quod sibi debetur iure ex hereditate in pœnam priuationis non incidit. 5.1.47.

Petentem hereditatem ex testamento vel ab intestato probare oportet, quod hereditas ex testamento vel ab intestato sibi sit delata. 13.4.309

Petitio hereditatis contra titulo possidentem non habet locum. 26.4.311

Petitioni hereditatis præscribitur spatio 30. annorum. 18.4.319

Petitione hereditatis heres non solum nanciscitur possessionem, sed etiam directum dominium. 4.3.241

Pœna iuris cessat. 7.1.47. adiecta inducens viduitatem in omne tempus reiicitur. 20.1.40

Portio aliqua titulo institutionis liberis adsignanda est. 23.1.37. liberis ex parentum substantia directo titulo institutionis debetur. 43.3.217. in dubio censetur relicta pro legitima. 20.1.31. matri quolibet titulo relinqui potest. 18 2.118. certa filio aßignata seu dicto pro parte heredis institutionem designat. 19.1.31.

Portione vel legitima titulo institutionis liberis à patre in solenni testamento relicta, voluntati patris contrauenire nequeunt. 28.1.80

Portiones inter liberos ita distribuendæ sunt, ne contentionibus maneat locus. 16.1.86

Possessio adiudicanda est illi, qui in continenti potiora iura adduxerit. 16.3.243 iudicis officio etiam poßidenti cõfirmatur. 14.3.243. bonorum ex testamento dari potest, quatenus est testamentum. 13.3.255

Possessiones bonorum, quæ plenum ius tribuunt

buunt heredibus, hodie non sunt necessaria. 7. 4. 308. prætoria plenũ ius non secus ac ius ciuile tribuunt heredibus. 5. 4. 308. prætoria olim solenniter decernebantur: hodie sufficit simplex petitio. 3. 4. 307. quæ ex interdicto, quorum bonorum, vel ex edicto diui Adriani dantur, sunt mutabiles, ideoque non tam magni præiudicij, quam qui plenum ius heredibus tribuunt. 6. 4. 308

Poßidens titulo singulari, titulum probabilem habet, nec tenetur petitione hereditatis. 25. 4. 311. ex testamento iure non facto potest esse bonæ fidei possessor, idcirco perceptos fructus non tenetur restituere. 22. 4. 311

Posthumus si viuo testatore decesserit de æquitate iuris prætorij reconualescit. 25. 4. 327

Posthumum omnem instituere expedit. 20. 4. 327

Posthumo ignoranter præterito, legata non debentur. 11. 4. 335. in singulari numero instituto, si plures nascuntur, omnes instituti censentur. 21. 4. 327. nato si testator superuixerit, nec testamentum ante conditum mutauerit, legata particularia ex voluntate testatoris vires retinent. 12. 4. 335

Presbyter ad testamentum iure ciuili adhibitus nihil plus præstat quam alius legalis testis in testamento. 10. 4. 302

Pretia rerum hereditariarum poßidens petitione hereditatis tenetur. 24. 4. 311

Præscribens non censetur esse in mala fide antequam alius hereditatem adiit. 29. 4. 321

Præscriptio heredi quando incipiat currere. 11. 4. 309

Præsumptio nulla est, quod pater filium in gradu præcedentem alio modo velit esse heredem quam nepotem. 28. 1. 25

Præteritio non habet considerationem, matre vel filia exclusa, quæ statuto obstante ab intestato succedere non potest. 9. 2. 114. efficit, quod hodie nullo respectu sui vel emancipati testamentum nullitati subiicitur. 4. 1. 91. liberorum tripliciter fieri potest. 3. 1. 91. quando fiat. 10. 1. 92

Præteritionis causa in testamento non inserta, neque præteritio, neq; testamentum valet. 5. 1. 91

Præteritus fratribus ius auferre non debet, quod per mortem patris est eis acquisitum. 26. 1. 94

Prætores Romani iure sanguinis moti dabant emancipatis bonorum poßeßionem contra tabulas. 5. 1. 21

Priuatio vsque ad legitimam, si ita testator disposuerit, filio fieri potest. 11. 1. 48

Probatio duorum testium quando admittatur. num. 25. 27. & 28. 4. 299. & de quibus recipiatur. 26. ibid. in continenti fieri dicitur, quæ adducitur intra triduum. 20. 3. 243. in continenti quæ ostenditur præfertur probationi, quæ altiorem indagationem requirit. 24. 3. 244. testamenti nuncupatiui est potentior probatione testamenti in scriptis. 3. 3. 198. quæ ex testamento non solenni resultat non præstat causam heredi succedẽdi in locum defuncti. 17. 1. 5. testamẽti quando debet fieri per scripturã corruit testamentum, nisi septem

tem testes cum tabellione sint adhibiti. 25.3.177
Prodigus & ob carmen famosum damnatus testari nequit. 11.1.10
Prohibitio patris non obstat filio, quin ad supplementum agere poßit. 30.1.39
Promittens alicui sua bona post mortẽ valet promißio in vim causa mortis. 28.4.351
Proprietarius potest ad se fundũ in vsumfructum datum recipere, & vice vsusfructus fructuario annuatim summam pecunia soluere. 11.1.72 (23.1.68
Proprietas quando legata censeatur. 22.&
Pubertati masculus quando dicatur proximus. 8.1.10. *pupillus dicitur proximus, quando sex menses tantum pubertate abest.* 7.1.10
Publicatio fieri potest, si maior pars testium prasens est, nec refert quod testis vnus negat suum sigillum. 20.3.232. *& apertitio à competenti iudice fieri debet.* 21.3.232. *testamenti, quinq; testibus superstitibus, & instrumento publico extante, an fieri poßit ex cõiunctione testium & instrumenti.* 18.3.231
Publicationem testamentum in scriptis desiderat, hoc est, vt testes suas subscriptiones & signacula recognoscant, cum aperietur testamentum. 61.3.183
Puella prohibita nubere sine consensu alterius, si contrafecerit, in pœnam priuationis incidit. 18.1.49. *idem de prohibita nubere intra 25. annos.* 19.ibid.
Pupillaris substitutio non habet locum in regnis & prouinciis, in quib. secundum ius Romanum patria potestas nõ seruatur. 18.2.160

Q.

QVastio, quamdiu de nullitate testamenti tractatur, tamdiu etiam cessat querela inofficiosi. 25.1.102. *si est obscurior, quam vt in possessorio iudicio in continenti expediri poßit, commendatur petitorio ordinario iudicio.* 24.3.257. *de inductione, cancellatione si altiorem indagationem desiderat, ad petitorium iudicium est remittenda.* 6.3.262
Quantitas vt legatum honorato debetur, si testator voluerit alicui per verba enunciatiua aßignare aliquam quãtitatem. 11.2.138. *si expreßis verbis relinquitur pro legitima, institutio rata habetur.* 21.1.31
Querela non est opus si testamentum est inualidum. 22.1.101
Querela inofficiosi testamenti locus est duobus concurrentibus. 21.1.101
Quod dilatum non est repudiari nequit. 26.1.102

R.

RAtio vbi eadem est, ibi idem ius esse debet. 15.1.58
Ratione semel reddita & approbata vlterius non est reddenda. 13.1.67
Recognitio manuum & sigillorum sola ad examen testium sufficit. 11.3.230
Relictum in codicillis ante testamẽtum factum honorato debetur, verbum futuri temporis retrotrahitur. 16.3.224
Remediũ l. vlt. de edict. D. Adriani nõ competit ab intestato succedentib. 14.3.255
Remißio locum habet tam in rebus, qua vsu consumuntur, quam qua non consumuntur. 15.1.73

Remotus ab effectu remouetur etiam ab eo, per quod ad effectũ peruenitur. 6.2.113

Renunciatio simplex non diminuit vel non aufert legitimam. 6. 4.364. paternæ successionis non nocet filio vel filiæ, si ex noua causa ius illi superuenerit. 37. 4. 313

Res aliena alteri legata vero domino non præiudicat. 13.2.145. si legatur oportet testatorẽ scire, quod sit res aliena, alias inutile est legatum si ignorat. 17.2.146

Rem alienam quam possidet testator si legat adiectis verbis, quod rem totam leget, æstimatio totius rei censetur esse legata. 25.2.147

Res quæ vsu consumuntur prius æstimandæ sunt, quam tradendæ, & quæ sint. 12.1. 73. in inuentario describi non debent alienæ, & quæ in bonis defuncti non fuerũt. 19.1.68. omnes in inuẽtario ita sunt scribendæ, vt ex eo ratio reddi queat, & tutor ex inuentario conueniri. 10.1.67

Restitutio coheredibus vel succedentibus ab intestato debetur. 3.1.47. cessat si testator licentiam dederit legatario vel vsufructuario possessionem ingredi. 5.3.248

Restitutionem vsufructus seu legati heres potest repetere, quando restitutio de Trebellianica & Falcidia quæstio inciderit. 3.3.248

Retinens hereditatem iure sanguinis, excluso eo, qui ex testamento vocatus est, in foro conscientiæ non peccat. 19.1.6

Reuocatio testamẽti fieri potest coram tribus testibus, si decennium præterlapsum est. 6. 4.340. quæ fit ante decennium septem testes requirit. 7.ibid.

ad Reuocationem testamenti an sufficiat, si testator coram septem testibus dixerit, quod noluerit suum testamentum valere, se velle intestatũ decedere. 4.4.340. & quid si testator dixerit se velle ab intestato decedere. 5.ibid.

Reus excipiendo potest suam probationem adducere, & si ex probabili titulo possidet, melior est conditio possidentis. 29. 4.312

Rogatio testium in testamento est necessaria, alias testamentum non valet. 43.3. 180. ab ipso testatore, vel à tabellione vt fiat nihil interest, modo requisito, patiente & præsente testatore fiat. 35.3. 203

Rogatus siue in testamento, siue in codicillis de restituenda hereditate ex prouisione legis quartam Trebellianicam sibi retinere potest. 18. 3.224. in commodum alterius, vt totã hereditatem restituat, restituat sine detractione Trebellianica & nomine saltem est heres. 19. ibid.

S.

Schedula manu patris conscripta in arca vel apud fidelem amicum est deponenda in illum finem, vt inter liberos valeat. 30.1.88. si non reconditur, sed in aliqua parte domus relinquitur, habetur pro neglecta. 31.1.88. extraneis nihil prodest, nisi duo testes interuenerint. 26.1.87. bene recondita probatur inter liberos, nec publicationem solennem requirit. 32.1.88

Schedulam si pater subscripserit Dd. existimant sufficere ad formulam auth. quod sine. 10.1.85

Sciens testamẽtum non esse solenne, si quædam legata soluerit, quædam restant

adhuc soluenda, in quibus sibi praeiudicet. 35.4.313
Scriptor octauus adhibendus est, quādo testator noluerit, vel nō potuerit scribere. 17.3.176
*Scriptura an sit de substantia testamenti nuncupatiui.*6.4.287.*dicitur imperfecta, quae quinq; testib. tantum est stabilita.*15.1.80. *non ex voluntate testatoris confecta magis habetur pro suggestione, quā volūtate.*22.3.201.*publicato testamēto si inciderit, aeque validum habetur testamentum.*10.3.236.*habēs suam solennitatē tribuit heredi directo ius succedendi in locum defuncti.*5.4.269.*testamenti est simplex sonus verborū ex se intellectum producēs.*4.4.268.*priuata ad testamentum nuncupatiuum nihil aliud facit, quam quod per illam series contestationis facilius conseruetur.* 1.3.234. *presbyteri vel alterius fidē non facit.*2.3.234. *ad testamentum parata, si non legatur coram testibus, & testatore viuo, nullius est effectus.*9.4.269. *testamenti perfecta, ab ipso testatore oblatio fieri debet coram testibus.* 8.3.174
Scripturam dubiam & imperfectam testatoris testes interpretari & declarari possunt. 19.4.290
Sententia iusta nostrae voluntatis esse nequit, quae alterius arbitrio subiicitur. 2.2.144.*iusta quo ad essentiam testamenti habenda, cui inest heredis institutio.* 1.1.2
Seruus si creditur liber in testem admittitur. 36.3.178
Signacula coram testatore vno in loco à testibus testamento apponi debent, alias non valet testamentum. 53.3.182. *testium in testamento scriptis adhibenda sunt.* 50.3.181
Significationi verborum standum est, si liberis extantibus dilucide ex voluntate testatoris apparet, quod voluerit vsumfructum omnium bonorum ad vxorem pertinere. 16.1.62
Signum testis vnius si omittatur in testamento in scriptis non valet testamentū. 51 3.181.& num.seq.ibid.
Solennia si quis non adhibet, quae adhibere potest, censetur actum lusorium agere. 15.4.270. *in testamento in scriptis per testes non probantur, in quibus si quid omissum sit, testamentum corruit.*27.3.194.*in testamēto aut censentur intrinseca voluntatis, aut extrinseca.*1.4.268 *in scriptis sunt ad amussim obseruanda.* 3.3.173.*nō magis insunt clausulae, omni meliori modo & iure, quam clausula codicillari.* 35.3.214
Solennitas est de genere indiuiduorum. 13.1.85.*maior requiritur in codicillis, quā in testamento.*8.3.222.*est de substantia testamenti.* 14.1.5. *institutionis an sit tacita, an expressa, in extraneis non curatur.* 37.1.16
Solennitas si in testamento amittatur, veritas non habetur pro veritate. 14.4.270.*testamenti in scriptis desiderat septem testes masculos puberes.*29.3.177. *numeri septem testium non solū est probatoria, verū etiam substantialis in testamēto in scriptis.*30.3.178.*extrinseca quid.* 12.1.4. *extrinseca testamenti est, quae actui testamentario extrinsece adhibetur.*10.4.270. *extrinseca circa nume-*

numerum testium eorumque habilitatem, an sint rogati & vno contextu adhibiti, suam operationem habet. 11.4.270. intrinseca, si laborat ex aliquo defectu voluntatis, contestatio sine perfecta voluntate nulla est. 6.4.269. intrinseca semper præsumitur interuenisse, quatenus in testamento inuenitur. 3.4.268. intrinseca voluntatis est, ex qua totum prouenit, vt in testamento scriptum valeat. 2.4.268. voluntatis quando deficit nulla est contestatio. 25.3.226. voluntatis deficit, quando testator morte prauentus, vt omnia non disponat, quæ disponere voluerit. 26.3.226. institutionis hodie omnis est sublata. 33.1.25. iuris ciuilis in succedentibus ab intestato non attenditur prout in extraneis. 12.4.338. tota auth. quod sine. pendet à scriptura patris. 9.1.85

Spurius incestuosus in testamento testis esse nequit. 4.4.276. ex punibili & damnato coitu natus à fratre institui nequit. 6.2.117

Spurium ab extraneo institui non est prohibitum, etiam illi donari & legari potest. 9.2.113. naturalem frater institui potest, qui ex odibili coitu non est natus. 8.2.117

Spurij dicuntur quasi sparsim vulgo concepti, qui patrem demonstrare nequeunt, & eius heredes esse non possunt. 2.2.128 vt sunt incestuosi, adulterinique heredes institui nequeunt, & si quid illis relinquitur, scriptis heredibus manet. 3.2.128.

Spurij & infamia notati non tam facile heredes instituuntur, quam donatur vel legatur. 10.2.118

Spuriis & incestuosis ad modum alimentorum etiam legari potest. 7.2.129

Statutum vel consuetudo loci, si se ita habeat, quod succedentes ab intestato non sint citandi, statuto standum est. 5.3.134

Statuto seu consuetudine si introductum est, quod testamentum minori numero quam septem testium consistere poßit, & codicilli minori numero quam quinque testibus stabiliti valent. 11.4.295

Statuta pluribus in locis vigent, quod damna & lucra, stante matrimonio sint communia. 7.4.360

Subscriptio vnius testis si omittatur, testamentum vt in scriptis non valet. 47.3.180.

Substantia legati non confertur in alterius arbitrium, sed electio. 33.2.148

